Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

h. 6.

Digitized by Google

Digitized by Google

IO. RVDOLPH. ENGAV

I. V. D. & P. P.

IN ACADEMIA IENENSI,

ELEMENTA IVRIS CRIMINALIS GERMANICO-CAROLINI

EX GENVINIS FONTIBVS DEDVCTA

VARIIS

OBSERVATIONIBVS ET FORMVLIS

ILLVSTRATA

ATQVE

COMMODA AVDITORVM METHODO

ADORNATA.

Cum Priu. Reg. Polon. & Elect. Saxon.

IENAE,

SVMTIBVS VIDVAE CROEKERIANAE,

M DCC XXXVIII.

46257

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. RVD. ENGAV.

Iurisprudentia Criminalis, cuius Elementa iam ſiſto TIBI BENEVOLE LECTOR, multos cultores nacta eſt, felices alios, alios infelices. Horum exercitum ducunt, quotquot fontibus inſalutatis riuulos turbidos conſectantur, atque ne-

gligunt leges crimina uindicantes, dum, ut graculi faciunt, alios, præſertim præceptores ſuos, quosque in templo Themidos habent principes, ſequuntur, eorumque dicta adorant temere, crepantes illud: *αυτος εφα* Quorum opinionem certe reprobandam, ſaltem imminuendam eſſe, nemo eſt, qui neſciat. Semper enim attendere debes, quid quisque dixerit, non vero, quis dixerit. Illud: *αὐτὸς εφα* ſcientiis admodum nocet, impeditque, quo minus inueſtigari queat ueritas. Tantum enim abeſt, ut ſatellites ſingulare quid præſtent, ut potius non poſſint non augere numerum errorum ſui ducis & ſigniferi. Vnde olim illæ lacrymæ, illæ infauſtæ opiniones, quibus uel integerrimi innocentiſſimique in manus lictorum & carnificum inciderunt, illæ iniuſtiſſimæ ſenten-

ſententiæ, quibus auctus eſt criminum exceptorum numerus.

Ab his, quos præiudicia occæcarunt, proximi ſunt illi, qui, dum ſtudioſi tantum inſtitutionali & II. collegiis interfuerunt, nec poſtea, in quantum uulgus differat ab eruditis, cognoſcere uoluerunt, ſolum ius Romanum, habent uerum, ſanctum, prudensque, contra Germanicum frigidum, iniquum, inſipidumque. Ad horum ſtraminea argumenta reſpondere ſuperuacaneum eſſe duco, quum ea iam refellerint HEINECCIVS *a*), LVDOVICI *b*) aliique. Nequeo tamen quin uel unico uerbo ſignificem, quod multa delicta & crimina aliter ſeſe habeant atque puniantur in Germania,

 quam

a) Præf. ad *Elem. Iur. Germ.* Tom. I.

b) Præf. ad C. C.

quam uelint Romanorum leges, quodque in una tantum uel altera facti ſpecie ad Romana iura prouocet Carolina Nemeſis.

Tertium locum inter infelices Iur. Crim. Doctores & interpretes attribuo illis, qui germanica iura, quæ quidem agnoſcunt, tamen uel ad ſenſum peregrinorum iurium, uel antiquitatum & hiſtoriarum lumine, diſciplina morali, aut arte ratiocinandi & interpretandi plane deſtituti, interpretantes applicant.

Quarta denique ſede ſedent, qui Iuris criminalis prudentiam tradituri peruerſe, ne dicam imprudenter, ſeruant ordinem, quem ipſa natura rerum reſpuit, alphabeticum puta uel alium inordinatum. Nonne hi coguntur crimina unius eiusdemque fontis disiungere,

iungere, &, quæ diuerſæ ſunt originis, coniungere, praxin prius docere quam theoriam? & quæ ſunt alia plura.

Sufficiant hæc de infelicitate, qua criminalia iura tradunt quidam interpretes. Ad occaſionem & methodum, qua hæc conſcripſi elementa, iam propero. Sub initium ſemeſtris præteriti me, iura criminalia prælecturum, in euitanda modo dicta infelicitate ſcribendo periculum facere iuſſerunt Generoſiſſimi & Nobiliſſimi Auditores mei. Horum, quippe quibus uitam operamque meam conſecraui, iuſſus coëgit me arripere calamum, eoque fugitiuo hæc elementa tanquam primas lineas Iuriſprudentiæ Criminalis, a me in poſterum edendæ, conſcribere. Quid in hoc præſtiterim opere: num

 Cha-

Charybdim euitaturus in Scyllam inciderim? an uero uitia, quæ omnibus uitanda duco, uitauerim? librorum in lucem editorum iudices, iique eruditi, prudentes, æqui & humani * iudicent. Illud tamen quin adducam nequeo, quod in adornando hoc opere eas mihi ipſe leges dixerim, ut 1) gentium peregrinarum inſtituta non delibans preſſius germa-

* Itaque hoc ſcriptum meum limæ *Senckenbergii* non ſubiicio. Hunc enim, quem intelligo uirum, qui non ex ſanioris & ſolidioris doctrinæ principiis diſputat, ſed ad ſuam dictatoris & principis (ſit uenia uerbo) in republica litteraria auctoritatem uenerabundus prouocat, a ſe diſſentientes refutaturus. (Abriß von dem neueſten Zuſtand der Gelehrſ. pag. 37.) qui diuerſa iura nequit diſtinguere (Ibid. p. 27. ſeq.), qui neſcit regulas logices & methodi leges (Ibid. pag. 29.), qui diplomata, quæ nunquam uidit, uenditat genuina (v. MARQ. HERGOTT *geneal. Habsburg.* præfat.) &c. ſuo ſenſu abundare, lubens patior patiarque.

germanorum mores traderem ac pro uirili illuſtrarem; 2) ut ius Romanum haberem ſubſidiarium, germanicum uero primarium, & 3) huius fontes ſalutarem, 4) iis, quantum fieri poſſet, inſtructus adminiculis, quibus opus uideretur; 5) ut ICtorum libros tanquam interpretum, non uero legislatorum conſulerem, & 6) in nullius uerba iurarem. Stiti 7) cuiusque criminis naturam, pœnam, nec non ſuppeditaui cauſas, quæ hanc mitigent exaſperentue, illam uero deſtruant. Porro quia Iurisprudentia ſcientia practica, non ſpeculatiua eſt, atque tritura forenſis ſæpe tyrannizat, a ſanis aberrans regulis: ſatius eſſe duxi 8) docere, in quibus praxis cum theoria con-

ueniat nec ne. Dein, quantum pro inſtituti ratione fieri potuit, 9) prudentiam iudicis in inquirendo, fiſcalis in accuſando & monendo, atque defenſoris in deducenda rei innocentia docui, nec non 10) quasdam formulas addidi & addidiſſem plures, ſpeciatim exempla defenſionum cuiusuis generis, niſi me impediuiſſent Bibliopolæ ad nundinas tendentis feſtinatio, & typotheta ὁ ὀκνηρός. Cæterum his laboribus fruere, erroribus ignoſce, mihi faue & perpetuum uale, LECTOR ERVDITE ac BENEVOLE. Dabam Ienæ d. XVII. April. MDCC XXXVIII.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO PROOEMIALIS DE IVRISPRVDENTIAE CRIMINALIS NECESSITATE VTILITATE ATQVE SVBSIDIIS.

§. I.

Iuriſprudentia Criminalis, quæ ſola ſcientia legum crim. uix abſoluitur, mihi uidetur eſſe *habitus practicus leges criminales interpretandi, applicandique ſpeciebus obuenientibus.* Iuriſprudentia Criminalis, ſi non

§. II.

Diſtribui ſolet in *Romanam, Canonico-pontificiam* & *Germanico-Carolinam. Iſtam* ſummæ utilitatis & maxime perfectam habere nequeo, quicquid dicant alii. Nam (1) *falſis* ſæpe nititur *principiis*, ac *nullum* fere *uſum*, ut Romana &

per inductionem probarunt WISSENBACH *a*) & LVDOVICI *b*), præſtat in Germania; (2) uariam iurisdictionis criminalis naturam, ſententias concipiendi, conceptasque publicandi modum, & publicatas exequendi ſolemnia non docet; nec tradit procedendi modum; uaria neſcit crimina & multa alia non tangit ſcitu neceſſaria: ut eam *mancam* prædicare nullus dubitem.

§. III.

Canonico-Pontificia, tamen

Nec *Canonico-Pontificia,* quæ internum ac presbyteriale forum præſertim dirigit, perfecta eſt & abſoluta. Interim tamen non omnino negligenda, quum ſuppeditet principia quædam, quibus Ius Carolinum & praxis noſtra nituntur.

§. IV.

Germanico-Carolina

Germanico-Carolina principaliter ad nos pertinet. Ius enim Criminale Germanico-Carolinum primum attendere debet iudex, cauſas criminales deciſurus *c*). Sic quoque cognitione iuris patrii deſtitutus multa, de quibus in iuribus peregrinis altum eſt ſilen-

a) *ad Inſtit.* d. 58.
b) *præf. comment. ad C. C.*
c) C. C. art. 3. ſeq.

lentium, ignorabit, nec de uſu & non uſu iuris criminalis recepti diſputare poterit.

§. V.

Quia (1) quæ ſit cuiusque *delicti* natura? quæ *pœna* in unumquodque crimen ſtatuta? &, quæ *hanc* mitigent, *illud* uero deſtruant, cauſas, ſcire, nec non (2) *prudentiam*, qua iudex inquirere, fiſcalis accuſare & monere, atque defenſor innocentiam rei deducere debet, tenere poteſt nemo ſine Iurisprudentiæ Criminalis cognitione: dabit quilibet mihi, ut hanc omnibus & ſingulis Themidos alumnis non tantum utilem, ſed & maxime neceſſariam eſſe contendam. ſcitu neceſſaria eſt, &

§. VI.

Quo magis autem neceſſaria eſt, eo facilior erit cognitu cuilibet, qui (1) fugit *præiudicia*, (2) ex limpidis bibit *fontibus*, & (3) ſuis utitur *ſubſidiis*. facilis ei, qui

§. VII.

Cauere (§. VI, 1.) ſcilicet debet Iurisprudentiæ Criminalis ſtudioſus (1) ut huius uel illius doctoris ſententiam, aut communes Dd. opiniones nullo præuio examine ſequatur, ſicque occæcatus confundat crimina, & falſa quæuis probet; (2) ut licitum factum 1) præiudicia fugit,

habeat, quod huius uel illius criminis nomine uocari nequit; (3) ut I. C. Romanam conſundat cum Germanico - Carolina, quarum principia differunt quam maxime. &c.

§. VIII.

2) *fontes* quærit, Limpidi *fontes*, ad quos refugiendum eſt, (§. VI, 2.) ſunt leges germanicæ & conſuetudines antiquitus repetendæ.

§. IX.

3) ſtudet a) antiquitatibus, Porro eum, qui ſolidam & maſculam Iurisprudentiam Criminalem ſectatur, decet *ſubſidiis* uti (§. VI, 3.) ſpeciatim (a) *antiquitatibus*, quippe quæ, ſicuti omnibus diſciplinis, ita & Iurisprudentiæ noſtræ lumen præferunt clarisſimum. Siſtunt enim nobis *iudicia Dei, Vehmica, Weſtphalica, centenaria, delatoria, ſolemnia iudicii capitalis*, & alia plura notatu maxime digna *d*).

§. X.

b) hiſtoriæ iuris, Secundum Iurisprudentiæ noſtræ adminiculum eſt (b) *hiſtoria iuris*, quippe quæ legum criminalium natales, fata & uſum docet, rationesque legum ſuppeditat *e*).

§. XI.

d) CRAMERI *comment. de coniungendo iuris & antiq. German. ſtudio* §. IX. p. 29.
e) b. BRVNNQVELL *hiſt. Iur.* p. IV.

§. XI.

Porro ſtudioſus Iurisprudentiæ Criminalis (c) non ſolum *latino-barbaram*, ſed & *germanicam*, priſcam & hodiernam, *linguam* ſibi reddere debet cognitam, ut uim ac poteſtatem legum criminalium cuiusque æui tenere posſit *f*). Illius itaque eſt (α) uerba, quæ occurrunt in legibus *antiquis* *, & *medii æui* **, atque quibus *Nemeſis Carolina* ***, *leges prouinciales* ****, nec non rerum forenſium *doctores* † utuntur, ſcrutari, & (β) in eorum uarios ſignificatus inquirere *g*), nec non (γ) cauere, ut quæuis uocabula, latinis literis ſcripta habeat exotica, quum multa ſint originis germanicæ ††.

c) linguis, quibus LL. ſcriptæ,

* u. c. HERISCHLIZ *Capitul. R. Fr.* III, 70. CHRENECRVNDA *L. Sal.* tit. 61. CLADDOLG *L. Friſ.* addit. tit. 3. art. 44. HORGRIFT *L. Baiuuar.* VII, 3. MOREDRO, ECCARD *ad L. Sal.* p. 37. PVLISLACH *L. Alam.* LIX, 1. *Baiuuar.* III, 1. VVLITIVA *L. Sax.* tit. 1. §. 5. *L. Friſ.* addit. tit. 3. §. 16. CORBITARIA *L. Longob.* *tit.* 10. §. 1. DOLG. *L. Friſ.* tit. 22. FORRESNI ibid. tit. 2.

** Acht *Spec. Sueu.* art. 181. ſeq. Anrüchtig *I. P. S.* I, 68. III, 14. 30. Bann, Beſiebnen

f) GVNDLING. p. VII. p. 169. THOMASIVS *caut. iur.* c. VII. §. 22. 23.

g) HOFFMANN *de inueſtigandis uerborum in iure ſignificat.*

ſiebnen *I. P. S.* I, 66. Deuphaut *Spec. Sueu.* art. 198. ed. Schann. Ding / Fleiſchwunden *I, P. S.* II, 16. gebundene Tage *I. P. S.* II, 10. *Sueu.* art. 117. handhafte That *I. P. S.* II, 35. *Sueu.* art. 171. Mordbrennen und Brennen ſonder Mord *I. P. S.* II, 13. Notnuſt. *Spec. Sueu.* art. 214. Notnunft *Sax.* III, 1. Cod. Lipſ. Wehrgeld *I. P. S.* III, 45. Stöckling Reform. des Weſtph. Gerichts 1339.

*** u. c. Andingung C.C. art. 100. Beſchreyung art. 87. Feimſtadt art. 193. ſeq. &c.

**** u. c. Blutrunſt, Chur-S. L. O. 1550. tit. Was zu Ober, Nieder oder Erb-Gerichten, & p. IV. conſt. 46. Kämpfer und Beinſchrötige Wunden ꝛc.

† u. c. Atzung / Halsgericht / Cent ꝛc.

†† Qualia ſunt BANNVM, EVVA *Caroli Capit. Sax.* c. 7. FAIDA *L. Sax.* tit. 2. §. 5. FREDVM *Ead.* tit. 4. §. 8. *L. Friſ.* tit. 16. MORDRVM *L. Sax.* tit. 2. §. 6. WERIGILDVM *L. Sax.* c. t. §. 7.

§. XII.

d) etymologiæ,

Quumque uariæ uoces germanicæ ita ſint comparatæ, ut, earum originibus & rationibus non rite inueſtigatis, res plane ignorentur *gg*); iurisprudentiæ noſtræ ſtudioſo opus erit (d) *ſtudio etymologico*, euolutione monumentorum ueterum, perluſtratione gloſſariorum, quæ nominauit b. BRVNNQVELL *h*), lectione WEHNERI, BESOLDI, SPEIDELII, DIETHERI,

gg) ECCARD *hiſtor. ſtud. etymol.* p. 324.
h) pr. *de uſu linguæ german. ueteris in ſtudio I. F. Longob.* p. 12.

RI, GEIERI & præſertim SCHILTERI ac WACHTERI operum.

§. XIII.

In ſubſidiis quoque eſt (e) *parœmiarum germanicarum cognitio.* Poſt THVMMERMVTHIVM *i*) enim & FELTMANNVM *k*) ſatis docuit HERTIVS *l*), parœmias in deciſionibus iurium loco eſſe poſſe, dummodo ubiuis receptæ ab illis ſeparentur, quæ huius tantum uel illius regionis incolis in ore ſunt. Faciunt autem ad cognoſcendas parœmias germanorum iuridicas HERTIVS *m*) & PISTORIVS *n*). e) parœmiis cognoſcendis,

§. XIV.

Fallor aut bellisſimum quoque ſubſidium eſt (f) *rationalis* & *moralis philoſophia*. *Illa* enim inſeruit legum interpretationi & adplicationi; f) philoſophiæ,

 hæc

i) *fund. par. cur.* c. 2. n. 16.

k) *reſponſ. milit.* 7. n. 70. ſeq.

l) *de paroem. iuris german.* prol. §. 4.

m) c. tr. & in *Epidipn. paroem.*

n) *theſ. paroem. germanico - iurid.*

hæc uero doctrinæ de præſumtionibus & indiciis.

§. XV.

Laudatis ſubſidiis (§. IX-XIV.) inſtructus qui didicit criminalia iura, ſi uelit prudens euadere in perfectiore gradu, debet (g) euoluere *ſcripta aliorum* erudite elaborata; (h) diſcere *idioma germanicum forenſe*, illudque decenter excolere *o*), ut, quoties opus eſt, apte, perſpicue, ornate & caute animi ſui ſenſa proponere poſſit, nec pauciora quam oportet, nec inordinata aut indiſtincta dicat ſcribatque. Quod dictionis & ſcripturæ genus addiſcet, qui diligenter legit rerum forenſium formularumque ſcriptores, ſumma cum induſtria perluſtrat acta criminalia, & ubique notat ſibi phraſes ICtis uſitatas, ſelectioresque.

h) idiomati germanico forenſi.

ELE-

o) BASTINELLER d. *de idiomate germanico forenſi a ICtis decenter extolendo.*

ELEMENTORVM IVRIS CRIMINALIS GERMANICO-CAROLINI

LIB. I.

TIT. I.

DE LEGIBVS CRIMINALIBVS GERMANICIS EARVMQVE ORIGINE FATIS ET VSV HODIERNO.

§. I.

In rebus criminalibus antiquitus fuerunt ſui Teutonibus mores. Id quod uel *ex pœna adulterii præſenti & maritis permiſſa a*), *inimicitiis, quas ſuſceptas manu potius quam iure finiebat tota familia b*), *homicidiis, quæ mulcta, & aliis criminibus, quæ morte expiabantur c*), *infamia latrociniis detracta d*) &c. pateſcit. Mores ſuos

§. II.

Hos, ſicut alios mores, olim carmini- ab initio carminibus

a) TACITVS *de M. G.* c. 19.
b) Id. c. l. c. 21. VELLEIVS II, 118.
c) TACITVS c. l. c. 12. 21.
d) CAESAR de B. G. VI, 23.

minibus * (quod unum memoriæ genus erat *e*)) complexos recinebant, ad lyram modulabantur *f*), interpretabantur, & iuuenes ediſcere iubebant *g*) Druides, a quibus deorum uoluntatem ſe accipere putabat quisque ciuium *h*).

* Inde cognoſcere potes (1) rationem, cur lex germanis dicatur Geſetz, Wiſe, HERT. *not. uet. german. popul.* p. I. c. 4. p. 53. REIMMANN *hiſt. liter. germ.* p. II. p. 77. (2) quid anſam præbuerit frequenti paroemiarum rythmicarum in Germania uſui.

§. III.

poſt literis mandabant Germani.

Poſtea uero gentes illæ germanicæ, quæ ſedibus apud Romanos quæſitis, nouitatis ſtudio regebantur *i*), neglexerunt carmina, patrios mores Romanis adauctos in ſcripturam redigentes. Contra, quæ in Germania conſederant, aut ſedes uacuas occupauerant, primum cogitarunt de moribus patriis retinendis ſancteque ſeruandis *k*), & ſuccedente demum tempore, de iisdem in ſcripturam redigendis.

§. IV.

e) TACITVS c. l. c. 2.
f) CLVVER *german. ant.* p. 177.
g) CAESAR de B. G. VI, 13.
h) TACITVS c. l. c. 7. CLVVER c. l. p 178.
i) HOFFMANN *de orig. & nat. LL. German. period.* 2. §. 5.
k) Ill. HEINECCIVS *hiſtor. iur. lib.* 2. §. 30.

§. IV.

Leges his temporibus natæ, *Salica, Ripuariorum, Alamannorum, Baiuuariorum, Burgundionum, Friſionum, Saxonum &c.* uariant nimis, in eo tamen fere omnes conueniunt, quod (1) *ſpecialisſimos* ſæpe gradus delictorum notent; (2) *diſtinguant*, ſint *delinquentes* ingenui an ſerui, germanicæ an peregrinæ originis; (3) *puniant* iniquitatem, malitiam in foro agentium, & quædam alia, quæ hodie manent impunita; (4) plerumque pecuniarias ac certo ſolidorum numero definitas, raro autem capitales *pœnas* ſtatuant; (5) ſiſtant *probationes uulgares l*); (6) tradant prima *torturæ* ueſtigia *m*); (7) grauiores ſint, ex quo a Regibus Chriſtianis ſunt auctæ emendatæque; (8) homicidium a *murdrido* diſtinguant. Hæ licet auctoritate ſua iamdudum exciderint, dignæ tamen, quæ cum iunioris ætatis moribus atque inſtitutis conferantur (Diſſ. procem. §. VIII.). Vnde leges natæ.

§. V.

In *Capitularibus,* quæ iam memoratas leges (§. pr.) ſequebantur, pauca conti- Capitularia eas ſubſecuta,

l) HOFFMANN c. l. p. 34.

m) IDEM *prænot. de orig. progreſſu & natura Iurisprudentiæ Crimin. German.* §. 33. 35. 36.

continentur iuris criminalis principia, eaque, quæ ſatis docent, Reges Francorum pleraſque pœnas ex imperii conditione exaſperaſſe, & capitis periculo expoſuiſſe *n*).

§. VI.

ubi auctoritate exciderunt, germania regebatur moribus,

Extincto ſtemmate Carolingico, quod ad criminales non minus atque ciuiles cauſas, manibus germanorum exciderunt Capitularia, iusque criminale cœpit moribus niti, huic & illi tantum cognitis, nec non regulis fere omnibus * deſtitui. Quo factum eſt, ut ius incertum redderetur dubiumque, immo relinqueretur arbitrio iudicum ſcabinorumque, qui adfectibus indulgentes mores ſæpe probabant peſſimos, ut non niſi rabie, iniuſtitia & atrocitate ſententiarum celebrarentur *o*).

* Exigui enim numeri ſunt conſtitutiones, quas Henricus II. aliique Imperatores tunc temporis promulgarunt. V. b. BRVNNQVELL. *hiſt. iur.* p. IV. c. 4. §. 7.

§. VII.

quos in exilium agere uolebat pontifex,

Sanos mores, ſi qui ſupererant, in exilium agere poſtea uidebatur, decretales in publicum edens, pontifex. Qua

n) Id. c. l. §. 37.

o) THOMASIVS *de ortu & progr. iudic. Weſtphal.* DATT *de P. P.* IV, 4. ſeq.

Qua de re (1) ut iuri antiquo patrio ſua conſtaret auctoritas, uoluerunt, nouasque leges tulerunt reges & imperatores; (2) fuerunt, qui mores, quotquot cognouerant, in literas redigere nulli dubitabant. Vnde uariæ leges *p*), & duo illa *ſpecula*.

§. VIII.

Specula *, licet hodie tantæ non ſint auctoritatis, quantæ fuerunt olim, tamen non omni deſtituuntur uſu, dum quorundam delictorum naturam, iudicum & Scabinorum qualitates, purgationes uulgares, conſtitutionem iudicii criminalis &c. referunt.

aſt ſeruarunt ſpecula.

* Quod Weichbildum Magdeburgicum ſummas rerum Speculi Saxonici complectatur, & cauſas quasdam definiat, quis eſt, qui ignoret?

§. IX.

Sec. XIV. XV. quibus *alii* peregrina iura, Romanum & Canonico-Pontificium, *alii* mores patrios ſequebantur, magna orta eſt iuris criminalis confuſio, quam poſt alios Imperatores *q*), quod equidem ſcio, tollere tenta-

Receptis peregrinis iuribus confuſio orta, quam tollere tentauit Maximilianus.

p) WERLHOF *iur. enucl. quo in foro Germ. utuntur.* procem. c. 2. §. 8. p. 163. LAMBEC. *Bibl. Caeſ. Vindob.* II, 8. p. 235. ſeq.
q) Ill. STRUV. *hiſt. iur.* c. IX. §. 20.

tentauit MAXIMILIANVS, de ordinando iure criminali maxime ſollicitus. Cur uero crederem, quod idem ille ordinationem aliquam perfecerit, perfectamque Ordinibus imperii primum in Comitiis 1695. habitis exhibuerit, iterum Coloniæ 1505. propoſuerit, & ſic, quam GEORGIVS, Bambergenſis Ep. exſcriberet, fecerit dederitque; ea quæ Ill. KRESSIVS *r*) attulit, ſatis mihi non uidentur *s*).

§. X.

ſed demum ſuſtulit Carolus V., per conſtitutionem ſuam criminalem, cuius promulgatio,

Conſtitutionem illam Criminalem, quæ cum *Bambergenſi* A. 1508. edita, & *Brandenburgenſi* A. 1516. promulgata, in omnibus fere capitibus conuenit, poſt proteſtationes ab Electore & Ducibus Saxoniæ, Electore Brandenburgico, Palatino, aliisque interpoſitas *t*), aliasque difficultates, in Comitiis Ratisbonenſibus A. MDXXXII. tanquam legem uniuerſalem publicauit CAROLVS V. addita tamen clauſula: Doch wollen wir durch obbemelde Ordnung Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen an ihren alten, wohlhergebrachten,

r) præf. *comment. in Conſt. Crim.*

s) V. C. BOEHMER *Elem. Iuriſpr. Crim.* ſect. I. §. 16. HOFFMANN c. l. §. 47. ſeq.

t) Ill. KRESS. c. præf. §. 20. ſeq.

ten, rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben *u*).

§. XI.

Vnde conſtat, quod legem reuera uniuerſalem, in æternum in omnibus germaniæ prouinciis ualituram, qualem intenderat *x*), non publicauerit Carolus; ſed eam, quæ in tantum ualet, in quantum antiqui prouinciarum mores non obſtant *y*), & recentiores leges nihil noui introduxerunt. Hinc hodie præter Epiſcopatus *Herbipolitanum* & *Monaſterienſem*, Comitatum *Solmenſem* *z*) uix unam alteramue deprehendes prouinciam, cui ſuæ particulares non ſint leges, & quidem a conſtitutione Carolina ſæpe diſſentientes. Id quod cognoſcere licet ex legibus regni *Bohemiæ* *a*), Electoratus *b*) & Ducatuum *Saxoniæ* *c*), Archiducatus *Auſtriæ* *d*), Ducatuum auctoritas

u) *C. C. proœm.* c. f.

x) a. C. C. art. 140.

y) KRESS. c. l. §. 35.

z) HOFFMANN c. l. §. 59.

a) Bömiſche L. O. p. 183. Böhm. R. de A. 1607. c. 47. verneuerte L. O. de A. 1640. tit. von *Criminal*-S.

b) *Conſt. D. Auguſti.*

c) F. S. L. O.

d) *Ferdinandi III.* neue P. L. Gerichts-O. ap. WEINGARTEN *faſc. diuerſ. iurium* lib. 1. p. 371.

catuum *Bauariæ e*), *Brunſuico - Luneburgici f*), *Holſatiæ g*), *Magdeburgenſis h*), *Megapolitani i*), *Sleſuicenſis k*), *Wurtembergici l*), Landgrauiatus *Haſſiæ m*), Marchionatus *Badenſis n*), Comitatus *Tirolinenſis o*), diſtrictus *Dithmarſici p*), nec non ſtatutis *Lubecenſibus q*), *Hamburgenſibus r*), *Mulhuſinis s*), *Mindenſibus t*), aliisque.

* Harum Conſtitutionum pleraſque collegit SAVRIVS *faſcic. Conſtit. de pœnis.* Vtinam alius

---

e) Policey = Gerichts / *Malefitz* - und andere Ordn. der F. Bayern.

f) KRESS. c. præf. §. 35. ENGELBRECHT *de genuinis deciſionum iuris fontibus in terris Brunſuico - Luneburgicis.*

g) Holſtein. L. G. O. p. III. tit. 26. Reuidirte L. G. O. CHRISTIANI IV. *p.* IV. tit. 25.

h) Pol. Ordn. c. 76.

i) TORNOV *de feudis Mecklenb.* præf.

k) V. Lawbuch & VOGTI *comment. in L. Iuticas de homicidio.*

l) F. Würtemb L. O. tit. von Gotteſl. ꝛc.

m) Heßiſche Hals / Gerichts = Ordn. 1535. 1589. 1610.

n) Land / R. der Marggr. Baden *p.* VII. p. 293. ſeq.

o) Neu *reformirte* L. O. der F. Grafſchaft Tyrol.

p) Dithmarſiſches L. Recht tit. 115. ſeq.

q) *I. Lubec.* lib. IV.

r) *Stat. Hamb.* lib. IV.

s) *Statuta* und Willkühr der R. St. Mühlhauſen lib. V.

t) *Statut. Minden.* lib. III.

alius mandata, reſcripta &c. in ſingulis Germaniæ territoriis edita colligeret.

§. XII.

Perfectam omnibusque numeris abſolutam non eſſe Carolinam Nemeſin: illud eſt, quod iamdudum obſeruarunt eruditi, in næuis habentes ibi (1) nullam *articulorum*, eorum præſertim, qui modum in foro procedendi tradunt, *connexionem* eſſe; (2) ſæpe cramben bis coqui; (3) *inutilia* dici; (4) *notatu digna* prætermitti, aut (5) ſaltem eorum cupidum lectorem ad ius commune * legari; (6) uariorum criminum *pœnas* non determinari ſed prudentum arbitrio relinqui, & (7) quandoque fundamenti loco poni principia chriſtianiſmo contraria *u*). Quæ licet ita ſint, tamen non eſt, cur cum OLDENDORPIO (*x*) ſtatuas: *unicam legem* RESPICIENDVM *y*) *multo plus facere, quam totam conſtitutionem Caroli V.* næui, &

* Debemus autem hunc ſeruare ordinem, ut ſi in Receſſibus imperii, immo omni iure Germanico, nihil ſtatuatur, conſulamus ius canonico-pontificium, & ſi hoc quoque ſileat, Romanum.

§. XIII.

u) KRESS, c. l. §. 26. BOEHMER c. l. §. 23.
x) *action. forenſ. cl.* VI.
y) 11. ff. *de pœnis.*

§. XIII.

commentatores notentur.

Qui in Conſtitutionem Criminalem Carolinam commentati ſunt, uti nominibus ita eruditione & operis præſtitis differunt. Eam enim binis tantum uel trinis uerbis illuſtrat REMVS z); cum Iure Romano conſerunt VIGELIVS a), STEPHANI b) & GRASSVS c); magis exornat quam explicat ZIERITZ d). Porro praxin tantum Ducatus Brunſuico-Luneburgici docet BVLLAEVS e); articulos 103., eos ſcilicet, qui ad proceſſum criminalem pertinent, enucleatos ſiſtit MANZIVS f), ius Bauaricum cum Carolino quandoque conferens; nihil utilitatis præſtat OTTO g), uulgaria tractat BLVMBLACHER h); in adnotando

z) *Nemeſi Carolina paraphraſi expoſita & ſcholiis aucta.*

a) *Conſtitut. Carol. publicorum iudiciorum in ordinem redactis.*

b) *conſtitut. publicor. indicior. Caroli V.*

c) *collat. I. Ciu. Ro. cum Conſt. Crim.*

d) *not. & obſeruat. nomico-politicis ad C. C. Caroli V.*

e) *annot. remisſion. & obſeru. pr. in Conſt. Crimin. Caroli V.*

f) *comment. ration. in C.C. Carol. V.*

g) *Corpore I. Crim. Caroli V.*

h) *comment.* in K. Carls des V. Peinl. H. G. O.

tando nimis parcus eſt LVDOVICI *i*); ad mores Auſtriæ fere ſolos attendit FROELICH V. FROLICHSBVRG *k*). Ita mecum iudicant BEYER *l*), atque KRESSIVS *m*). De quorum poſteriorum ſcriptis, C. C. illuſtrantibus, quid iudicem, forſitan quæris. Accipe. Ex antiquitatibus germanicis, prout decet, ſunt deducta.

TIT. II.
DE
CRIMINIBVS ET DELICTIS IN GENERE.

§. XIV.

Quia ex eo, quod *peccata, uitia, delicta, crimina* modo diſtinguant modo ſynonyma habeant Dd. non poteſt non oriri ſermonis obſcuritas. Perſpicuitatis ergo licebit mihi uiam Dd. deſerere, & in his elementis meis ſemper nominare *peccatum*, quod ſolis legibus diuinis contrariatur; *uitium*, quo ſola præcepta honeſti & decori lædun- Delicta, quæ

B 2

i) *Ord. Crim.*

k) *comment.* in K. Carls des *V.* Peinl. H. G. O.

l) *diſſert.* præmiſſa *delin. Iuris Crimin.* §. 5. ſeq.

m) *præf. comment. in C. C.* §. 2. ſeq.

læduntur; *delictum*, factum legi humanæ, pœnam minitanti contrarium; & denique *crimen*, delictum dolo malo perpetratum *n*).

§. XV.

1) uel *commiſſionis* uel *omiſſionis*

Legi contrariaris præcepta omittendo & prohibita committendo. Hinc delicta (1) uel *commiſſionis* uel *omiſſionis* dicuntur eſſe *o*).

§. XVI.

2) uel *prima* uel *reiterata*

Dein delicta quoque diuiduntur, (2) in *prima uice commiſſa* & *reiterata*, quorum *hæc* dicuntur, quæ, licet circa aliud obiectum ſint perpetrata, tamen cum primum commiſſo ſunt eiusdem generis nominisque *p*).

§. XVII.

3) uel *publica* uel *priuata*,

Delicta porro ab omnibus fere doctoribus diſpeſcuntur, (3) in *publica* * & *priuata*, ſed non eodem ſemper ſignificatu. *Alii* enim reſpiciunt, num pœna quæ ſumitur ad publicam an uero priuatam tendat ſatisfactionem *q*)? *alii*

n) FARINACIVS *prax. crim.* qu. 18. nr. 1. ſeq.

o) MATTHAEI tr. *de crimin.* prolegom. c. 4. nr. 1.

p) HARPPRECHT *Reſp. Crim.* 14. nr. 121.

q) POLAC *Syſt. Iurispr. Germ. ant.* III, 1, 5.

alii attendunt iudicium, propter delictum commiſſum inſtitui ſolitum *r)*; *alii*, quos ſequimur, illud conſiderandum putant: num delinquens priuatum an remp. primario læſerit?

* Subdiuiſionem delictorum publicorum in *ordinaria* & *extraordinaria*, quum ſit Iuri Romano propria, nec Germanis cognita, lubens prætereo.

§. XVIII.

Denique delicta doctoribus (4) uel *capitalia* uel *non capitalia*, (5) uel *permanentis* uel *tranſeuntis facti*, (6) uel *communia* uel *propria*, (7) uel *excepta* uel *non excepta*, (8) uel *nominata* uel *innominata*, (9) uel *manifeſta* uel *pernoctata &c.* dici *s*), docebo alibi.

4) uel *capitalia* uel *non capitalia* dicuntur eſſe.

§. XIX.

Ex delicti definitione (§. XIV.) hæc deduco axiomata:

I. Legis eſt, deſignare delicta

II. Delicta factis demum perficiuntur.

r) Ill. HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ. Tom.* II. *lib.* II. §. 9.

s) MATTHAEI c. cap. 4. THEODORICI *iudic. crim.* c. 1. aphor. 16. 20. 22. ſeq.

§. XX.

legibus notantur &

Ex primo (§. XIX, 1.) conſtabit, (1) facta legibus permiſſa in delictis non eſſe, ſi uel maxime eorum auctor animum delinquendi habuerit; (2) factum, quo contrahens contrahentem circumuenit *t*), item (3) illud, quod honeſtatem lædit *u*), aut reip. illiusue membrorum ſaluti contrariatur, ſed lege non eſt notatum, delictum uix poſſe dici. Sunt tamen Dd. qui illud delictum *innominatum* (§. XVIII, 8.) uocant.

§. XXI.

Quum delicta deſignent leges (§. XIX, 1.), hæque uel omnium uel certi tantum generis ciuium facta dirigant: delicta uel certo cuidam hominum generi *propria* uel *communia* dicuntur eſſe (§. XVIII, 6.).

§. XXII.

factis domum perficiuntur

Ex ſecundo (§. XIX, 2.) ſequitur, (1) ut *cogitatio* aut ſolus delinquendi animus in delictum uocari nequeat; (2) ut actus externi, in quos erupit delin-

t) Diſſ. BRVNNEMANN Anweiſ. zum *Inq. proc.* c. 2. §. 5.

u) RECHENBERGII d. *de uitiis quibus ciuitas impar.* aphor. II. §. 2. ſeq.

delinquendi animus, delictum, ad quod committendum ſunt neceſſarii, inchoatum tantum conſtituant *x*) *; (3) ut delicta non ex animo ſed *ex exitu* æſtimentur, ſicque (4) dolo, culpa, caſu & ex neceſſitate, (5) a ſobriis non magis atque a ſumme ebriis, ſumme iratis, ſomno ſepultis &c. peragi poſſint; (6) ut licita agens, per indirectum & caſu fortuito immo & culpa, delinquere poſſit.

* Num quis a facto plane deſtiterit, an aptius ſubinde tempus expectauerit, perinde eſt. V. POTT *de pœna conatus* ENGELBRECHT *de malef. ceptis.* Quandoque tamen leges delictum attentatum habent conſummatum.

§. XXIII.

Facta legibus pœnam minitantibus contraria ſuſcipere, &, quod inde ſequitur, *delinquere* poſſunt cum ſinguli homines tum uniuerſitates. ab uniuerſitatibus non minus atque ſingulis.

§. XXIV.

Quia nihil intereſt, num quis ipſe delinquat, an cauſam delicti ab alio committendi præbeat *y*): uides cur (1) *mandans* delictum illud, cuius neceſſa- An & in quantum quis 1) mandato,

x) SVARETZ *de Legibus* III, 13.
y) a. L. 15. ff. *ad L. Corn.*

ceſſaria cauſa fuit, commiſiſſe dicatur z), ita, ut nulla habeatur ratio (a) modi, quo mandatum dedit, aut (b) identitatis uel diuerſitatis lucri *a*), quod ex delicto; ad mandatum commiſſo, perceperunt mandans & mandatarius.

§. XXV.

E contrario mandans non participat delictum illud, quod (α) fuit prius mandato *b*), aut (β) huius reuocatione poſterius *c*), aut (γ) patratum eſt mandati finibus, qui tamen ſeruari & cuſtodiri facile potuerunt *, inſcio & inuito mandante ſuperhabitis *d*), aut (δ) ſine mandati interuentu certo commiſſum fuerit *e*).

* FACHINAEVS *controu. iur.* I, 36. in ea eſt opinione, quod excuſatio mandanti dari de-

z) 169. de *R. I.*

a) MATTHAEI *de crimin.* tit. de pœn. c. 4. nr. 15. THEODORICI *Iudic. Crimin.* p. 90. ſeq.

b) MENOCH. *de A. I. Q.* cent. 4. caſ. 352. nr. 17.

c) LYNCKER d. *de mand. rei turpis* c. 2. §. 12.

d) Id. c. l. §. 15. GOMETZ c. 3. n. 17. 18. FARINACIVS *pr. crim.* q. 135. n. 65.

e) THEODORICI c. l. p. 85. CARPZOV. p. IV. c. 6. d. 7.

ri debeat toties, quoties fines transgreſſus ſit mandatarius, ſi uel maxime eos cuſtodire non potuerit.

§. XXVI.

Porro (2) commiſiſſe uideris deliĉtum, quod committendi uiam modumque oſtendiſti *conſilio f*). Illud contra, quod (a) prius fuit conſilio, aut (b) commiſſum fuerit, licet conſilii tui rationem & cauſam delinquens non cognouerit &c. tibi conſilium danti uix tribuo. Hic & illud, notes uelim, quod reuocatio conſilii reuocantem non liberet ab omni participatione deliĉti ſubſecuti *g*). 2) conſilio,

§. XXVII.

Particeps denique eris (3) deliĉti, quod ut eo facilius perpetretur, feciſti *auxilio* tuo *h*), neutiquam uero illius (a) ad quod patrandum uel non ordinatum uel non neceſſarium tuliſti auxilium *i*); (b) quod patratum erat prius quam delinquentem iuuiſti auxilio. 3) auxilio,

f) MATTHAEI c. l. *proleg.* c. I. n. 7. 8.
g) POLAC *Syſtem. Iuriſpr. Germ. ant.* III, 4, I.
h) *I. P. S.* II, 13. FALCKNERI d. *de iure complic. in deliĉtis.*
i) BERLICH. *p.* V. *concl.* 55. nr. 35. GVAZZINI *def.* 33. c. 10. n. 52.

§. XXVIII.

4) intermiſſa reuelatione uel

Cur uero (4) eos, qui delicta aliorum ſibi nota *non reuelarunt*, ſocios delinquentium habeas, equidem non uideo, niſi lex adſit ſtatutumue, iubens, unumquemque delicta denuntiare, ni uelit delinquentis haberi ſocius *k*).

§. XXIX.

5) reſiſtentia, &

Sic quoque delinquentis ſocius mihi non erit (5) qui, quo minus delinquatur, *impedire noluit*, quum tamen potuit. Sin uero eum delictum impedire iubeat uel *poteſtas*, qua in delinquentem gaudet *l*), uel *obligatio*, qua lædendo obſtrictus eſt, aliud ſtatuere nullus dubito.

§. XXX.

6) facta ratihabitione ad delictum concurrat tertii?

Denique in delinquentium ſociis non erunt (6) qui delicta ab aliis commiſſa *habent rata m*). Excipias tamen uelim eos (a) qui delicta, quæ ſuo nomine committi permiſerunt *n*), habent

k) GERDES diſc. *de iure reuelat.* §. 29. Oper. Tom. III. p. 145. Ill. BOEHMER d. *de obligat. ad reueland. occulta.*

l) LEYSER ſp. DXXXIV. m 9.

m) Id. c. l. med. II.

n) THEODOR. c. l. p. 90.

habent rata, ut lucrum ex iis perciperent; (b) qui ratihabitione ſua delinquentes magis magisque ad delinquendum inuitarunt *o*).

TIT. III.
DE VERIS ET QVASI CRIMINIBVS IN GENERE.

§. XXXI.

Crimen eſt delictum (§. XIV.) dolo malo, i. e. prælucente intellectu & decernente uoluntate, perpetratum (§. eod.). Criminum rei ſunt,

§. XXXII.

Vnde conſtare puto (1) neque dolum ſine delicto, neque delictum ſine dolo crimen conſtituere; (2) eum, qui dolo malo delictum committere uoluit, nec tamen perficere potuit, *intentati* criminis reum eſſe, niſi lex adſit, quæ conatum pro delicto perfecto haberi iubeat (§. XXII. *); (3) animum eſſe, qui a delictis diſtinguat crimina *p*); (4) delicta eorum, qui intellectu, uoluntate aut diiudicandi norma qui dolo malo, neutiquam uero

o) FARINAC. *pr. crimin.* q. 135. n. 87. ſeq. *Conſil. Crim.* 4. nr. 4.

p) 14. *ad L. Corn. de ſicar.*

norma deſtituuntur, falſo haberi crimina; (5) neminem, dum licita agit, criminis reum directo aut per indirectum fieri poſſe; (6) eum, qui rebus illicitis ſciens uolensque operam dedit, iure meritoque dici doloſum auctorem delictorum, quæ neceſſario *q*), non uero eorum, quæ præter ſpem & opinionem, ſecuta ſunt *r*).

§. XXXIII.

qui priuati 1) rationis uſu, utpote 2) furioſi &c.

Quia delicta eorum, qui intellectu ſunt priuati, falſo habentur crimina (§. XXXII, 4.): in crimінoſis uix poſſunt eſſe (1) infantes, (2) pueri *s*) *, (3) in quos quadrat illud: bis pueri ſenes, (4) furioſi **, (5) dementes *t*), (6) maniaci (7) non reſpectiue, ſed abſolute melancholici, (8) ſurdi & muti natura tales *u*), (9) ſomno penitus ſepulti *x*).

* Dummo-

q) C. C. C. art. 148.

r) CAEPOLLA *conſil.* 36.

s) C. C. art. 114. SCHVLTZ d. *de deliƈt. pueror.* Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 23.

t) LEYSER *ſpec.* DXXXII.

u) KRESS. vom R. der taub und ſtumm geb. c. 1. §. 16. BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* pag. 6.

x) THOMASII d. *de iure circa ſomnum* c. 5. §. 16. FARINAC. *pr. cr. q.* 92. nr. 46. ſeq. *q.* 94. n. 1. ſeq.

* Dummodo, ut cum Apuleio loquar, *non ſint prius robuſti ſcelere, quam tempore; ante nocentes, quam potentes; uiridi pueritia, cana malitia.* MATTHAEI c. I. *proleg.* c. 2. n. 2. Hoc caſu capitali pœna adfici poſſunt. *C. C.* art. 164. STRVV. *obſ. cr.* VIII, 5.

** *I. P. S.* III, 3. *Sueu.* c. 145. niſi eos tempore dilucidi interualli deliquiſſe conſtet. V. FROMMANN *hypoth. iuris furioſor.*

§. XXXIV.

Porro non eſt, cur criminoſis annumeres (10) *temulentos*, ex quibus mens, bonum a malo ſecernens, exulauit delicti commiſſi tempore * *y*). b) temulenti

* Ipſa licet ebrietas, *Ord. Pol.* 1577. tit. 8. *Ref. Pol.* 1584. tit. vom Zutrincken, & in *ſingularibus Regum Polon. & Boruſſ. edictis*, uertatur uitio; tamen iubet ratio, ſtatuitque praxis, criminoſum eſſe nonniſi eum, qui deliquit (a) ebrioſus, aut (b) leui ebrietate uel (c) ea lubenter ſopitus, qua ſe delinquere ſolere ſatis præſciuit. (*§.* XXXII, 6.).

§. XXXV.

Quo ſe crimine liberent, habebunt denique (11) qui ex iuſta cauſa ad ſummam *iram*, nimium *dolorem* aut *amorem* inducti, ſicque mentis uſu priuati deliquerunt, neutiquam uero, qui c) ſumme irati &c.

y) BODINI d. *de iure circa ebr.* BECHMANN d. *de pœna & iure ebr.*

qui leuibus, aut ex actu illicito contractis, aut in futurum ſeruatis, adfectibus occupati contra leges egerunt.

§. XXXVI.

d) in facto errantes

Num *error* a dolo excuſet? haud raro quæritur. Equidem eum, quem *error facti* totius illiusque cauſæ duxit, in totum; illum contra, qui *ab obiecto aberrauit*, in tantum h. e. nouæ, quam crimen induit, qualitatis intuitu z), excuſandum eſſe putarem.

§. XXXVII.

2) uoluntatis libertate, aut

Si delicta, commiſſa tempore, quo eorum auctor ab alterius pependit arbitrio, crimina dici nequeunt (§. XXXII, 4.): ſequitur, ut criminoſi non ſint habendi, (1) qui ad iuſſum *principis* *, aut (2) eam *uim* externam, *cui reſiſtere non potuerunt*, paſſi, (3) eoue *metu*, qui in uirum conſtantem cadit, capti *a*), aut (4) *opportunitate commoda* ad delinquendum inopinato inuitati &c. deliquerunt.

* Num ad iuſſum principis alteriusue ſuperioris delinquens ab omni dolo, remotus ſit?

z) BLVMLACHER *ad C. C.* art. 117. n. 11. CARPZOV. *pr. cr. q.* 174. n. 69. 97.

a) GRANTZ *defenſ. inquiſ.* c. VI. m. 2. ſect. 2. art. 7.

ſit? nec ne, diſputant FARINACIVS c. l. qu. 97. n. 5. FAVST a STROMBERG *de crimin.* p. 12. & ad inſtar omnium Ill. LEYSER. *med. ad ff.* ſp. DXXXV. qui docet (1) inferiorem ſuperioris iuſſa, de quorum iuſtitia dubitat, exequentem, non peccare (§. XIV.) *med.* 16. ſeq. (2) eum, qui ad iuſſum ſui principis, eiusue magiſtratus, cuius poteſtas cum principali coincidit, deliquit, extra crimen eſſe, atque contra iubentem ad indemnitatem agere poſſe; *med.* 7. (3) eum qui ad iniuſtum, quem cognouit patris, domini, maritiue ſui iuſſum delinquit, crimen committere, ſed commiſeratione aliqua dignum. *med.* 5.

§. XXXVIII.

3) norma diiudicandi, deliquerunt, dummodo

Quos norma licitum & illicitum diiudicandi, quando illicitum perpetrant, deſtituit, in criminoſis non ſunt (§. XXXII, 4.). Itaque cauſam eſſe reor, ex qua a criminibus (1) Iure naturæ notatis, *inter bruta educati*, & (2) iis, quæ leges ciuiles admodum ſpeciales deſignant, *peregrinantes*, qui ante paucas aduenerunt horas, ſe liberare poſſunt.

§. XXXIX.

rationis uſu, uoluntate aut norma diiudicandi ſe ipſi non priuauerint.

Qui ſe ipſi priuarunt rationis uſu, libera uoluntate, aut norma diiudicandi, ſunt, ubi delinquunt, uix extra dolum poſiti. Nullus hinc dubito, quin in criminoſorum claſſem referam

ferant (1) quotquot *furorem* uel *ebrietatem* ſibi quæſiuerunt, aut (2) alterius *imperio* ſe ſubiecerunt, ut eo facilius delinquerent; (3) qui *adfectus* ſeruarunt ſuos ad tempus usque delinquendi commodum; (4) qui *ſomnum* capturi omnem curam defixerunt in eo facinore, quod ſomno dati peregerunt *b*).

§. XL.

Quando in criminoſis ſit uniuerſitas, aut

Quia perſonæ in unum congregatæ non minus atque ſingulæ intellectus uoluntatisque ſunt participes: certe uniuerſitas, cuius membra ſigno dato collecta, præuia deliberatione delictum aliquod decreuerunt, decretumque patrarunt, in criminoſis erit *c*).

§. XLI.

quædam tantum illius membra?

Quod ſi uero ciuitas de delicto perpetrando uel plane non uel per plurima tantum uota conuenerit: delictum poſtea patratum ſingulis illius auctoribus *d*), non uniuerſitati, uertendum erit crimini.

§. XLII.

b) THOMASIVS c. d. c. V. §. 8.

c) GVNDLING d. *de uniuerſ. delinqu.* LEYSER d. *de delictis colleg.*

d) GRANTZ c. l. c. IV. m. 1. ſect. 1. nr. 253. ſeq. GAIL. *de P. P.* II, 9. THEODORICI c. l. c. X. aph. 3. n. 15.

§. XLII.

Fallor, aut ex dictis (§. XXXI. ſeq.) conſtabit, ſocium criminis non niſi eum eſſe, qui delicto (§. XIV.) ſciens uolensque (§. XXXI. ſeq.) efficienter (§. XXIV. ſeq.) anteceſſit *e*). Socius criminis quis ſit?

§. XLIII.

Hinc quilibet ſocietatis ſceleris accuſatus (1) gaudet exceptione delicti uel doli deficientis (§. XXXII, 1. 2.); (2) ex iisdem cauſis, ex quibus ſignifer, dolo carere uidetur. Proſunt itaque ei (a) lubrica & incerta ætas (§. XXXIII, 1.), (b) furor (§. eod. 3.), (c) ſumma ebrietas (§. XXXIV.), (d) ira, quæ furor breuis eſt (§. XXXV.), (e) certus in facto error (§. XXXVI.), (f) ademta uoluntatis libertas (§. XXXVII.), (g) defectus normæ diiudicandi (§. XXXVIII.) &c. A ſocietate ſceleris quænam liberent? ſpeciatim

§. XLIV.

Vnde criminis ſocius non eſt *mandans*, (1) qui dolo quidem malo delictum aliquod mandauit, ſed illud non participat (§. XXV.), quod ſecutum eſt; (2) qui illud mandauit delictum 1) mandantem

e) COCCEII d. *de ſocio criminis.*

lictum, quod (a) intellectu conſequi non potuit, uel (b) iuſta de cauſa factum licitum habuit, uel (3) ut mandaret, coactus eſt.

§. XLV.

mandatarium,

De crimine porro ſe excuſare poteſt *mandatarius* (1) qui neſciuit, rem ſibi demandatam legibus contrariari; (2) cui rem ex iuſta cauſa demandari uiſum eſt *f*), uel ſaltem cauſæ demandatæ iuſtitiam examinare non conuenit; (3) qui mandatum quidem dolo malo ſuſcepit, nec tamen perſecutus eſt.

§. XLVI.

conſultorem,

Sic quoque ſocium criminis non habeo eum (1) qui dolo quidem malo *conſilium* delicturo dedit, ſed illud, ſine quo flagitioſus certo deliquerit; (2) qui modum delinquendi conſilio ſubminiſtrauit; deſtitutus tamen rationis uſu, uoluntatis libertate aut norma diiudicandi.

§. XLVII.

adiutorem,

Eædem conditiones, ſub quibus *man-*

f) STRYK d. *de imputat. facti alieni* c. V. nr. 53 ſeq.

mandantem (§. XLIV.) & *conſultorem* (§. XLVI.) in criminoſorum ſocietatem tranſire diximus, notandæ erunt deciſuro quæſtionem: An & quatenus is, qui delicturo *auxilium* tulit (§. XXVII.), uel delictum perpetrandum *non impediuit* (§. XXIX.), uel perpetratum *non reuelauit* (§. XXVIII.) g), aut *ratum habuit* (§. XXX.), criminoſi ſocius haberi poſſit?

§. XLVIII.

Ciuitas denique participat crimen, quod a quibusdam tantum membris cæptum & adhuc continuandum, præuia deliberatione fouit *mandato*, *conſilio*, *auxilio &c.* ad crimen plene peragendum neceſſario. Contra non participat crimen, (a) quod, ubi reſciuit commiſſum, non puniuit, (b) quod iuuit auxilio, conſilio, mandato &c. ſed uix neceſſario &c. ciuitatem.

§. XLIX.

Quaſi crimen eſt delictum (§. XIV.) non quidem dolo, culpa tamen commiſſum. In culpa autem dicitur eſſe, qui non omnem adhibuit diligentiam, quam adhiberi iubent leges. Quaſi criminis

g) SCHROETERI d. *quomodo nuda ſcientia criminis quem inuoluat?* Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 18, 18.

§. L.

reis

Sic (1) in rebus licitis peragendis non ſeruans limites; (2) ſolus obdormiens, quum tamen ſciuerit, ſe de noctu ſurgere alioſque inuadere *h*); (3) quærens ebrietatem, qua durante, ſe cum quolibet de qualibet re rixari ſolere, cognouit optime; (4) ſine iuſta cauſa iraſcens, aut dolorem capiens; (5) immoderato amore amicum proſequens *i*); (6) leuibus & in futurum ſeruatis adfectibus indulgens; (7) legem prohibitiuam obliuioni tradens, (8) pubertati proximus ubi delinquit, fit reus quaſi criminis.

§. LI.

non idem ſemper imputari poteſt.

Quia gradus culpæ uariant, omnibus reis unius quaſi criminis non idem ſemper, ſed aliis plus aliis minus imputandum eſſe puto.

§. LII.

Quid de delictis caſualibus & neceſſariis iudicandum ſit?

Actiones illicitæ, ubi caſu ſunt peractæ, aut ex neceſſitate ſuſceptæ; neque ueri (§.XXXI.), neque quaſi criminis (§.XLIX.), naturam induunt *. Hinc

h) THOMASIVS c.d. c. V. §. 16. BERGER *Elect. Iurispr. Crim.* p. 8.

i) SCHVLTZII d. *de delictis pro amico.*

Hinc (1) facti cauſam, non factum *k*) conſiderari iubent leges. (2) Germanus dicit: Noth hat kein Gebot *l*).

* Cur ſtatuam delicta, quæ ex caſu proficiſcuntur, maioribus noſtris fuiſſe quaſi crimina, equidem non uideo. Falſum enim eſt *L. Sax.* tit. XII. *L. Friſion.* addit. tit. 3. *I. P. S.* II, 14. & 38. *Suev.* c. 227. *Weichb.* art. 38. caſum animaduerti, quum textus laudati de caſibus, quibus culpa præceſſit, loquantur, conuenientes cum *L. Wiſig.* VI, 5, 4. XI, 1, 6. *Capit.* VII, 297.

§. LIII.

Homines (1) in ſemetipſos, (2) in alios uolentes, (3) in nihil iniuriæ ſentientes u. c. infantes, dormientes, furioſos, mortuos delinquere immo crimen committere poſſe, ſatis euicit MATTHAEI *m*). In quem delinquatur?

TIT. IV.

DE CAVSIS EX QVIBVS CRIMINA REDDVNTVR VEL GRAVIORA VEL LEVIORA.

§. LIV.

Eo grauius habetur unumquodque crimen, quo plures fuerunt cauſæ, Quæ crimina reddant grauiora?

k) 39. *de furt.*

l) PISTOR *cent.* 4. *par.* 34. HOMBERG d. *neceſſitas exlex.*

m) c. l. *proleg.* c. 3.

cauſæ, cur ab eo abſtinendum fuerit, ſpeciatim (1) quo maiori damno eſt reip. aut priuatis; (2) quo minus ab eo læſus ſe defendere potuit *n*); (3) quo eminentior perſona læſa; (4) quo ſanctior aut frequentior locus, ubi commiſſum; (5) quo a facinoroſo commiſſum eſt, aut in ciuitate committi ſolet, frequentius; (6) quo peior eſt delinquentis intentio *o*).

§. LV.

Concurſus criminum quotuplex?

Grauius quoque habetur crimen, (7) quocum *concurrit* aliud. Criminum uero concurſus uel *ſimultaneus* uel *ſucceſsiuus* dicitur eſſe, prout uel ex uno eodemque uel ex diuerſis & ſeparatis factis crimina, quæ concurrunt, nata ſunt *p*).

§. LVI.

Crimina, quæ concurrunt, ubi ad eundem finem tendunt, eadem; ſin ad diuerſum, diuerſa habentur.

§. LVII.

n) KRESS. ad C. C. art. 109. §. 2.

o) RICHTER d. *de aggrauat. delict.* c. 2. TENZEL d. *de iure princ. circa del.* c. 2. §. 22. MATTHAEI c. tr. *prol.* c. IV. §. 2. ſeq.

p) SCHVLTZII d. *de concurſ. delict.* c. 2.

§. LVII.

In eo, qui caſu fortuito, aut ex neceſſitate *q*), aut ad iuſſum principis *r*), aut ui coactus *s*) deliquit, nihil reſidere criminis, quum hoc ex ſuperioribus (§. LII. XXXVII.) conſtet, ut multis probem, non eſt. Illud autem quin adducam nequeo, quod leuius haberi ſoleat crimen (1) cuius euentus bonus & proſper *t*); (2) cuius auctor de republica bene meritus; (3) quod ex ruſticitate & ſimplicitate *u*), aut (4) moribus regionis *x*) uenit, uel (5) dum illud priuato tantum obeſſe credunt leges, transactione cum læſo inita compoſitum eſt. Cauſæ crimen mitigantes.

TIT. V.
DE POENIS.

§. LVIII.

Poena eſt malum, quod quis ob uerum uel quaſi crimen ſibi imputandum, ex legis diſpoſitione ſubire tenetur. Pœnarum

C 4 §. LIX.

q) TIRAQVELLVS *de pœnis temper. aut remitt.* cauſa 33.
r) Id. c. 34.
s) Id. c. l. c. 36.
t) Id. c. l. c. 52.
u) Id. c. l. c. 11.
x) Id. c. l. c. 42.

§. LIX.

finis uarius.

In criminibus uindicandis lex tria ſequitur: *aut*, ut eum, quem punit, emendet; *aut*, ut pœna eius ceteros meliores reddat, *aut*, ut ſublatis malis ceteri ſecuriores uiuant *y*).

§. LX.

Vnde hæc enunciare nullus dubito:
I. Pœna ſcelus ſequitur.
II. Lex pœnas ſtatuit.
III. Pœna ſtatuta non infligitur, ubi duo eorum, quæ in uindicandis criminibus lex ſequitur (§. LIX.), iam obtenta ſunt.

MEMBRVM I.

POENAE SEQVVNTVR CRIMINA, HISQVE RESPONDERE DEBENT.

§. LXI.

Pœnæ crimini, ob quod infliguntur,

Quum pœna ſcelus ſequatur (§. LX, 1.) in confeſſo erit (1) quemlibet, cuiuscunque ſit generis, conditionis aut ſexus, ubi alicuius ueri aut qu. criminis reus factus eſt, puniendum eſſe; (2) ceſſare pœnam, ubi crimen ceſſat uel natura uel lege; (3) dolo

y) SENECA *de Clement.* I, 22.

dolo malo aut culpa deliquiſſe uideri z), quos gladius perſecutus eſt; (4) tot cuique pœnas irrogandas eſſe, quot commiſit crimina diuerſi generis, nec ſucceſsiua (§. LV.), nec ad eundem finem patrata neceſſario (§. LVI.) a); (5) pœnas criminum auctores manere b).

§. LXII.

Ex eodem (§. LX, 1.) porro ſequitur, (6) ut pœna crimini reſpondere debeat c). Hinc (a) pro uarietate criminum non poſſunt non uariare pœnæ; (b) quo grauius crimen, eo grauiorem pœnam auctori (§. pr. 5.) infligi neceſſe eſt; (c) plures eiusdem criminis rei ſociiue ſunt eadem pœna plectendi d); (d) in determinanda pœna magis reſpicitur malitia criminoſi, quam quantitas damni delicto dati; (e) creſcentibus criminibus pœnæ debent creſcere; (f) uix iuſtam pœnam ſtatuere poteſt, qui respondere,

 quid

z) Ill. BOEHMERI d. *de pœna ſine crimine.*

a) FARINACIUS *pr. crim.* q. 22. n. 19. q. 23. n. 17.

b) 22. C. de pœn.

c) SODE d. *de menſura pœnar. magnitudini delictorum reſpondente.*

d) CAEPOLLA *conſil.* 27. nr. 9. 10.

quid grauitatis uel lenitatis cuique inſit, plane ignorat; (g) impunia ſunt facta ea omnia, quæ reip. ſunt noxia, nec tamen a lege notata; (h) crimen factis externis inchoatum pœna ſequitur *e*), non tamen ea, quæ conſummatum manet, niſi lex attentatum pro conſummato habeat (§. XXXII.).

§. LXIII.

& criminis Ceſſante crimine, ceſſat pœna (§. LXI, 2.). Hinc (1) germani haud abs re dicunt: Gedancken ſind Zollfrey *f*); (2) nullas pœnas pendunt (a) res *inanimatæ*, u. c. ædificia * & inſtrumenta **, ubi & quibus mediantibus crimen commiſſum eſt &c. (b) *animatæ*, ſed doli non capaces u. c. animalia, ſecundum illud: kein Vieh verbühret Gewette an ſeiner That ***; (c) quotquot neque dolo neque culpa deliquiſſe conſtat.

* Sicut olim *ædificia*, in quibus quis uel ſtupri uiolenti uel raptus uel rapinæ crimen commiſerat, diruebantur, *I. P. S.* III, 1. *Weichbild* art. 38. SCHOTTEL *de ſingular. quibusd. in G. iuribus* c. XIV. §. 17. ita & ho-

e) C. C. art. 178. ROESENER *de conatu punibili*. POTT *de pœna conatus*.

f) STRYK tr. *de iure ſenſ.* diſſ. X. c. 6.

& hodie domus rei criminis perduellionis deſtruitur, STRYK *V. m. ff. ad L. Iul. Mai.* §. 8. non tamen in pœnam, ſed in ſolam ibi aut ab illius domino commiſſi criminis deteſtationem.

** *Lapides*, *fuſtes*, *gladii*, quibus homo interfectus eſt, alicubi eum in finem *ſuſpenduntur*, ut moneant ciues, quantum nocere poſſit temerarius armorum uſus. LEISER *Iur. georg.* II, 10, 30. THOMAE *de noxia animal.* c. 27.

*** Licet *bruta*, quibus uel præſentibus uel phyſice concurrentibus delinquit homo, quandoque tollantur e medio, tamen hoc in pœnam non fit, ſed ut uel memoria criminis aboleretur, nec patrandi notitia aliis ſuggereretur, uel ſaluti hominum conſuleretur.

§. LXIV.

Commiſſo crimine nonniſi huius auctor puniendus eſt (§. LXI, 5.) Vnde (1) neque heredes de teſtatoris *g*)*, liberi de parentum **, parentes de liberorum, dominus de ſerui &c. criminibus reſpondere debent; (2) crimina dicuntur eſſe perſonalisſima; (3) tot ſunt puniendi, quot criminoſi *h*). auctorem manere debent.

* Niſi teſtator in pœnam pecuniariam iam condemnatus fuerit. COCCEII d. c. §. 30.

** Id

g) COCCEII d. *de oblig. hered. ex delict. def.* ſect. IV. §. 1.

h) *C. C. C.* art. 148.

** Id quod tamen de I. Ro. in liberis perduellium, adulterinis & inceſtuoſis ſecus eſt. FISCHERI d. *de pœnarum humanar. abuſu* §. XII.

§. LXV.

Quid iuris, ſi ciuitas criminis rea non ſit ſoluendo?

Vbi *ciuitas*, quæ crimen commiſit uel omnibus uel ſufficientibus deſtituitur bonis, iſtius membra horumque heredes in ſubſidium tenentur, neutiquam ſucceſſores in officio, niſi ad quos aliquid ex crimine peruenit *i*).

§. LXVI.

Tot pœnæ, quot crimina.

Quot crimina quis commiſit, tot pœnas ei irrogandas eſſe diximus (§. LXI, 4.). Illud autem adhuc notes uelim, quod (1) eiusdem generis reiterata, & (2) ad unum eundemque finem tendentia crimina, quum habeantur eadem (§. LVI.), unica tantum pœna plectantur *k*); (2) ubi pœnæ diuerſorum criminum in uno eodemque iſtorum reo uix ſunt compatibiles, obtineat regula: *minorem pœnam abſorbet maior*, quæ quandoque tamen ob grauitatem criminum con-

i) LEYSER ſp. DXXXIII.
k) SCHVLTZ. d. *de concurſ. delict.* c. 3. §. 6.

concurrentium uel iſtorum circumſtantiarum (§. LIV.) qualificatur. Vnde parœmiam illam: **Wer einen erwürgt, darf 10. umbringen**, licet quod ad capitalem pœnam, non tamen quod ad ſpeciem capitalis pœnæ, procedere ſtatuo *l*).

§. LXVII.

Pœnæ, quum eas omnes princeps non determinet, ſunt

Ex ſecunda enuntiatione (§. LX, 2.) cuilibet conſtabit de cauſa (1) cur pœnæ, quibus coercentur crimina, non ubiuis locorum Germaniæ ſint eædem; (2) cur princeps, pœnam in crimen aliquod ſtatutam uel in totum, uel in tantum *tollere*, in ſtatutæ locum aliam *ſurrogare*, ſurrogatam grauiorem reddere &c. poſſit, dummodo nullum ius tertio iam quæſitum adimat; (3) cur princeps criminibus, quibus pœnam confiſcationis, bonorum detraxit nemeſis Carolina, eam de nouo queat imponere *m*); (4) cur arbitrio principis relinqui debeat, uelit inflictam pœnam *effectu* ſuo *deſtituere*, nec ne *n*).

§. LXVIII.

l) HERT. *param.* 117. PISTOR *cent.* 3. *par.* 93.

m) KRESS. *ad C. C.* art. 218. §. 4. not. 3.

n) *R. I.* 1526. §. Und wiewohl. MAVRITIVS *p.* II *conſ.* 8. nr. 4.

§. LXVIII.

uel legitimae uel arbitrariae.

Quia uero leges non omnium ſemper delictorum pœnas definiunt, ſed aliquas iudicantium arbitrio & religioni relinquunt: inter Dd. nota eſt pœnarum in *ordinarias* ſeu legitimas, & *extraordinarias* ſeu arbitrarias diſtinctio.

§. LXIX.

Quando pœna infligatur nec ne?

Enunciatio tertia (§. LX, 3.) nos docet cauſam (1) cur detur *præſcriptioni* locus; (2) cur *executio in effigie* obtineat uſu; (3) cur reus, qui crimen confeſſus aut de eo conuictus atque damnatus, ſed ante ſupplicium mortuus eſt, quandoque * ſuſpendatur, capite uel manu truncetur &c.

* Tunc maxime, ſi corpus præter capitale ſupplicium rotæ imponendum, aut in partes diſſecandum, uel membra publice exponenda ſunt, hoc fieri ſtatuit CRELL. d. *de iure manuum & pœnis* §. 22.

MEMBRVM II.
DE
VARIIS POENARVM GENERIBVS.

§. LXX.

Pœnæ uariant.

Quia pœnæ uariant (§. LXII, b.) notabis, alias *capitales* eſſe, alias *non*

non capitales. Vnde delicta ſolent diſtribui in capitalia & non capitalia (§. XVIII, 4.). Pœnæ non capitales ſunt iterum uel *corporales*, uel *famoſæ* uel *libertatem adimentes* uel *pecuniariæ*.

§. LXXI.

Mors licet una, tamen uariæ ſunt pœnarum *capitalium* ſpecies, quarum aliæ *ſimplices,* aliæ *qualificatæ*. Ad *ſimplices* refero (1) *decollationem*, quæ hodie, nulla ratione perſonæ criminoſi habita, gladio * ſolet fieri. Hæc pœna quouis tempore honeſta fuit *o*). (2) *ſuſpendium.* Hanc pœnam, quum fœda & ignominioſa *p*) ſit, in nobiles non cadere Dd. ſtatuunt *q*).

Sunt aliæ capitales eæque uel ſimplices

* Quæ de hoc gladio ſibi fingit plebs fabuloſa, tradit DOEPLER Schaupl. derer Leibs- und Lebens-Str. p. 11. c. 4.

§. LXXII.

Pœnæ *qualificatæ* ſunt uel per ſe tales, uel per id quod extrinſecus accedit. Illius generis ſunt (1) *rota*, qua ceruix primum concutitur *r*), (2) *culeus.*

uel qualificatæ; cum uſitatæ

o) *gl.* ad *Weichb.* art. VIII. n. 16. ZIERITZ *ad C. C.* art. 192. TIRAQVELLVS *de nobil.* c. 37. nr. 153.

p) DOEPLER c. l. cap. 6. nr. 1. ſeq.

q) MAVRITIVS *de nobil. german.* th. 47.

r) DOEPLER c. l. c. XIX.

culeus. Hodie reus in ſaccum linteum inſuitur cum (a) cane, (b) gallo gallinaceo, (c) feli, ſimiæ, quæ olim inſuebatur, loco, (d) uipera, aut ſerpente picto *s*). (3) *Viui combuſtio.* Vt ne deſperet comburendus, uel ab eius ceruice ſaccus puluere nitrato plenus penditur, uel ſtrangulatio cum combuſtione coniungitur *t*). (4) *Corporis rei in quatuor partes diſſectio*, das Viertheilen. Singulæ cadaueris partes in diuerſis uiis publicis poſteà ſuſpenduntur *u*). (5) *Viui defosſio, ſtipite acuto per corpus transfixo.* Quod ſupplicium licet ſit antiquum *x*) & C. C. adprobatum *y*), tamen hodie ubique deſiit *z*).

§. LXXIII.

Extrinſecus qualificatur pœna capitalis, (1) ubi morti iam tradendus *impo-*

s) BERGER *El. Iuriſpr. Crim.* p. 17. HEIL *iud. & defenſ.* p. 489.

t) HEIL c. l. p. 490. DOEPLER c. l. c. 46.

u) DOEPLER c. l. cap. 22.

x) TRITHEMIVS *Breuiar. hiſt. Franc.* I, 19. *Sentent. Scab. Magd. Weichb. annex.* tit. von *Inceſt.*

y) art. 131.

z) BEYER ad cit. art. DOEPLER c. l. cap. 28. 39. IOACHIMI d. *de uini ſepultura, delicto & pœna* c. 2. §. 11.

imponitur trahæ, wird geſchleifet *a*), (quod non ubique eodem fieri ſolet modo *b*)), (2) *forcipibus candentibus* uellicatur, mit glüenden Zangen geriſſen *c*); (3) ubi *decollati cadauer in rotam imponitur*, wenn deſſen Cörper auf das Rad geleget und geflochten wird *d*); (4) ubi *rota contundendi crura & brachia prius franguntur*, quam caput uel cor contunditur, wird von unten auf gerädert *e*).

§. LXXIV.

Ea ſupplicia, quæ germani reprobant u. c. *lapidationem*, *ſectionem per ſerram*, *obiectionem beſtiis factam*, *condemnationem ad beſtias*, *mactationem*, *ſupplicium ueneni*, *crucis*, aliaque a DOEPLERO *f*) relata lubens prætereo. Sic quoque cur *abſciſſionis capitis per aratrum* mentionem faciam, certe non eſt. Nondum enim, eam unquam in germa- tum inuſitatæ;

a) HEIL c. l. p 491.
b) MYLIVS ad BEYERI *delin. I. Crim.* p. 367. nr. 12. DOEPLER c. l. c. 21.
c) DOEPLER c. l. c. 20.
d) CARPZOV *pr. crim.* q. 128. nr. 60.
e) HEIL c. l. p. 492. nr. X.
f) c. l. c. XII. XVII. XVIII. XXIII. XXV. XXIX. XXX. XXXI. XLVIII.

germania uiguiſſe, probarunt PHILIPPI *g*), KRESS *h*), ceterique.

§. LXXV.

alíæ *corporales*, tam approbatæ

Pœnæ corporales hæ ſunt: (1) *fuſtigatio*, * quæ moribus noſtris infamat *i*), & plerumque cum perpetua relegatione coniungitur. In Ducatu tamen WVRTENB. uirgis cæſi uel plane non uel ad certum tantum tempus relegantur *k*). In Elect. HANNOV. fuſtigatio, quum rarisſime emendet reum, ſed plerumque ſoleat eſſe: Die erſte Weihe zum Galgen *l*), reprobata eſt *m*), condemnatione in opus publicum in illius locum ſurrogata. (2) *Virgindemia*, ſeu caſtigatio illa, quæ uirgis in carcere per lictorem fieri ſolet, & dicitur: der Stock-Schilling *n*), (3) *amputatio manus*, Abhauung

g) *uſ. pr. Inſtit.* IV, 17. *ecl.* 79. nr. 13.

h) d. *de priuil. agric.* ſect. II. §. 14.

i) THOMASII d. *an pœnæ uiuentium eos infamantes ſint abſurdæ &c.* p. 41.

k) WILDVOGELII d. *de ictu fuſtium* c. 3. th. 14.

l) BODINI d. *de fuſtigationis iniquo uſu hodierno*.

m) d. 28. Decembr. 1717. V. THOMASII c. d. p. 66.

n) BEIER *de Virgindemia*.

hauung der einen Fauſt *o*). Amputatur unica tantum, & quidem ea, qua reus facillime carere poteſt *p*). Itaque ſiniſtra, niſi dextra arida. Nobiles a pœna amputationis manus non immunes eſſe, docet HELVIG *q*), (4) *amputatio digitorum r*), (5) *amputatio aurium & narium*, (6) *abſciſſio linguæ.* Quam pœnam praxis temperat, iubens, non niſi anteriorem linguæ partem abſcindi *ſ*), (7) *oculorum effoſſio*, cuius antiquitatem, fata & non uſum hodiernum docet KRESS. *t*), (8) membrorum extenſio, quæ dicitur *Tratto di chorda u*), das Wippen. Quæ fit ad unum gradum, relegationi; ea uero, quæ plures gradus comprehendit, fuſtigationi æquiparatur *x*); (9) *ſtigmatis inuſtio*, Das Brandmahlen, anbrennen der Schandzeichen. Inſcri-

o) *I. P. S.* II, 16. CRELL. d. *de iure manuum* §. 21.

p) WILDVOGELII d. *de iure manus dextræ ſect.* VI. §. 8.

q) d. *de iure manus ſiniſtræ* §. 34.

r) SCHAMBERG. d. *de iure digitor.* c. 4. §. 11. ſeq.

ſ) KRESS. ad art. 198 §. 1.

t) ad C. C. art. 159. §. 5 not. 3.

u) C. G. BERGERI d. *de pœna tratto di chorda dicta.* DOEPLER c. l. p. I. c. 40.

x) HEIL c. l. c. VI. §. 3. p. 340.

ſcribuntur autem faciei uel alii corporis parti ea ſigna, quæ loquantur pœnam ob crimen aliquod promeritam *y*); (10) *damnatio ad opus publicum* **, u. c. ad fortalitia exſtruenda, lapides in lapidicinis præparandos &c. (11) *damnatio ad ergaſtula* in die Zuchthäuſer, Raſpel- und Spinnhäuſer *z*).

* Hæc olim cum turpi decaluatione, de qua mox dicendum erit, coniungebatur. Hinc pertingere dicebatur an Haut und Haar.

** *Ad metalla* apud nos condemnatur nemo, quum (1) nunquam defuturi ſint homines integræ uitæ, qui eam conditionem ſubeant, (2) ignominia notarentur metallarii, ſi horum conditio aliis ſupplicio eſſet. TITIVS d. *de iure metallorum* §. 26.

§. LXXVI.

quam reprobatæ;

Caſtrationem a), *damnationem ad triremes b*), *dentium excuſſionem c*), *barbam pice illitam d*), *amputationem pedum e*), *crurifragium f*), &c. pœnas uel nun-

y) TENZEL d. *de ſtigmatibus in facie*.

z) SIMONIS *ergaſt. diſcipl.* KRAVSOLD *de uſibus S. Raſpini*. REINHARTH *de ergaſtulis, eorumque iure*.

a) *L. Sal.* XXIX, 6. XLIII, 2. DOEPLER c. I. p. I. c. 54

b) ROMANI d. *de perrara pœna ad triremes in Conſt. El. nou. 7. 8. definita*.

c) DOEPLER c. l. c. 45.

d) Id. c. 46.

e) Id. c. l. c. 58.

f) Id. c. l. c. 56.

nunquam, uel ſaltem hodie in Germania non uſitatas cur deſcribam, non eſſe duco.

§. LXXVII.

Famam ſugillant pœnæ, (1) quæ a carnifice infliguntur *g*); (2) quæ reum omnium exponunt riſui. Ad famoſas itaque non poſſunt non referri (a) *numellæ*, Halß-Eiſen, Pranger. Hanc pœnam modo ſimplicem, modo cum fuſtigatione coniunctam eſſe, inter omnes conſtat *h*); (b) *lapis famoſus*, Laſter-Stein, quem criminoſi coguntur in conſpectu populi uel in collo uel in manu circumferre *i*); (c) *lagenæ*, die Flaſchen. Sunt duo lapides, qui in forma lagenarum leuiorum criminum rearum collis imponuntur, & ab his in loco quodam publico per definitum temporis ſpatium feruntur *k*); (d) meretricum relegandarum in forum deductio, mediante tympano & unico piſtillo fieri ſolita, **aliæ *famoſæ* & quidem uel hodiernæ,**

g) *Elem. I. Germ.* lib. 1. §. 442. 9.

h) BECHMANNI d. *de iure numellarum.* DOEPLER c. l. c. 35.

i) KREBS *de ligno & lapide* c. 2. ſect. 2. §. 5. FRITSCH *ſuppl. Speidel. Beſold.* u. Laſterſtein.

k) BECHMANN c. d. c. 4. §. 5.

das Ausspaucken *l*); (e) *priuatio dignitatis* & armorum familiæ fractio &c.

§. LXXVIII.

uel antiquæ

Frequentes olim erant (f) *κυνοφορια m*); (g) *decaluatio* ſeu tonſura. Coniungebatur hæc cum fuſtigatione. Vnde phraſes: es geht ihm zu Haut und Haar (§. LXXV. *), das Haar abſchlahen, tollere corium & capillos &c. *n*); (h) *peruerſus aſino inſidendi modus*, rei ſcilicet facie ad aſini caudam conuerſa *o*). *Catamidiationem p*), aliasque pœnas, quæ germanis quouis tempore fuerunt incognitæ, tacitus prætereo.

§. LXXIX.

aliæ *libertati noxiæ*;

Libertatem eundi reſtringunt (1) *confinatio*, qua quis domo, urbe aut prouincia exire prohibetur *q*); (2) *rele-*

l) DOEPLER c. l. c. 20. HEIL c. l. c. VI. §. 4. p. 343.

m) MEIBOMIVS de *κυνοφορια* Ill. STRVV. H. I. p. 736. GERICKEN ad SCHOTTELIVM c 4.

n) Ill. HEINECCIVS *Elem. I. Germ.* I, 320. * 401. *

o) DOEPLER c. l. c. 33.

p) Id. c. l. c. 28.

q) HACKMANN tr. de *confinat.*

relegatio, quæ uel *perpetua* uel *temporalis*, & hæc iterum uel *ſimplex* uel *modificata* dicitur eſſe *r*). In SAXONIA ex una urbe relegatus ex omnibus locis iſtius principatus, ubi urbs ſita eſt, & ſimul ex incorporatis terris relegatus cenſetur. In MARCHIA contra relegatio ultra bannum relegantis non extenditur *s*); (3) *carcer*, qui (a) in *perpetuum* & *temporarium*, (b) in *mitiorem* & *duriorem* diuiditur. Eſt autem durior, in quo reus pane tantum & aqua paſcitur *t*). *Deportatio* in inſulam *u*) & *detruſio in monaſterium x*) ſunt antiquatæ.

§. LXXX.

Pœnæ *pecuniariæ ſunt* (1) *mulcta*, quæ ſiue ingens ſit, ſiue modica, eine tapfere oder ziemliche Geld-Buße, ad eum ſpectat iudicem, qui in delictum iam mulcta luendum iure inquiſiuit *y*); (2) *confiſcatio* uel omnium uel quo- alix *pecuniaria.*

 rundam

r) BERGER *Elect. Iurispr. Cr.* p. 20. DOEPLER c. l. c. 38.

s) HEIL c. l. c. VI. §. 5.

t) DOEPLER c. l. c. 10.

u) Id. c. l. c. 24.

x) Id. c. l. c. 25.

y) ERTEL von der Nieder-Gerichtbarkeit ꝛc. c. 18. obſ. 3.

rundam *bonorum*, quæ pœna in perduellionis tantum crimine obtinet *z*), niſi iure prouinciali aliud de nouo introductum fuerit *a*).

MEMBRVM III.
DE PROPORTIONE ET COMPARATIONE POENARVM INTER SE.

§. LXXXI.

Pœnarum proportionem determinat uel *lex*

Pœnarum proportionem & æqualitatem determinat uel *lex* uel *uſus forenſis*. *Lex* u. c. in locum ſubmerſionis in aqua, ob defectum fluminis *b*), & in locum laquei ob conditionem ſexus *c*), pœnam gladii ſurrogat, atque membrorum abſciſſioni fuſtigationem æquiparat *d*).

§. LXXXII.

uel *uſus forenſis*.

Vſus forenſis habet (1) pœnam *laquei*

z) C. C. art. 218. 135.
a) HEIL c. l. p. 345.
b) *C. C. C.* art. 131. ibique CLASEN. FROELICH v. Frölichsburg comment. über P. H. G. O. II, 11, 2 HARPPRECHT *conſ. nou.* 45. nr. 118.
c) *C. C. C.* art. 159. 162.
d) *C. C. C.* art. 196.

quei atrociorem pœna gladii *e*); (2) abſciſſionem linguæ *f*), manus *g*) uel alius membri æqualem *fuſtigationi* cum perpetua relegatione coniunctæ; alicubi tamen fuſtigatio leuior cenſetur eſſe membri cuiusdam abſciſſione *h*); (3) pœnam, quæ dicitur *tratto di chorda*, ubi fit ad unum gradum æqualem relegationi, ſin ad plures, fuſtigationi (§. LXXV, 8.); (4) pœnam *relegationis* maiorem confinatione, grauiorem carcere *i*), & prout ad unum annum, biennium, triennium aut in perpetuum dictatur, æqualem 30. 60. 90. 100. florenis *k*); (5) pœnam *carceris* ad triduum, 4. ſeptimanas *l*), in perpetuum, &c. æqualem uni ſexagenæ nouæ *m*), relegationi ad annum, fuſtigationi cum perpetua relegatione coniunctæ. Cur capitali pœnæ æquiparentur perpe-

D 5 tuus

e) MOEGLING d. *de eo quod iuſtum eſt circa proportionem in pœnis ſurrogandis* th. XI. p. 17.

f) BECHMANN *exerc.* XII. nr. 83.

g) LYNCKER *deciſ.* 179.

h) KRESS. ad *C. C. C.* art. 108. §. 3. SCHAMBERG *de iure digit.* c. 4. §. 11. ſeq.

i) MOEGLING c. d. §. 18.

k) Id. c. l. §. 20.

l) BECHMANN *exerc.* XII. nr 31.

m) CARPZOV. *pr. crim.* q. 133. nr. 47.

tuus carcer *n*), mutilatio membri *o*), confiſcatio bonorum *p*), condemnatio ad triremes &c. certe non eſt.

MEMBRVM IV.
DE
IVRE IVDICIS CIRCA POENAS.

§. LXXXIII.

Iudex pœnam ordinariam 1) extendere

Iudex, qui miniſter non arbiter legum eſt, pœnam ordinariam (§. LXVIII.) (1) nequit *extendere*, niſi hoc fieri iuſta cauſa u. c. frequens criminis reiteratio, ſingularis rei malitia uel alia delictum aggrauans circumſtantia (§. LIV.) iubeat *q*); (2) *penitus remittere*, niſi (a) dolus & culpa in delinquente deſint, utſi hic ex ſolo ætatis lubrico (§. XXXIII, 1.), in ſumma, quam ſibi lubens non procurauit, ebrietate conſtitutus (§. XXXIV.), animi morbo laborans (§. XXXIII, 4. ſeq.), aut ad iuſſum ſuperioris (§. XXXVII,

2) remittere,

n) IDEM c. l. q. III. nr. 57. DAMHOUDER c. XVI. nr. 2.

o) MATTHAEI ad XLVIII, 10. nr. 17.

p) ALVAREZ de VELASCO *de priuileg. paup.* p. I. q. 51. nr. 19.

q) KRESS. *ad C. C.* art. 193. CARPZOV. *pr. crim.* q. 7. nr. 33.

(§. XXXVII, 1.) deliquerit; (b) maius damnum ex pœnæ ſolutione redundet in remp. *r*); (c) pœna non minus innocentem quam nocentem adficiat.

§. LXXXIV.

Porro iudex nequit ordinariam pœnam (3) *mitigare*, niſi (a) de dolo delinquentis, aut corpore delicti aliquod ſuperſit dubium, (b) delinquens illiusue ſocius uel doli uel delicti tantum particeps, (c) delinquens, quo minus adfectum, unde delictum uenit, uicerit, fuerit impeditus, aut (d) alia concurrat cauſa crimen mitigans (§. VII.) utpote (α) *proſper euentus* ex malo conſilio, (β) *pœnitentia* cum retractatione facti illiciti coniuncta, (γ) *transactio* inita cum læſo *s*), cuius intereſſe lex pœnam minitans primario reſpicit, (δ) *intercesſio* partis læſæ non uero tertii innocentis *t*). Sunt qui cauſas pœnam mitigantes habent (ε) ſpontaneam & tempeſtiuam *confesſionem*, 3) mitigare aut

r) DRESSEL d. *de decimat. delinq.* §. 35-39. STRVV *obſ. crim.* c. 17. obſ. 8. p. 114. TIRAQVELLVS c. l. c. 47.

s) RHODII d. *de transact. in delict.*

t) LVDOVICI d. *de interceſſ. innocent.* §. 18. ſeq.

nem, ſecundum illud: bekannt iſt halb gebüſſet *u*); (ζ) *carceris diuturnitatem x*), cui ipſe anſam non præbuit dolo uel culpa; (η) *exceſſum in tortura.* Quo uero iure (θ) *baptiſmus y*) & ad chriſtianismum conuerſio, (ι) *tranſitus Cardinalis z*) * aut (κ) principis regii (*a*), (λ) *meretricis* interceſſio & declaratio, ſe criminoſo nubere uelle *b*), (μ) delinquentis diligentia in rebus *ruſticis c*) **, (ν) *laqueus*, quo *rupto* criminoſus eo ſuſpenſus uiuus in terram cecidit &c. huc referri posſint, equidem non uideo.

* Vulgo requiritur, ut Cardinalis pileum ſuum capiti gratiam petentis rei imponat, V. TIRAQVELL. tr. *de pœnis temperandis, aut etiam remittendis* c. 55. STRYK *de iure ſenſ.* VII, 3, 30.

** Hanc

u) PISTOR *cent.* 2. *parœm.* 71.

x) BARTH *diſſ.* 693.

y) TIRAQVELL c. 25.

z) OLDEKOP *obſ. crim.* V, 4. LVDOVICI c. d. §. 48.

a) Id. c. d. §. 49.

b) GERDES To. II. *opuſc.* p. 825. SCHNETTERI d. *de matrimonio cum damnato ad mortem contrahendo.* KLEIN d. *de fauore matr. contr.* c. 2 CARMON d. *de interceſſione feminarum pro capite damnatis.* LVDOVICI c. d. §. 38. ſeq.

c) IESSEN d. *de mitig. pœn.* c. 5. SCHRAGII d. *de mitig. pœnar.* §. 27.

** Hanc attendendam eſſe putat KRESS. d. *de priuil. agric.* c. 1. ſect. 2. §. f.

§. LXXXV.

Denique iudicis non eſt, (4) pœnam legitimam *in aliam commutare d)*, niſi (a) lex hoc ius ei expreſſe tribuat *e)*, aut (b) pœnam ſpeciatim non explicet; (c) noua & in legibus non notata adpareat circumſtantia, cuius in determinanda pœna ratio habenda; (d) pœnam lege ſtatutam delinquens ſoluere, aut iudex illius ſolutione finem obtinere, nequeat. Quibus in caſibus pœnam determinaturus iudex adſectum delinquentis, nec non effectum & magnitudinem delicti attendere debet *f)*; (5) cum reo ſuper ea *tranſigere g)*. 4) in aliam commutare nequit,

* In Sax. El. iis, qui iurisdictione patrimoniali ſunt muniti, competit facultas pœnam fuſtigationis & relegationis in pecuniariam commutare, dummodo hac de re ICtos conſulant. Pecunia, in quam conuerſa eſt pœna fuſtigationis & relegationis perpetuæ, piis

d) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 55. nr. 4.

e) C. C. C. art. 104. 158. CHLADEN d. *de arbitr. iudicis in commut. pœn.* §. 13.

f) CARPZOV *pr. crim.* qu. 133. nr. 40. KRESS. ad C. C. art. 127. §. 2. nr. 4.

g) BRVNNEM. *proc. inquiſit.* c. X. nr. 29. BERGER *Elect. Iuriſpr. Crimin.* p. 211. & *ſuppl.* p. II. *obſ.* 171.

piis uſibus; ea uero, in quam mutata eſt pœna relegationis temporariæ, iudici, commutationis auctori cedit. *Res. Grau.* de A. 1661. tit. von Iuſtitien-S. §. 59. V. WERNHERI d. *de iure pœnas in mulctam conuertendi, nobilibus dominisque iurisdictionalibus competente.*

§. LXXXVI.

ſi uel maxime leges pœnales uarient;

Quia leges in pœnis determinandis uariant (§. LXVII, 1.), notandum erit, quod iudices attendere debeant, (1) *ſtatuta loci*, ubi crimen eſt commiſſum, niſi (a) delinquentis religionis, in Germania adprobatæ, principia pœnam mitiorem ibi ſtatuta exigant *h*), aut (b) deliquerit forenſis, cui innoteſcere nondum potuit ſingularis pœna (§. XXXVIII.); non uero (2) *leges prouinciæ*, quam reus *inhabitat*, niſi lex pœnam minitans perſonam dirigat; nec (3) leges iſtius loci, ubi *inquiſitio* pendet *i*). Illud quin adhuc adducam nequeo, quod, ſi uariæ leges prouinciæ, in qua crimen commiſſum eſt, uariam pœnam dictitent, ea attendi debeat, quæ tempore delicti fuit conſtituta.

§. LXXXVII.

h) BOEHMERI d. 2. *de uariis ſacrileg. ſpecieb.* §. 8.

i) FROELICH v. Frölichsburg comment. über P. H. G. O. I, 11, 4. PISTOR *obſ.* 166.

§. LXXXVII.

arbitrarias uero extendere, &

Arbitraria pœna (§.LXVIII.) ut crimini reſpondeat (§.LXII.) ad mortem usque extendi poteſt, ſi ipſius criminis & perſonæ criminoſi circumſtantiæ, quas iudex cum cura expendere debet, illud exigant *k*).

§. LXXXVIII.

mitigare poteſt, immo debet pro factorum circumſtantiis.

Contra ad lenitatem pronior eſſe debet iudex non ſolum ob easdem cauſas, ob quas mitigatur pœna ordinaria (§.LXXXIV.), ſed & ob delinquentis (a) *ſexus* imbecillitatem *l*), (b) *dignitatem m*) nobilitatemque *n*), (c) *ſeductionem* ſpemque emendationis *o*), porro (d) ob *pœnitentiam* in continenti declaratam, (e) ob *conſuetudinem* ciuitatis idem crimen committendi *p*), (f) ob ſummam *ſenectutem q*) & perditam ualetudinem *r*), ſaltim quod ad corporales pœnas.

§. LXXXIX.

---

k) C. C. art. 112. MATTHAEI *de crimin.* proleg. p. 54. CLASEN ad C. C. art. 104.

l) TIRAQVELLVS c. l. c. 9. BERGER *Elect. Iurispr. Crim.* ſuppl. p. II. obſ. 3. p. 8.

m) KRESS. ad C. C. art. 160. §. 2. nr. 2. ad art. 177. reg. 1. nr. 4. p. 652.

n) Id. ad art. 117. §. 3. nr. 2.

o) CARPZOV *pr. crim.* q 150. nr. 4 ſeq.

p) KRESS. ad art. 106. §. 6. nr 5

q) CARPZOV c. l. qu. 144. nr. 26. ſeq.

r) Id. c. qu. nr. 44. ſeq.

§. LXXXIX.

Quid de conatu ſentiendum? Conatum criminis mox *legitima* (§. LXVIII.), mox *arbitraria* (§. LXXVII. ſeq.) pœna manet. *Illa* ubi lex attentatum crimen habet conſummatum (§. LXII,h) *s*), aut ex eo peculiare crimen, ſua pœna luendum, conficit; *hæc* uero in reliquis caſibus. Debet autem iudex in determinanda pœna arbitraria, attendere (a) num ad *actum proximum* an remotum peruenerit reus *t*)? (b) num effectus facto tertii an ipſius delinquentis pœnitentia fuerit *impeditus tt*)? Omnes eos, qui, quantum in iis fuit, crimen perfecerunt, ordinaria, ſemper pœna plectendos eſſe, ſunt qui ſtatuunt, ſed me quidem iudice, ſine ratione ſufficiente *u*).

TIT. VI.
DE FREDO, FAIDA, MVLCTA ET EMENDA.

§. XC.

Quid fredum, faida, capitale &c. *Fredum* iudici, ut pacem aut defenſionem publicam recuperarent, atque

s) POTT *de pœna conatus* c. 3. §. 12.
t) MATTHAEI c. l. tit. *de pœnis* §. 3.
tt) LVDOVICI d. *de effectu pœnit.*
u) POTT c. l. c. 3. §. 9. ſeq.

atque *faidam* *, ſeu *compoſitionem* læſo illiusue familiæ, ut bellum priuatum *x*) redimerent, ſoluere antiquitus debuerunt criminum non capitalium rei, neutiquam uero ultimo ſupplicio dati. Dicebatur autem *compoſitio* ** mox *widrigeldum y*), mox *capitale*, prouti damnum uel perſonæ uel rebus cuiusdam hominis erat illatum.

* Qui faidam nondum ſoluerat, *faidoſus* dicebatur, nec pacem habebat, niſi (a) in eccleſia, (b) in domo ſua, (c) tempore, quo ad eccleſiam uel placitum ibat aut redibat. *L Friſon.* addit. tit. I. §. 1. DU FRESNE *Gloſſar.* h. u.

** Hæc uel a lege definita erat, uel a iudice pro criminis qualitate definienda. Hinc in *legalem* & *arbitrariam* diuidebatur; quarum *illam* iudex propter criminis atrocitatem multiplicare, *hanc* partes conuentione determinare poterant. DU FRESNE *gloſſ.* To. I. f. 1138. POLAC *Syſtem. Iuriſpr. Civ. Germ. ant.* II, 21, 3. ſeq.

§. XCI.

Idem poſtea obtinuiſſe uſu uel duo illa docent ſpecula, quæ iudici *mulctam*, Wette, Gewette, accuſatori uero ſeu læſo *emendam* die Buſſe, quæ quando- Wette, Buße.

x) TACITUS *de M. G.* c. 21.
y) ECCARD *ad L. Sal.* f. 97.

quandoque *Wehrgeld* audit, tribuunt *z*). Sic quoque iis fundatur parœmia: Mit dem Tode wettet man den Richter und büſſet den Kläger *a*).

§. XCII.

Vſus hodiernus.

Hodie multi (1) uocabulis: *multæ* & *emendæ*, ſicut olim *b*), utuntur promiſcue; (2) confundunt recepta iura cum domeſticis, ubi diſputant: an ſinguli criminis cuiusdam rei in ſolidum teneantur *c*)? an & in quantum heredes criminoſi, capitali pœna adfecti, læſo ſatisfacere debeant? an patrimoniale damnum tunc demum reſarciant, ubi ex rei criminis, iam mortui, delicto aliquid ad eos peruenit?

TIT. VII.
DE FVRTO, ILLIVSQVE CRIMINE.

MEMBRVM I.
DE FVRTO IN GENERE

§. XCIII.

Furtum, quod

Furtum eſt ablatio *d*) * rei alienæ

z) *I. P. S.* I, 53. III, 32. 53.
a) gl. *ad I. P. S.* II, 35.
b) ITTIGII d. *de iudicum circa torturam excedentium emenda*.
c) Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 17. §. 130. ſeq.
d) Diſſ. Ill. HEINECCIVS *Elem. I. Germ.* lib. II. tit. 19. §. 32.

næ **, inuito domino, animo lucrandi facta.

* Romanis eſſentia furti in *contrectatione* conſiſtere uiſa eſt. Hinc diſputarunt: Num qui totum contrectat, partem aufert, fur totius dici queat?

** Furtum *uſus* & *poſſeſſionis* ſemper ignorarunt, uel ſaltem improprium habuerunt, Germani *I. P. S.* III, 22. REINHARTH d. *de diuerſa furti ſecundum Ius Ciu. & Germ. idea.* §. 10. ſeq.

§. XCIV.

Furtum uarie diuiditur. Pro uarietate temporis, quo committitur, 1) uel *nocturnum* uel *diurnum* dicitur eſſe. Hac diuiſione antiquitus *e*) uſi ſunt Germani, deciſuri quæſtionem: an furem, & quemnam impune occidere liceat? diuiditur (1) in *nocturnum* & *diurnum*,

§. XCV.

Diuiditur 2) in *manifeſtum* & *nec manifeſtum*. Hanc diuiſionem hodie ex foro exulare certum eſt; illud autem dubium, an ea, quod adfirmat Ill. HEINECCIVS *f*), maioribus noſtris non minus quam Romanis ſolemnis fuerit? 2) *manifeſtum*, & *nec manifeſtum*

E 2 §. XCVI.

e) *L. Wiſig.* VII, 2, 15. 16. *Baiuuar.* VIII, 5. *Burgund.* addit. 1. tit. 16. §. 2. ſeq. *Capitular.* V, 191. VI, 19.

f) c. l. §. 34. & 61. *

§. XCVI.

3) *domeſticum*, & *extraneum*,

Porro perſonarum intuitu, quæ furantur, Dd. furtum 3) in *domeſticum* & *extraneum* diuidunt, per illud tamen non idem ſemper intelligentes, quum alii furtum tantum a perſonis *coniunctis* u. c. patre, filio, uxore &c. commiſſum, alii & illud, quod inquilini, famuli &c. commiſerunt, eo referant.

§. XCVII.

4) *magnum* & *paruum* pro numero

Pro uarietate damni, quod fur dedit, germani furtum 4) in *magnum* & *paruum* diſtribuerunt antiquitus *g*). *Illud*, ex diſpoſitione Nemeſeos Carolinæ * eſt, quod ſuperat, *hot*, quod non adſcendit, 5. ſolidos. **

* Olim non idem furtum omnibus gentibus uidebatur magnum. FRIDERICVS I. 2. F. 27. §. 8. & *Spec. Sueu.* c. 114. *Stat. Goslar.* II, tit. von uredebracke &c. illud QVINQVE, *I. P. Saxon.* uero II, 13. TRIVM, *Stat. Stadens.* p. IX. c. 7. OCTO SOLIDORVM æſtimarunt. V. Ill. HEINECCIVS c. l. §. 50. ſeq.

** *Ienenſes* ICti ad furtum magnum XX. Ioachimicos STRVV *exerc.* XLVIII, 22. LYNCKER *dec.* 65. 124. *Tirolenſes* uero XXV. libras, 25. Pfund perner, requirunt KRESS. ad *art.* CLX. §. 2. not. 4.

§. XCVIII.

g) POLAC. *ſyſt. Iurispr. Germ. ant.* III, 11, 4.

§. XCVIII.

Solidum non unius eiusdemque ualoris apud omnes gentes germanicas fuiſſe, inter eruditos conſtat *h*). In Francorum L. SALICA *i*) uel *aureus* uel *argenteus* eſt, quorum ille 40. hic 12. denariis computatur. In L. SAXONICA *k*) iterum duplicis generis eſt. Vnus enim duos, alter tres tremiſſes, continere dicitur. In L. FRISIONVM *l*) conſtat tribus denariis. FRIDERICVS I. argenteum ſolidum intellexiſſe uidetur *m*). ſolidorum, quorum ualor antiquus

§. XCIX.

Hodie ex interpretatione prudentum, quam ſubſecutæ ſunt quarundam prouinciarum leges *n*), non uero ex mente Caroli V., ut putauit REGN. SIXTINVS *o*) ſignificat aureum Hungaricum, cuius ualorem mutatum & mutandum Dd. iubent attendi. Vnde eſt quod Lipſienſes olim ab hodierno differt,

E 3 10. ſe-

h) FRESNE *gloſſar.* u. ſolidus.
i) XXIX, 1. XLI, 10. XLIV. Capitul. Car. M. III. 106.
k) XIX. ibique GAERTNER.
l) XV, 1. ibique SICCAMA.
m) SCHILTER *exerc.* XIX. §. 17.
n) MOELLER *ſemeſtr.* I, 37, 2.
o) *de regal.* II, 8 nr. 57.

10. ſexagenas *p*), poſt 10. thaleros & dein 12½. imperiales ad furtum magnum requiſiuerint. Quæ poſtrema ſumma hodie in Electoratu Saxoniæ ſtabilis eſt, ſi uel maxime ducatorum ualor maior aut minor ſit futurus *q*).

§. C.

Vnde hæc deduco axiomata:

I. Sine ablatione non datur furtum.

II. Furari potes non niſi aliena.

III. Ablatio rei alienæ conſentiente domino facta furtum non eſt.

IV. Animus lucrandi furtum animat.

V. Num magnum an paruum furtum ſit commiſſum, ſignificat ſola quantitas damni eo dati.

§. CI.

eſt ablatio Ex primo (§. C, 1.) facile intelligere potes, furtum (1) fieri non poſſe rerum immobilium aut corpore deſtitutarum, ſed tantum (2) mobilium, utpote inſtrumentorum *r*), piſcium

p) MOELLER c. l. nr. 4.

q) *Mand. Reg.* d. 27. Iul, 1719. ap. LVNIG. *Cod. Aug.* Vol. I. p. 1902.

r) HOFFMANN *Conſil.* To. II. *conſ.* 22. nr. 6.

ſcium *s*), columbarum, gallinarum, apum, immo cuiusuis generis animalium *t*), arborum *u*), pomorum, plantarum &c. (3) nullum furtum committi cogitatione (§. XXII, 1.) uerbo, ſcriptura, oculis, auribus *x*); (4) furem non eſſe, qui quidem in eo fuit ut rem auferret, ſed uel impeditus uel facti pœnitens non abſtulit (§. XXII, 2.) *y*); (5) furtum proprie non committi, niſi rerum, quas poſſidet alius. Vnde non niſi fures improprie tales erunt, qui rem alienam ex conuentionis u. c. depoſiti, oppignerationis, conductionis &c. lege ſibi traditam interuertunt *z*), utpote (a) tabellarius rem alio perferendam conſumens *a*), (b) tutor rem pupilli in ſuos uſus & animo ſibi habendi conuertens, (c) qui annulo, quocum ut

s) *C. C.* art. 169.

t) POLAC c. l. III, 11, 8.

u) *C. C.* art. 168. COLER p. I. dec. 144. ſeq. SCHILTER ex. XLIX. §. 17.

x) WILDVOGELII d. *de furtis impropr.* c. 2. §. 6. 7.

y) STRYK d. *de ſaccul. & direct.* c.

z) REINHARTH c. d. §. 10 ſeq. KRESS ad C. C. art. 170. §. 1. not. †

a) BERLICH *p.* V. *concl.* 58. MOLLER *ſemeſtr.* IV, 2. HARPPRECHT vom R. der Fuhrleute p. 101.

apud Caiam conciliet amorem Titii, miſſus eſt, utitur ad fauorem uirginis ſibi conciliandum &c. (d) uenditor, qui ex ædibus ceſsis ſed nondum traditis aliquid detrahit *b*). Cur uero (e) trituratores, frumentum auertentes, aliqui huc referant, equidem non uideo.

§. CII.

rei alienæ

Quia furari potes non niſi aliena (§. C, 2) furtum facere nequis (1) rei propriæ *, ſi uel maxime (a) eam alienam habeas *c*), aut (b) in ea ius tertio conceſſeris antea **; (2) rerum, quæ domino carent, u. c. rerum nullius, derelictarum ***. De amiſſis uero & nauis leuandæ gratia eiectis, aliud dicendum erit.

* Vnde eſt, quod ablatio a liberis, parentibus, coniuge aut aliis domeſticis facta, non habeatur furtum. C. C. art. 165.

**. At *L. Wiſig.* V, 6, 2. debitorem, qui creditori ſuo pignus, quod dedit, aufert, habet furem; tamen improprie talem (§. pr.).

*** Rerum hereditariarum furtum ignorarunt Romani §. 1. I. de R. D. ſtatuentes crimen *expilatæ hereditatis*.

§. CIII.

b) BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* ſuppl. p. 11. obſ. 22.

c) WILDVOGEL c. d. c. III. §. 2.

§. CIII.

Fallor, aut ex tertio (§. C, 3.) conſtat, furem non eſſe, qui quidem putauit, ſe inuito domino rem auferre, ſed eo uolente & conſentiente abſtulit (§. XXII, 3.). inuito domino

§. CIV.

Quartum (§. C, 4.) docet, licet non omne ſcelus, tamen furti uitium ceſſare (1) in eo, qui rem alienam libidinis *d*), petulantiæ *e*), iniuriæ aut ueritatis occultandæ gratia inuito domino abſtulit; (2) in eo, qui ea inſtrumentorum corpora, quorum tenor facile aliunde probari poteſt, ſurripuit; (3) in eo, qui illi, cui rem quandam abſtulit, ſtatim reddidit eiusdem pretii aliam; (4) in eo, qui quicquid auri uel argenti, fidei & adminiſtrationi ſuæ concrediti, in uſus ſuos conuerterit, rationibus intulit ſub ſalarii ſibi debiti nomine *f*). animo lucrandi facta.

d) THOMASII d. *de furto ancillæ.*

e) KRESS *de priuil. agric.* WILDVOGELII d. *de eo quod iuſtum eſt circa arbores.*

f) FAVST a STROMBERG tr. *de criminibus* c. 2. pag. 21. Comment. ad C. C. art. 170.

§. CV.

Furtum magnum

Ex quinto (§. C, 5.) non poſſum non colligere (1) neque dignitatem aut paupertatem læſi *g*); (2) neque lucrum quod fur percepit *h*), aut (3) illud, quod ex re ſibi ſurrepta ſperauit læſus *i*), ſed (4) quantitatem damni, furto *k*) non autem furti occaſione *l*) dati, attendi debere ab eo, qui furtum magnum a paruo uult dignoſcere.

§. CVI.

quo pretio æſtimetur &

Damnum autem furto datum æſtimatur neque adfectionis neque ſingulari illo, quod peregrinantes aut milites expeditioni accincti nummis cuiusdam generis ponunt, ſed uulgari ordinarioue pretio *m*).

§. CVII.

per quem probetur?

De quo ut conſtet iudici, uel periti uel ipſe læſus res furto ſurreptas æſtimant. Fieri

g) Saligs d. *de pœna furti rei incertæ æſtimationis* c. 3. §. 8. b.

h) BERGER *Elect. Iurispr. Crim.* c. 2. m. 1. §. 7. p. 42.

i) WERNHER VI, *obſ.* 71. p. 129.

k) *C. C. C.* art. 160. u. wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag.

l) BERGER c. l.

m) BEYER, KRESS aliique ad *C. C. C.* art. 160.

Fieri autem debet omnis æſtimatio (1) ſpecifice *n*); (2) præuio iureiurando *o*) & (3) addita illius ratione.

§. CVIII.

Furtum illud participas, cui efficienter i. e. mandato (§. XXIV. ſeq.) conſilio (§. XXVI.) auxilio (§. XXVII.) alioue modo ad illud patrandum ordinato & neceſſario, anteceſſiſti. Participatio furti.

MEMBRVM II.

DE

CRIMINE FVRTI, ILLIVSQVE POENA.

§. CIX.

Furtum (§. XCIII.) quod dolo malo perpetratum eſt, *crimen* (§. XXXI.) audit *furti*. Crimen furti, cuius

§. CX.

Vnde ſequitur (1) ut neque dolus ſine furto, neque furtum ſine dolo crimen furti conſtituat (§. XXXII, 1.); (2) ut criminis furti ſocius is demum ſit, qui furto ſciens uolensque anteceſſit efficienter (§. XLII.); (3) ut qui alii ſunt

n) MYLIVS ad BEYERVM p. 318. nr. 49.

o) CARPZOV *pr. crim.* q. 78. n. 55. 64. BERGER c. l. §. 8. p. 45.

qui dolo malo furtum committere, aut committendo cauſam dare uoluit, ſed, quo minus committeret, aut committendo cauſam daret, impeditus eſt, non niſi intentati criminis furti reus queat dici (§. XXXII, 2.).

§. CXI.

alii uidentur eſſe rei,

Ex eodem porro intelligo (4) eos, qui tempore, quo rationis uſu (§. XXXIII. ſeq.), aut uoluntatis libertate (§. XXXVII. ſeq.) uel in totum uel in tantum erant priuati, furati ſunt, furtumue committendum iuuerunt mandato, conſilio, auxilio (§. XLIV. ſeq.), criminis furti reos ſociosue non eſſe. Id quod ſpeciatim dicendum erit (a) de pueris, quorum malitia non ſupplet ætatem *p*), (b) de iis, qui ex imperitia aliquid abſtulerunt *q*), (c) de iis, quibus inopinato furandi occaſio data eſt (§. XXXVII, 4.), ſecundum illud: Gelegenheit macht Diebe *r*). Quodſi uero neceſſitas rem proſtare iubeat, omnis ceſſat doli exculpatio. Hinc qui ligna per flumen publicum natantia, aratrum in agro rel-

p) C. C. art. 164. 175.
q) C. C. C. art. 165.
r) PISTOR *cent.* 3. *param.* 50.

relictum, ſiphones & harpagines incendiarios in loco publico poſitos &c. animo lucrandi ſubmouit, uix caret dolo.

§. CXII.

Crimen furti qualificatur (1) *reiteratione* (§. LIV, 5.) *s*). Reiteratum ex frequentia, quæ temporis ſucceſſum ſupponit, cognoſcendum eſt. Hinc eo nomine uenire nequit furtum, quód, ſi non eodem tempore, tamen paruo ſpatio intermedio, perpetratum eſt *t*). qualificatur 1) reiteratione

§. CXIII.

Qualificatum quoque habetur crimen furti (2) quod *ui* uel ſingulari & non præuiſo *aſtu* commiſſum eſt (§. LIV, 2.). Huc refert Nemeſis Carolina (a) illud quod ædibus effractis commiſſum eſt, (b) quod fecit armis letiferis inſtructus, (c) quod ab eo patratum eſt, qui ædes ſcalis admotis inſcendit *u*) *. Eadem ſatis innuit, eos quoque criminis furti qualificati 2) modo

s) *L. Longob.* I, 25, 63.

t) SALIG c. d. c. 2. §. 8. BERGER *El. Iurispr. Cr.* p. 40.

u) *C. C. C.* art. 159. 160. HENR. de BODEN *de furto peric.* §. XI. ſeq.

lificati reos eſſe, (α) qui, ubi caſam ex limo confectam ſecuri ruperunt, (β) arma, quæ uidentur letifera, intulerunt, (γ) feneſtras eiecerunt (δ) tectum ſtramineum ſciderunt (ε) fores claue adulterina x), aut (ζ) ſeram puluere nitrato aperuerunt &c. res dolo malo ſurripuerunt (y).

* CARPZOVIVS *pr. crim.* qu. 79. aſcenſionem cum effractione armisque coniunctam, immo ſeditionem & tumultum requirit, ut furtum qualificatum, periculoſum, uiolentum dici queat. Atque hæc illius ſententia, etſi uoluntati legislatoris C. C. *art.* 159. declaratæ & *art.* 160. repetitæ contraria, rebus tamen per duo fere ſecula iudicatis firmata eſt. BLVMBLACHER *ad C. C. art.* 159. BOCER *de furtis* c. I. Hodie uero ICti HALENSES V. BODEN d. *de furto periculoſo* §. 44. HELMSTADIENSES apud LEYSERVM *ſpec.* DXXXV. m. 9. 10. aliique uerba Conſtitutionis Carolinæ ſequuntur.

§. CXIV.

Quia nullum furtum eſt ſine ablatione (§. C, 1.) conſequitur eum qui ædes effregit, adſcendit aut eas armatus intrauit, ut furtum committeret, quod tamen poſtea non commiſit

x) LYNCKER *reſol.* 693. STRYK V. M. ff. h. §. 2.

y) KRESS. *comment.* ad c. art.

miſit, attentaſſe tantum, non uero conſummaſſe crimen furti qualificati *z*).

§. CXV.

Crimen furti porro atrocius reddunt (3) *ſanctitas loci,* ubi illud commiſſum eſt *a*) (§. LIV, 4.); (4) *qualitas rerum* furto ſurreptarum, ut ſi ſacræ ſint, eæue, quas proſtare iusſit necesſitas *b*) (§. CXI.) (5) *nocturnum tempus,* quo patratum eſt *c*). 3) ſanctitate loci &c.

§. CXVI.

Qui (a) pubertati proximus (§. XLIX.), (b) in fauorem amici, quem immoderato proſequitur amore (§. L.) rem aufert alienam inuito domino, *quaſi criminis furti* reus eſt. Qu. crimen furti.

§. CXVII.

Neque *ueri* (§. CIX.) neque *quaſi criminis furti* (§. CXII.) reus eſt, qui ſumma necesſitate adactus res, quibus indiget, inuitis abſtulit aliis (§. LII.) *d*). Eum uero, qui (a) ſua ipſius Furtum neceſſarium.

z) KRESS *comment. ad C. C.* art. 159. §. 2. 3.

a) *L. Baiuuar.* VIII, 2, 1.

b) Ill. HEINECCIVS c. l. §. 52.

c) *I. P. S.* II, 28.

d) *C. C.* art. 166. WILDVOGELII d. *de furt. impr.* c. 2. §. 9.

ipſius culpa, eaque præſenti, fecit, ut ſubiret neceſſitatem, (b) qui uictum & amictum ad uitam conſeruandam neceſſarium, quem precibus potuit conſequi, furatus eſt, aut (c) quem nullo modo conſequi potuit, abſtulit ei, qui hoc facto in idem coniectus eſt periculum *e*), uel (d) plus, quam ad euitandam mortem neceſſarium eſt, cuidam inuito eripuit &c. crimine uacare neque naturalis neque criminalis iuris Dd. autumant *f*).

§. CXVIII.

Quæ pœnam criminis furti

Nemeſis Carolina iubet (1) pœna *laquei* * maſculos coerceri, ob crimen quod commiſerunt furti (a) *qualificati g*) **, (b) *magni h*) ***, (c) *tertium iterati i*); (2) pœnam *dupli* † luere reos criminis *furti parui k*).

* Rationem, cur feminas non ſuſpendi, ſed in aquis ſuffocari iuſſerit Imperator, Dd. *in pudore* quærunt. Huic quum facile poſſit conſuli, hodie feminas laqueo ſuſpenſas ſæpe uidemus.

** In

e) C. C. c. art.

f) BOECLERVS ad GROTIVM II, 2, 6. PVFENDORF de *O. H. & C.* II, 5. SIMONIS d. *de ablat. rei alienæ in caſu neceſſ.*

g) C. C. C. art. 159.

h) C. C. C. art. 160.

i) C. C. C. art. 162.

k) Ibid. art. 157.

** In hoc iam olim *L. Burgund.* XXIX, 3. *Saxon.* IV, 2. 4. & Conſtitutione *Fridericiana* 2. F. 27. §. 8. pœnam laquei fuiſſe ſtatutam, ſcimus omnes.

*** Licet Franci, Baiuuarii, Saxones de quantitate, qvæ furtum conficiat, magnum, a ſe inuicem diſſenſerint (§. XCVII. *), omnium tamen mores legesque in eo conueniunt, quod furtum magnum capite luendum ſit. *L. Ripuar.* LXXIX. MARCVLF. *adpend. form.* c. 50. *L. Baiuuar.* VIII, 8. *L. Saxon.* IV, 1, 7. Idem & poſtea uſu ſeruatum eſſe docent 2. F. 27. §. 8 *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 114. nec non iura *Suſatica*, *Goslarienſia*, *Bremenſia*, *Stadenſia* V. Ill. HEINECCIVS *Elem. I. Germ.* c. 1. §. 53.

† Quæ pœna hodie extra uſum eſt, quicquid dicat GRASS *collat. I. Ciu. cum ordin. Crim.* ſect. III. p. m. 682. ſeq.

§. CXIX.

Quia uero, furtum ſit commiſſum, quodcunque uelit, perſonæ furis qualitatem & reliquas περιστασεις attendi iubet Imperator *l*): non poteſt iudex, pœnam furi irrogaturus, habere rationem (1) *doli* in totum uel in tantum *ceſſantis* (a) ob minorennem ætatem (§. L, 8.) *m*), (b) malam educationem, (c) ruſticitatem, (d) ani- mitigent, in genere, &

l) cit. articulis.

m) *C. C.* art. 164.

(d) animum malis cuiusdam, tertii artibus deprauatum, huncque ſubſecutam pœnitentiam cum reſtitutione damni dati coniunctam *n*); (e) commodam occaſionem, quæ ad furandum inuitauit (§. CXI, b.) (f) famem, quæ furtum ſuaſit (§. CXVII.) &c. (2) furti tantummodo *attentati* (§. LXXXIX.), (3) *corporis delicti* uel incerti uel plane deficientis; (4) *cognationis* inter furem & læſum intercedentis *o*) &c.

§. CXX.

Contra cauſis, pœnas criminis furti mitigantibus, falſo annumerantur (1) furis *nobilitas p*), (2) uita *academica q*), & (3) *artificium r*); (4) *intercesſio puellæ* aut meretricis pro fure ad mortem condemnato (§. LXXXIV, λ). (5) ruptus *laqueus* (§. LXXIV, ν.) *s*).

§. CXXI.

n) REINHARTH d. *de fure pænitente* HARPPRECHT p. II. conſ. 54.

o) *C. C.* art. 165. LEYSER ſp. DLVI.

p) FRANCKENBERGS R. Sprüche. p. 2. Stockhauſen d. *de odio ſing. erga fures* c. 3. §. 9. p. 59. LEYSER d. *de iniuſt. in fures indulg.* §. 6. Diſſentientes laudat STRVV d. *de fur. a pœna laq. immun.* c. 2.

q) LEYSER ſp. DXXXII. m. 13. ſeq.

r) BRVCKNERI d. *de artif. delinq.*

s) BARTH *diſſenſ.* 48.

§. CXXI.

Pœnam criminis furti qualificati mitigant (1) dolus aut (2) uis, aſtusue deficiens; (3) aſtus adhibitus, qui nullum periculum furtum paſſo intulit; neutiquam uero furi qualificato prodeſt, quod (4) reſtituerit rem ablatam *t*), (5) animum occidendi, tempore furti commiſſi, non habuerit *u*); (6) ædes uacuas interdiu intrauerit; (7) absque ſcalarum admotione aſcenderit, multo minus aſcenderit & effregerit ſimul &c. *x*). ſpeciatim pœnam criminis furti qualificati,

§. CXXII.

Ad mitigandam pœnam, quæ in crimen *furti magni* ſtatuta eſt, facit (1) exceptio *damni* uel in totum uel in tantum, ita tamen *ceſſantis*, ut, quod domino tertioue *y*), qui culpa carens *z*) rem furtiuam reſtituere iuſſus eſt, adhuc abeſt, ualorem 5. aureorum non excedat. Nihil autem intereſt, magni,

F 2

t) CARPZOV. p. IV. *conſt.* 32. *d.* 15.
u) LYNCKER. *deciſ.* 260.
x) Diſſ. HARPPRECHT *ad* §. 5. *I. de Oblig. quæ ex del.*
y) BERGER c. l. p. II. *obſ.* 35. LEYSER ſp. DXXXV.
z) LVDOVICI d. *de reſtit. rei abl.* c. 2. §. 13.

tereſt, utrum fur rem ablatam reſtituerit, illius æſtimationem præſtiterit, cum læſo tranſegerit *a*), quod compenſet, ſe habere, probauerit, a læſo damnum remiſſum * tulerit, an damnum ceſſet modo alio.

* Remisſionem ſub conditione factam, ſi uel maxime iudex hanc adimplere nequeat, attendi debere ſtatuit BEYER *delin. I. Crim.* p. 319. nr. 55.

§. CXXIII.

Huc pertinet (2) *incerta* rei ablatæ *quantitas*. Adeſt autem incertitudo (a) ubi de re ablata illiusue æſtimatione læſus, quod nolit uel ob mortem aliamue cauſam nequeat, iurato non deponit, aut deponit quidem, ſed dubius, dum quod ad pondus, menſuram, numerum & bonitatem rerum ablatarum uariat, aut æſtimationis ſuæ nullam rationem * reddit *b*); (b) ubi taxatores de rei ablatæ pretio non conueniunt, aut conueniunt quidem, ſed ſunt iniurati, ſuſpecti, ratione æſtimationis deſtituti &c. (3) ubi res furto ſunt ſurreptæ, quarum æſtimatio nunquam certa. Huc communis Dd. ſchola referre ſolet

a) CARPZOV p. IV. *conſt.* 32 *def.* 4.
b) SALIG *El. Iur. theor. pr.* Vol. I. p. 618.

let ſeras, apes, piſces, cancros, ligna, fruges, arbores cæſas *c*).

* Huic opinioni iniuſtam in fures indulgentiam ſubeſſe, bene odoratus eſt Ill. LEYSER *ſpec.* DXXXV. m. 21.

§. CXXIV.

Contra fruſtra excipiet fur famoſus (1) de lucro ceſſante aut 5. ſolidos non excedente *d*), (2) de furto primum commiſſo &c.

§. CXXV.

Pœna laquei, quam in furtum tertia uice *reiteratum* ſtatuit ius Carolinum, propterea remitti nequit, quod (1) tria furta ſimul ſumta non conficiant quinque ſolidos *e*), quod (2) neque emendatio tentata, neque pœna ob primum aut ſecundum furtum inflicta unquam fuerit *f*). tertium iterati.

c) CARPZOV *pr. crim. qu.* 83. nr. 24.
d) IDEM c. l. q. 78. nr. 51. TABOR ad *art.* 161. nr. 11.
e) LINDENSPVHR ad O. P. W. p. 375. GRASS *collat. I. Ciu. cum Ord. Crim.* ſect. XIII. §. un. p. 665.
f) Diſſ. GRASS c. l. p. 667. STRYK u. m. ff. h. §. 19.

§. CXXVI.

An pœna laquei exaſperetur?

Quum quæ fures uexat pœna (§. CXVIII.), per ſe fœda ſit, Nemeſis non iubet ea aſperiorem infligi (1) *abigeis*, furibus *balneariis*, iisue (2) qui ex *incendio, ruina*, aut (3) ex loco *priuilegiato*, aut (4) *quarta* uel *quinta uice* res alienas rapuerunt.

§. CXXVII.

Quid de ſociis criminis furti ſentiendum?

Quia plures eiusdem criminis rei ſociiue eadem pœna ſunt plectendi (§. LXII. c.): ſequitur (1) ut furum ſocios (§. CVIII.) & pœna ſupra (§. CXVIII.) relata maneat, ſi (a) non ſolum efficienter, ſed & ſcientes uolentes animo lucrandi furto anteceſſerint; (b) quantitatem 5. ſolidorum ex furto obtinere potuerint, aut tertia uice concurrerint, aut qualitatem participauerint, quæ furtum reddit grauius. Vt itaque receptator rerum furtiuarum aut ipſius furis non ſemper in eodem reatu ſit, quo fur eſt: quod quidem innuere uidetur paroemia: Der Hehler iſt ſo gut als der Stehler; (2) ut, cur eos, qui furta ſibi nota non reuelarunt, aut commiſſa rata habuerunt, pœna ordinaria perſequaris, non ſit, niſi ratihabitio

aut intermiſſa reuelatio eum in finem facta fuerit, ut, quod quoque poſtea ſecutum eſt, fur magis ad delinquendum inuitaretur, & ratihabens nec reuelans lucrum perciperet; (3) ut furum ſocii uti poſſint tam illis exceptionibus, quas furibus dari diximus (§. CXIX. ſeq.) quam aliis, ſocietatis intuitu (§. XXIV. ſeq.).

§. CXXVIII.

Quarundam prouinciarum iura a Nemeſii Carolina hic diſſentiunt, & quidem (1) POENAE GRAVITATIS intuitu, *Badenſe g), Bauaricum h), Magdeburgenſe i), Salisburgenſe k)* aliaque iura, quæ furtum magnum, ubi ſimplex eſt & primum, pœna laquei non coercent; (2) POENAE GENERIS intuitu, *I. P. Badenſe l)*, ſtatuta *Lubecenſia m)* & *Mulhuſina n)*, quæ feminis, criminis furti qualificati conuictis uel confesſis, pœnam gladii minantur; (3) quantitatis FVRTVM MAGNVM

A Iure Carolino iura prouincialia &

F 4 conſi-

g) L. R. p. VII. tit. 47. §. 4. tit. 48. §. 1.
h) Maleſitz Ordn. tit. VIII. *art.* 5.
i) Pol. Ordn. tit. 71. §. 1.
k) BLVMBLACHER ad *C. C. C.* art. 160.
l) p. VII. tit. 47. §. 3.
m) IV, 1, 15.
n) V, 26, 1.

conficientis intuitu, *Ius Sax. Elect.* quod XII½. th. *o*) (§. XCIX.), Ius Prou. *Badenſe p*), quod X. florenos, *Ius Lubecenſe q*), quod V. florenos aureos Lubecenſes, & *Mulhuſinum r*), quod XXX. florenos ualoris Mulhuſini exigit; (4) CAVSARVM MITIGANTIVM intuitu, *Ius. Sax. Elect.* iubens, reſtitutionem non liberare a pœna ordinaria, niſi tempeſtiue facta fuerit *s*); (5) CAVSARVM pœnam EXASPERANTIVM intuitu, Ius *Boruſſico-Brandenburgicum*, Ius *Brunſuico-Guelpherb.* & denique ſtatuta *Mulhuſina*, quorum *hæc t*) crimen furti cuiuscunque, quod incendii tempore commiſſum eſt, *illud u*), crimen furti a famulis uel famulabus patrati, & V. imperiales excedentis; *iſtud x*) crimen furti, tam magni quam parui, quod in reſidentia quadam peractum eſt, capitis pœna dignum cenſent. Sic quoque ex diſpoſi-

o) *Reſcr. Reg.* d. 27. Iul. 1719.
p) L. R. c. p. tit. 48.
q) IV, 1, 4.
r) V, 26, 1.
s) cit. *Reſcr. Reg.*
t) V, 27.
u) *Reſcr.* d. 19. Iun. 1709. HOMBORG Reſp. 293.
x) *Reſcr. Reg.* d. 23. Febr. 1708.

poſitione *I. Lubecenſis y)* nautæ, aurigæ, tabularii, qui res transportandas ſurripuerunt, pœna in furtum ſtatuta ſunt adficiendi. *Ius* uero *P. Badenſe* uult demum eos nuntios, qui res obſignatas ualoris XX. flor. ſurripuerunt, laqueo ſuffocari *z)*.

§. CXXIX.

Quod de re, quæ iam uel ex ipſis uerbis uel ſaltem ex mente Conſtitutionis Carolinæ certa eſt, rerum forenſium Dd. ſæpe diſputent a ſe inuicem diſſentientes, uel cuilibet conſtabit tam ex diuerſa deciſione quæſtionum: Num ad furtum qualificatum præter adſcenſionem & effractionem requirantur arma, eaque ſeditioſa (§. CXIII. *)? num furta numeranda, an ponderanda? num reſtitutio rei furtiuæ, ſi non in totum, in tantum tamen a pœna liberet? &c. quam ex uaria interpretatione paroemiarum: Stehlen und Sack aufheben iſt eines wie das andere; Mit geſtohlen, mit gehenckt; der Hehler iſt ſo gut als der Stehler ꝛc. Dd. ſæpe diſcrepant.

y) IV, 1, 7.
z) V, 61.

MEMBRVM III.

DE

ACTIONE CIVILI, QVAE FVRTVM PASSO COMPETIT.

§. CXXX.

Res furtiua uindicari poteſt 1) a fure

Furtum paſſus ad rem furto ſurreptam reſtituendam, illiusue pretium ſoluendum, agere poteſt (1) contra cuiusuis generis *furem a*). Quod uero in huius bonis hypotheca tacita gaudeat, adfirmare nequeo *b*).

§. CXXXI.

2) illius heredibus

Ad idem agere poteſt (2) contra *furis heredes*, ſi res furtiua adhuc extet. Sin conſumta, olim diſtinguebatur, num fur pœnam capitalem, aut aliam aut nullam ſuſtinuerit? iſtoque caſu a reſtitutione immunes erant furis heredes *c*) (§.XCI.). Ex quo uero pontifices docuerunt, non remitti poſſe peccatum, niſi reſtituatur ablatum: factum eſt, ut Gregorius XI. & Eugenius IV. Speculi Saxonici cenſuram agen-

a) LVDOVICI d. *de reſtitut. rei furt.* c. I. §. 6. ſeq. HOMBORG Reſp. 190.

b) BARTH. *diſſenſu* 49.

c) *I. P. S.* I, 6. III, 31. gl. ad II, 35. HERT. *lib.* III. *par.* 7.

agentes, hoc caput iniuſtum rationique diſformie iudicarent *d*). Vnde praxis extra Saxoniam * *e*) nata uidetur mihi.

* Quod *deciſio Elect. Sax.* 86. diſponat, ut, ſi fur ſuſpenſus uel fuſtigatus atque in perpetuum relegatus, heredes ad præſtandam rei furtiuæ æſtimationem non teneantur; quodque illud hodierno iure mutatum ſit, docet LVDOVICI d. *de reſtit. rei furt.* c. 1. §. XI.

§. CXXXII.

Illud quoque certum eſt, quod furtum paſſus ad idem agere poſſit (3) contra *tertium* tam b. quam m. f. *poſſeſſorem*, nec non contra eum, qui poſſidere deſiit. Illud tamen notes uelim, quod (1) *I. Lubec. f*) equus furtiuus a quarto, & *I. Hamb.* res furtiua trans mare apportata (Elem. I. Germ. II, 161. 5.) ab ullo, b. f. p. uindicari nequeat; (2) quod, qui m. f. poſſidere deſiit, æſtimationem & (3) qui b. f. eam alienauit, *alibi* non niſi lucrum, quod percepit, *alibi* uerum rei alienatæ pretium *g*) præſtare teneatur. 3) tertio poſſeſſore &

§. CXXXIII.

d) Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 17. §. 135.
e) BARTH *diſſ.* 47.
f) IV, 1, 3.
g) *Ordin. Polit. Magdeb.* c. 22. §. 7.

§. CXXXIII.

4) ab ipſo iudice. Denique iudex rem furtiuam retinere, & ſibi tribuere nequit *h*), ne quidem ſub ſpecie recuperandarum impenſarum, ſi quæ in inquiſitionem factæ ſint *i*). Iure tamen Saxonico iudex rem furtiuam, quam intra annum & diem non repetiit dominus, uindicat ſibi *k*).

TIT. VIII.
DE SACRILEGIO, ILLIVSQVE CRIMINE.

§. CXXXIV.

Sacrilegii, quod Furtum (§.XCIII.) in re ſacra uel in loco ſacro perpetratum, *ſacrilegium* * audit, &, ubi dolo malo commiſſum eſt, *crimen ſacrilegii.*

* Hac uoce iuris pontificii Dd. ita utuntur, ut eo comprehendant quamuis uiolationem quarumuis rerum perſonarumue ſacrarum. Hinc fingunt ſacrilegium *religionis, ſacramentorum, liturgiæ, papale, clericale, monaſticum, conciliorum, hierarchiæ, officii ſacri, beneficiorum, immunitatis, rerum eccleſiaſticarum, decimarum, oblationum, ſepultu-*

h) *C. C. C.* art. 218.
i) LVDOVICI c. d. §. 27.
k) *I. P. S.* II, 31. *Sueu.* c. 211. & LVDOVICI c. d. §. 25.

pulturæ, iuramentorum, feſtorum &c. Illuſtr. BOEHMER *I. E. P.* V, 17, 43. ſeq. DAMHOVDER *pr. crim.* c. CXI. nr. 4.

§. CXXXV.

Vnde has deduco regulas:

I. Quicquid de furto dictum eſt, & de ſacrilegio poteſt dici.

II. Tam rei quam loci qualitas furtum diſtinguit a ſacrilegio.

§. CXXXVI.

Ex prima regula (§. pr.) ſatis intelligo (1) ſolo animo ſacrilegium non committi (§. CI.); (2) collectorem eleemoſynarum, ubi has interuertit, non niſi ſacrilegum improprie ſic dictum eſſe *l*) (§. eod. nr. 5.); (3) eum, qui damni inferendi cauſa fores eccleſiæ fregit, feneſtras rupit, monumenta deſtruxit &c. ſacrilegii nomine uix uenire (§. CIV, 1.); (4) infantes, furioſos, alioſque extra dolum poſitos, ſacrilegium quidem, non tamen ſacrilegii crimen, committere poſſe (§. CXI.); (5) criminis ſacrilegii reis annumerari uix poſſe (a) eum, qui furatus eſt res, quas ſacras non habuit (§. XXXVI.) *m*); (6) eum, qui fame in furtis eſt,

l) MYLIVS ad BEYERVM p. 337. *th.* 24.
m) Ill. BOEHMER c. l. §. 105.

ſame ductus res, quas ſacras cognouit, appetiit (§. CXVIII.).

§. CXXXVII.

tres dantur ſpecies.

Secunda regula (§. CXXXV, 2.) nos docet (1) tres eſſe ſacrilegii ſpecies, *primam*, ſi res ſacra ex loco ſacro, *ſecundam*, ſi res ſacra ex loco profano, *tertiam*, ſi res profana ex loco ſacro furto ſubtrahatur *; (2) errare eos, qui in lucro quærunt furti & ſacrilegii differentiam.

* I. Ro. rei tantum qualitas faciebat ſacrilegium; Ioannes VIII. uero c. 21. C. 17. qu. 4. locum quoque tam conſecratum quam benedictum attendi iuſſit, furtum rei profanæ ex loco ſacro factum uocans ſacrilegium. Hunc ſecutus Carolus, tres ſacrilegii ſpecies, quas recenſuimus, ſtatuit C. C. art. 171.

§. CXXXVIII.

Quinam ſacrilegi ſocii?

Qui ſacrilegio cauſam neceſſariam dederunt dolo malo & quidem lucrandi animo, facti ſunt criminis ſacrilegii participes, ſuntque cum architecto ſceleris in eodem reatu (§. CX.). Minus autem peccarunt, qui excubias ſacrilegii committendi tempore egerunt, aut, crimine iis inſciis perfecto, res ſacrilegio ſurreptas abſconderunt, uendiderunt &c.

§. CXXXIX.

§. CXXXIX.

Carolus * determinans pœnam, a reis ſacrilegii criminis ſumendam, a ſe inuicem diſtinguit (1) *furtum capſulæ*, cui panis conſecratus ineſt, quod pœna *ignis n*) perſequitur **; (2) *furtum rerum conſecratarum* ***, ſiue in iis contineantur reliquiæ ſiue non. Cui ſupplicium capitale a iudice pro rerum circumſtantiis determinandum ſtatuit *o*); (3) *furtum rerum benedictarum*, aliarumque eccleſiaſticarum, itidem rerum profanarum in loco ſacro depoſitarum, ubi ratione modi qualificatum non eſt (§. CXIII.) Hoc ad modum furti rerum ſecularium coerceri iubet, addita tamen clauſula: Doch ſoll in ſolchen Kirchen-Räuben und Diebſtählen weniger Barmhertzigkeit bewieſen werden, dann in weltlichen Diebſtählen *p*); (4) *furtum eleemoſynarum* uel capitali uel corporali pœna ex prudentum conſilio coercendum *q*). Pœna, & quæ

* Quod furtum in templo peractum *Alamanni, Baiuuarii*, & præſertim *Friſii* habuerint grauius eo, quod in priuato loco committitur, eſt fabula, quam lubens prætereo. De

n) *C. C.* art. 172.
o) CLASEN, KRESS aliique ad art. 172.
p) *C. C.* art. 174.
q) *C. C.* art. 173.

De *Saxonibus* tamen illud moneo, quod antiquitus in ſacrilegos ſtatuerint pœnam mortis *L. Sax.* II. 8. V, 2. quam probatam uides *Capit. de part. Saxon.* c. 2 Poſtea rotæ ſupplicium introductum eſſe, ex *I. P. S.* II, 13. diſcere potes. Eadem uerba, quibus utitur *I. P. S.*, in *Speculo Sueuico* c. 114. ed. BERGER. occurrere, nihil autem in SCHANNATI & MEICHSNERIANA editionibus de crurifragio dici, obſeruat Ill. HEINECCIVS *Elem. I. Germ.* II. † §. 52. *

** Doctrina de transſubſtantiatione cauſa eſt, cur hoc caſu tam atrox ſupplicium ſumi iuſſerit Carolus V. BEYER *delin. I. Cr.* ad art. 172. nr. 12.

*** Verba enim tapfer, gering ad conſecrationem non ad quantitatem refero. Vt itaque ſuperſedeam diſputatione, cuius pretii quantitatem attenderit Imperator? num quinque, plurium an paucorum, ſolidorum rationem habuerit? Quam quæſtionem diſcutere contendit KRESS ad C. C. art. 174. §. 3.

§. CXL.

eam tollunt mitigantue cauſæ.

Sicut ſacrilegii crimen, ita illius pœnam, *tollunt* (1) infantia, (2) neceſſitas famis cum mortis periculo coniuncta, (3) furor *r*) (§. CXXXVI.); *mitigant* uero (4) minor ætas *s*), (5) conſilii inopia (§. L.), quodque (6) res ex eccleſia

r) Ibid. art. 175.

s) BERGER *El. Iur. Crim.* ſuppl. p. I. obſ. 17. p. 434.

eccleſia nondum conſecrata ſurrepta fuerit, nec non (7) delinquentis religio, rem ſurreptam non habens ſacram *t*) (§. XXXVIII.).

§. CXLI.

Euangelici, qui nihil conſecrant cum chriſmate, nihil adſpergunt cum aqua benedicta, (1) pœnam ignis in nullum ſacrilegii criminis reum ſtatuunt, ſed ſacrilegos eadem, qua fures, adficiunt *u*); (2) in ſepulcrorum uiolatores arbitrarie tantum animaduertunt, niſi (a) uiolatio armata manu (b) ſæpiusue facta, aut (c) cadauera ſpoliata non ſepulta iterum *x*); (3) rei ablatæ reſtitutionem *x*), damnum quinque ſolidos non excedens, uim *z*) uel reiterationem deficientem aliasque cauſas habent iuſtas mitigandi pœnam ordinariam. Quo uero iure, uideant alii. Vſus inter Proteſtantes.

§. CXLII.

Quod (1) pœnæ *ordinariæ* (§. CXXXIX. CXLI.) maneant huius criminis Quid iuſtum circa ſocios?

t) MYLIVS ad BEYERVM p. 335. th. 21.
u) BRVNNEMANN *proc. inquiſit.* c. IX. n 87.
x) BERLICH *p.* V. *concl.* 47. nr. 2. *Conſt. El. Sax* 34. p. IV.
y) BERGER *El. Iuriſpr. Cr.* p. I. p. 64. 182.
z) KRESS ad *C. C.* art. 174 * 6.

nis reorum ſocios, qui factum & conſilium participarunt; (2) *extraordinaria* uero eos, qui tantum excubias egerunt *a*), res ſurreptas diſtraxerunt (§. CXXXVIII.) &c. quodque (3) eadem proſint ſociis, quæ architecto ſceleris ſacrilegii (§. CXL. CXLI, 3.) &c. tam certum eſt, quam quod certisſimum.

§. CXLIII.

Iura prouincialia.

Saxones adhuc hodie rota perſequuntur ſacrilegos *b*), uel ſaltem capite truncatos rotæ imponunt. In Marchionatu *Badenſi* ſacrilegium dolo malo peractum tunc demum luitur capite, ubi magnum eſt aut qualificatum *c*); In Electoratu *Bauariæ* ſacrilegium, quod primum eſt, non habetur capitale *d*).

§. CLXIV.

Actio ciuilis.

De rei ſacrilegio ſurreptæ reſtitutione, a ſacrilego illiusque heredibus facienda &c. idem notandum eſt, quod de reſtituenda re furto ſurrepta diximus (§. CXXX. ſeq.).

TIT. IX.

a) CARPZOV *pr. crim.* qu. 89. nr. 54. ſeq.
b) Id. c. l. nr. 20.
c) Bad. L. R. p. VII. tit. 51.
d) Bayer. Malef. *Proc.* Ordn. tit. VIII. art. 7.

TIT. IX.
DE
RAPINA, ILLIVSQVE CRIMINE.

§. CXLV.

Rapina * eſt furtum cum uiolatione ſecuritatis publicæ coniunctum. Quod furtum ubi dolo malo perpetratum eſt, *crimen rapinæ* dicitur. Qui rapinam ſeu

* Quam honeſtam uiroque illuſtri dignam habuerunt maiores noſtri fere omnes, CAESAR *de B. G.* VI, 23. & IV, 1. ſeq. nec deſeruerunt, ſed potius cum bellis priuatis coniunxerunt, ubi Chriſtiani facti ſunt, quod *Capitularia R. Francorum, Conſtitutiones Conradi* I. & II. aliorumque *Imp.* docent. Tandem uero pax profana omnem rapinam fecit illicitam. LEYSER ſp. DXXXIX. m. 1. ſeq.

§. CXLVI.

Vnde hæc elicio:

I. Rapina in furtis eſt.
II. Sine ui ſecuritatem publicam turbante nulla rapina datur.
III. Rapina ſine dolo commiſſa non facit crimen.

§. CXLVII.

Ex primo axiomate (§. CXLVI, 1.) furtum conſequitur (1) ut obiectum rapinæ

non niſi res mobilis (CI.) eaque (2) aliena (§. CII.) eſſe queat; (3) ut graſſator ſit, qui rem alienam animo lucrandi in uia regia rapuit, licet eam iterum amiſerit, perdideritue (§. CIV.); (4) ut qui alteri aliquid ex petulantia uel abſurda gloria in uia regia ſurripuit *e*), aut (5) extorſit permutationem rerum unius eiusdemque pretii *f*) &c. uix graſſator dici queat (§. eod.); (6) ut rapina clam æque ac palam committi poſſit; (7) ut rapina ſit tantum attentata, ubi inuaſus impetum graſſatoris ſuſtinuit, & impediuit, quo minus res ſibi raperentur (§. CI, 4.).

§. CXLVIII.

adhibita ui Quia rapina non datur ſine ui (§. CXLVI, 2.) eaque iniuſta; uis autem impetum ſignificat cui reſiſti nequit: conſtabit (1) cur *minæ iuris g*), (2) *perſuaſiones* ſimplices, & (3) *uis iuſta* rapinam non conſtituant; (4) cur *minæ facti* u. c. mortis, uerberum &c. ex fure graſſatorem faciant.

§. CXLIX.

e) THOMASII Juriſt. Händ. II, 2.
f) KRESS. ad C. C. art. 126. §. 4. not. 2. BOEHMER *Elem. Iur. Cr.* ſect. 2. §. 140.
g) KRESS c. l. not. 1.

§. CXLIX.

Vis ſecuritatem publicam turbans requiritur (§.eod.). Hinc (1) rapinam non committit, qui ui quadam, ſi uel maxime armata, ſurripit res priuatorum ſecuritate publica u. c. proſcriptorum, relegatorum ſed tempore relegationis nondum præterlapſo reuerſorum &c. *h*); (2) rapina non ceſſat, ubi rei raptæ pretium uile eſt *i*); (3) rapina & terra & mari, porro (4) cum hominibus coactis, tum ſine turba, committitur. Hinc noti Straßen- R. Meer-Räuber; (5) rapinæ reus non eſt, qui dormienti in uia publica aliquid abſtulit *k*). ſecuritatem publicam turbante,

§. CL.

Quia nec ſolus delinquendi animus niſi factum accedat, nec hoc niſi dolo malo ſit ſuſceptum, crimen facit (§.XXXII, 1. CX.): ſequitur (1) ut criminis rapinæ rei non ſint, qui rapinam commiſerunt, ſed dolo malo deſtituti, dum *priuati* ſunt *iudicio*, utpote infantes, dolo malo commiſit, aut

h) STRYK *de damn. reb. alien. licit. illat.* c. IV. nr. 46.

i) *I. P. S.* II, 13. CARPZ. *pr. crim.* qu. 96. nr. 46.

k) MYLIVS ad BEYERVM p. 168. nr. 14.

ſantes, furioſi, ſumma ebrietate ſepulti, queis dira famis neceſsitas imperat (§. XXXIII. ſeq.) &c. (2) ut qu. criminis rapinæ rei ſint, (*a*) qui *imprudentes iuris* rem ſuam *l*), uel quam ſibi deberi putarunt *m*), ui ſurripuerunt alii; idque eo magis iuris eſt, ſi rapina facta tempore, quo fugam meditatus debitor *n*); (b) qui ſpoliarunt eum, a quo prius fuerunt ſpoliati *o*), aut (c) quem conſenſurum rati ſunt; (d) qui rapinam commiſerunt iuſſu & in commodum domini *p*) (§. L.); (3) ut rapinæ criminis attentati tantum reus ſit, cui doloſum conſilium fuit rapiendi, ſed quo minus raperet, impeditus eſt (§. XXXII, 2. CI, 4.).

§. CLI.

committentis fuit ſocius, Cum graſſatore in eodem reatu eſt, qui rapinam promouit doloſo lucrandi animo (§. XLII. CXXVII.) ſi uel maxime facto correi nihil lucri perceperit *q*). Minus autem peccat (a) rapi-

l) Prăſchenck d. *de rapina* §. 15.
m) LEYSER *ſpec.* DXXXIX. *med.* 11.
n) GRANTZ *defenſ. inquiſ. c.* V. *m.* 2. *ſect.* 3. *art.* 3.
o) CARPZOV c. l. qu. 91. nr. 36.
p) KRESS c. l. §. 5.
q) HARPPRECHT Reſp. VI. nr. 129. 136.

rapinam, quam committendam neque animo neque corpore iuuit, probans, ut lucrum perciperet; (b) excubias agens ſine lucrandi animo r).

§. CLII.

Crimen rapinæ *gladius* aut capitalis alia, cuiusque regionis moribus introducta, ſequitur * s). adficitur gladii pœna

* Rapinam olim plane non (§. CXLV. *), poſt pecuniarie tantum, *L. Wiſig.* VIII, 1, 2. puniebant maiores noſtri. Succedente uero tempore ultimum ſupplicium irrogarunt graſſatoribus, ut uel ex *I. P. Sax.* II, 13. *Sueu.* c. 114. & quibusdam ſtatutis paulo uetuſtioribus u. c. *Goslarienſibus* lib. II. tit. von uredebrake §. 63. *Lubecenſibus* IV, 2. quilibet diſcere poteſt.

§. CLIII.

Acerbiori, quam gladii pœna adficitur, qui ſæpius rapuit (§. LIV, 5.). Num uero t) (a) ii, qui rapinam cum inſigni percusſione fecerunt, absque tamen necandi animo, (b) qui cum animo rapinam committendi coniunxerunt occidendi animum, (c) qui res magiſtratibus ſuis ui eripuerunt &c. mox exaſperanda,

 grauio-

r) COCCEII d. *de ſocio criminis.*
s) *C. C. C.* art. 126.
t) CARPZOV c. l. nr. 30.

grauiori pœna ſint adficiendi? adhuc diſceptatur.

§. CLIV.

mox mitiganda.

Contra pœna *ceſſat*, ubi (a) uis quidem illata & res ſurrepta, ſed principe aut lege permittente; (b) rapinam commiſit dolo & culpa carens (§. CL.); *mitigatur* uero, (a) ubi aliquid rapinæ *u*), aut illius crimini deeſt. Hinc pœna extraordinaria manet eum, qui nihil ob reſiſtentiam ſpoliandi ſurripere potuit, ſecuritatem non uiolauit, lucrum non intendit &c.

§. CLV.

Diſſenſus DD. &

Cauſis, ex quibus mitiganda pœna, ſunt qui (c) ſexum muliebrem, (d) conditionem & dignitatem graſſatoris, (e) rei raptæ reſtitutionem illiusue æſtimationis præſtationem, (f) transactionem cum læſo initam, (g) uile rei raptæ pretium, (h) concurſum plurium reorum criminis, (i) primum nefandæ artis tirocinium, (k) rapinam ſine armis factam &c. annumerant, ſed inuita Carolina Nemeſi *x*).

§. CLVI.

u) CARPZOV c. l. nr. 31.
x) GRASS *collat. I. Ro. & G.* ſect. XIV. §. un. p. 700. ſeq.

§. CLVI.

Ius Electorale *Saxonicum* cadauer grasſatoris rotæ imponi iubet *y*); *Ius Magdeb.* graſſatoribus non ſimpliciter minatur pœnam gladii *z*); moribus *Auſtriacis* iudex ob uile pretium rei raptæ, reiterationem & transactionem, ſi qua cum læſo inita, pœnam ordinariam remittit *a*). Sic quoque in *Franconia* ceſſat pœna capitalis, ſi uile rei raptæ pretium *b*). iurium prouincialium.

§. CLVII.

Rem ſuam quilibet, (1) etiam cum internecione graſſatoris defendere *c*), (2) amiſſam perſequi, non tamen (3) actionem in quadruplum, quam tradit Ius Romanum, inſtituere *d*), aut (4) *σῶςρον* a graſſatoris, ultimum ſupplicium perpeſſi, heredibus *e*) petere poteſt. An & in quantum princeps conducens reſarcire debeat da- Actio ciuilis.

G 5 mnum,

y) *p.* IV. *conſt.* 35.
z) Pol. Ordn. c. 4. §. 2.
a) FROELICH v. Frölichsburg comment. über P. H. G. O. IV, 15, 3.
b) KIRCHGESNER *tribunal.* p. 305. nr. 5.
c) *Capitul.* VII, 122.
d) STRVV. *ex.* XLVIII. th. 10. Diſſ. BERGER d. *de uſu action. pœnal.* §. 39.
e) *Conſt. El.* 12. p. IV.

mnum, quod conducti in uia regia ſunt perpesſi, alibi *f*) docui.

TIT. X.
DE PLAGIO.

§. CLVIII.

In criminis plagii

Plagium eſt furtum hominis. Quod ubi dolo malo committitur, audit *crimen plagii.*

§. CLIX.

reos

Itaque (1) plagium non commiſit (a) qui hominem mortuum partumue abactum uendidit, ſuppresſit; (b) qui ancillam uexandi aut libidinis gratia rapuit; (2) criminis plagii reus uix erit, qui celauit ſeruum alienum, quem habuit ſuum.

§. CLX.

quæ pœna olim &

Wiſigothi, Baiuuarii, Friſii, Alamanni, Saxones crimen plagii PECVNIARIA *g*), *Theodoricus* uero R. Oſtrogothorum *h*) & *Reges Carolingicæ ſtirpis i*) CAPITALI pœna expiari uole-

f) *El. I. Germ.* lib. II. §. 246.
g) HEINECCIVS c. l. §. 330. ſeq.
h) *Edicto* ſuo. c. 78.
i) *Capitul.* VI, 9.

uolebant. *Ius Prou. Sax.* hoc crimen præterit; contra illud laqueo luendum cenſet *Sueuicum k*). Denique huius criminis illiusque pœnæ nullam plane mentionem fecit *Carolus.*

§. CLXI.

Ius *Auſtriacum l*) pariter atque hodierna *praxis* neque pecuniariam neque furcæ pœnam (§. pr.) criminis plagii reis irrogat, ſed ius Ro. ſequitur, minitans (1) *ultimum ſupplicium* iis, qui celandi liberi hominis cauſa fecerunt plagium, ut uel fata Conradi de Kauffungen, & illius ſociorum docent *m*); (2) *fuſtium ictus*, aliamue pœnam arbitrariam, iis, qui liberum hominem celandi animum non habuerunt, ſed alium improbum. **hodie ſtatuta?**

§. CLXII.

Pœna ordinaria (§. CLX, 1.) ceſſat (1) ubi plagiarius dolo malo non egit (§. LIX, 2.), aut (2) non animo lucrandi (§. CIV.); (3) ubi euitata eſt ſuppreſſio (§. CI, 4.); (4) ubi cadauer alienatum eſt (§. LIX, b.). **Cauſæ eam mitigantes.**

§. CLXIII.

k) cap. 210.

l) *Ord. Crim. Auſtr.* art. 95.

m) ALBINVS *Chron. Miſn.* p. I, c. 21. H. L. SCHVRZFLEISCH d. *de Conrado Kauffungo.*

§. CLXIII.

Actio ciuilis.

Datur quoque contra plagiarium actio ad id, ut uel exhibeat hominem, uel litis æſtimationem præſtet.

TIT. XI.

DE FVRTO FERARVM.

§. CLXIV.

Qui feras furati

Furtum ferarum eſt uenatio & cæſio ferarum, inuito iuris uenandi domino, animo lucrandi facta. Quæ, ſi dolo malo peracta, crimen conſtituit. Huius reus *feripeta*, *uenator furtiuus*, Wild-Dieb, Raub- und Wild-Schütze dicitur.

§. CLXV.

animo lucrandi, &

Vnde dignoſcere potes I) furem ferarum non eſſe (a) qui absque animo lucrandi, aut (b) caſu *n*) feras occidit (§. CIV.); (c) qui feras ſine ulla læſione ab agris ſuis abegit, licet ex hac turbatione damnum contigerit domino *o*); (d) qui feras petiit permittente foreſtes domino (§. CIII.); (e) qui ſuæ aut alius uitæ ſeruan-

n) FICHTNERI d. *de feripetis*. §. 10. ſeq.
o) LIMNAEVS *I. P.* VI, 13.

ſeruandæ gratia occidit animal nociuum, a quo damnum imminuit (§. CXVII.).

§. CLXVI.

Ex eodem (§. CLXIII.) intelligo (2) cur ſumma cum iniuria criminis furti ferarum rei dicantur qui (a) infantes, aut (b) furioſi, aut (c) iuſto errore uel (d) imperioſa fame *p)* ducti, aut (e) quo alteri ius uenandi negent &c. feras auesue maiores nobilioresque uenati ſunt; (3) cur ſaltuarii, ſint cuius uelint ordinis, ubi feras cæſas dolo malo ſurripiunt, uendunt &c. quaſi criminis furti ferarum rei ſint. dolo malo,

§. CLXVII.

Crimen furti ferarum olim pecuniaria pœna *q)*, quandoque mala arbore *r)*, luebatur. Quod feripetarum, ceruorum dorſis impoſitorum, manus catenis fuerint conſtrictæ, pedibus inferius colligatis, ut ſic perirent uariam pœnam ſuſtinuerunt olim &

p) arg. *C. C.* art. 166.

q) *L. Ripuar.* tit. XLII. V. Ill. LVDWIG d. *de uenatu.* p. 22. ſeq. *I. P. S.* II, 61.

r) Ill. LVDWIG *reliq. MSt.* To. VI. nr. 27.

rent miſere, tradunt multi *s*) ſed nemo ſatis probat.

§. CLXVIII.

adhuc ſuſtinent hodie.

Hodie non eadem ubique pœna in crimen furti ferarum ſtatuta eſt. *Alibi* pœna tantum pecuniaria exigitur, ea ſcilicet, quam cuiusque loci columnæ terminales loquuntur; *alibi* is, qui feras furtim uenatus eſt, easque ſuſtulit, fuſtigatur atque in perpetuum relegatur *t*). In Electoratu *Saxonico u*) ii, qui phaſianos; & in El. *Hannouerano x*) ii, qui ardeas uenati, manu priuantur. Iure *Saxonico y*) & *Boruſſico-Brandenburgico z*) ii, qui feras nobiliores in banno principis Electoris ferino uenati ſunt, laqueo ſuſpenduntur, atque ſuſpenſis alicubi imponuntur cornua, caput uel exuuiæ beſtiæ furto ſublatæ *a*) &c. Notes hic

s) KNIPSCHILD *de nobilit.* III, 5. FICHTNER c. d. §. 22.
t) Seidenſtikker d. *de furibus ferarum* §. 46.
u) Rohrs Haußhaltungs-R. VII, 12, 5.
x) PUFFENDORF. *proceſſ.* c. 24. §. 50.
y) Mand. de A. 1584. §. als ordnen. CARPZOV. c. l. q. 84. nr. 34. BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 61.
z) Edict. de A. 1728. quod exſtat ap. Ill. LUDWIG d. *de ferarum furto* p. 26.
a) *Elem. I. Germ.* lib. 2. §. 194.

hic etiam, quod *Boruſſicum b)*, *Querfurtenſe c)*, *Stolbergenſe d)* aliaque uenatoria iura dent poteſtatem uenatori, ferarum cuſtodi, in eum, quem feripetam deprehendit, atque ſemel iterumque inclamauit, exonerandi tubulos igniuomos tempore quo parat fugam.

§. CLXIX.

Quæcunque pœna in crimen furti ferarum ſit ſtatuta, ceſſat ea (1) ubi uel nullum damnum, uel (2) per accidens tantum datum (§. CLXV.), aut (3) reſarcitum eſt *e)*; (4) ubi dolus deficit (§. CLXVI.); (5) ubi nulla uenatio facta. Cauſæ eam mitigantes.

TIT. XII.

DE DELICTIS CARNIS in genere & ſpeciatim DE FORNICATIONIS CRIMINE.

§. CLXX.

Quia, quo minus ciuitas ſit numeroſa, Delicta carnis

b) cit. Ed.
c) Querfurth. Jagd⸗Ordn. art. 12. §. 38.
d) Stolb. J. O. §. 17.
e) *Ill.* LUDWIG c. d. p. 11.

roſa, eaque labori adſueta, impedit uaga hominum libido, hanc ſub *delictorum carnis* nomine prohibent LL.

§. CLXXI.

quæcunque ſint,

Sortiuntur autem delicta carnis diuerſa nomina, pro diuerſa ſcilicet *honeſtate*, *uoluntate*, ac *familia* perſonæ quacum cois, itidem pro diuerſitate *uiæ*, qua congreſſum tibi paraſti. Coitus enim cum meretrice, *fornicatio*; cum femina ſoluta eaque honeſta, *ſtuprum*; cum perſona coniugata, *adulterium*; cum conſanguinea uel affini, *inceſtus*; coniugati cum coniugata, interueniente benedictione ſacerdotali, *bigamia*; hominis cum bruto, *ſodomia*; & maſculi cum uirgine diſſentiente, *ſtuprum uiolentum* audit.

§. CLXXII.

conſummantur immiſſo ſemine.

De quibus omnibus hæc notes uelim (1) quod conſummata habeantur, ubi maſculus membrum & ſemen ſuum in corpus & uaginam uteri feminæ immiſit. Vt itaque (a) nullum delictum carnis conſummetur ſollicitatione, oſculo, impudica contrectatione, ſtipendii promisſione, ueſtium ſublatione, thori conſcenſione, appo-

appoſitione membri uirilis ad uas feminæ; (b) non ſit, cur coitus requiratur frugifer. Notes (2) quod in crimina transſeant dolo malo perpetrata; (3) quod grauiora ſint, ſi (a) ui adhibita, aut (b) ſpréta religione, aut (c) peruerſo naturæ ordine fuerint perpetrata (§. LIV.).

§. CLXXIII.

Crimen fornicationis

Crimen fornicationis * eſt congreſſus carnalis cum meretrice (§. CLXXI.) dolo malo factus (§. CLXXII, 2.).

* Fornicationem, quam licitam habuit AD. TROZIGER V. **Vergnügung müßiger Stunden** p. X. p. 47. a multis retro ſeculis Romæ tolerarunt pontifices V. CLEMANGIS **Unterſuchung vom Huren, Zoll der Römer.**

§. CLXXIV.

cum meretrice committitur, &

Eſt autem meretrix, quæ plurium patet libidini. Alias nihil intereſſe puto, (a) num ſui copiam pluribus fecerit in taberna, an alibi; (b) quæſtus interuenerit, nec ne *f*); (c) animum corradendi opes habuerit femina, an paupertatem ſubleuandi.

§. CLXXV.

Dd. ad minimum tres actus, eosque

f) VRSINI, d. *de queſtu meretricio.*

que nouos & diuerſos ratione agentium, requirunt. Hinc (1) non frequentiam actus, ſed agentium pluralitatem attendunt, nec (2) meretricem habent, quæ his diebus mores mutauit, aut (3) ab uno ter & amplius cognita eſt, ſi uel maxime quæſtus interuenerit g).

§. CLXXVI.

arbitrarie punitur.

Meretrices pœna famoſa (§.LXXVII.) ſed non eadem ubique ſolent adfici. *Alibi* numellis, *alibi* caueæ uerſatili includuntur, *alibi* currum ſordibus onuſtum ex urbe euehere coguntur, & poſt relegantur. *Fornicator* quandoque carcerem ingredi aut mulctam ſoluere, nunquam autem prolem a meretrice natam agnoſcere, tenetur.

TIT. XIII.
DE STVPRO.
MEMBRVM I.
DE
STVPRI CRIMINE ILLIVSQVE POENA.

§. CLXXVII.

Stupri ſeu

Stuprum eſt coitus ſoluti cum ſoluta femina, cui pudor uel honor ineſt

g) BERGER ſuppl. ad *Elem. Iuriſpr. Cr.* p. II. obſ. 155.

ineſt * (§. CLXXI.). *Crimen ſtupri* eſt coitus ſoluti cum femina honeſta dolo malo peractus.

* Licet germanis pudicitiæ laudem tribuant TACITVS *de M. G.* c. 19. CAESAR *de B. G.* VI, 31. SALVIANVS *de gubernat. Dei* lib. VII tamen negari nequit, quod hoc uitium quouis tempore his & illis germanis fuerit cognitum, & futurum ſit, dum erit germania.

§. CLXXVIII.

Vnde hæc deduco axiomata:

I. Stuprum conſummatur immiſſione ſeminis.

II. Honeſtas feminæ diſcrimen facit inter ſtuprum fornicationemque.

III. Stuprum tunc demum crimen eſt, ubi dolo malo commiſſum.

§. CLXXIX.

Ni fallor, ex primo (§. CLXXVIII, 1.) quilibet intelligere poteſt, quod (a) neque femina, quæ oſculum tactumue paſſa eſt, (b) neque maſculus, qui, ut uiam ſibi paret ad libandam pudicitiam honeſtæ feminæ, huius mala oſculatus eſt *b*) tetigitque genitalia, multo minus (c) medicus coitus cum

b) ROMANI d. *de oſculis.*

uel chirurgus, qui honeſtæ uiduæ uirginisue genitalia aut mamillas tetigit neceſſitate adactus: ſtuprum commiſerit.

§. CLXXX.

femina honeſta,

Secundum (§. CLXXVIII, 2.) docet (1) errare eos, qui ſtuprum a fornicatione diſtinguentes attendunt *lucrum*, quod percepit, aut *paupertatem*, qua adfligitur, femina ſtuprum paſſa; (2) ſtuprum inferri poſſe uiduæ, uirgini, immo & ei, quæ uitæ luxurioſæ nuntium miſit; (3) ſtupro uacare eum, qui conſuetudinem habuit cum femina, quæ quemuis, interueniente quæſtu meretricio, admittere ſolet (§. CLXXIII.).

§. CLXXXI.

cui dolus malus ſubeſt,

Ex tertio (§. CLXXVIII, 3.) colligere nullus dubito, criminis ſtupri accuſari non poſſe (1) qui ſumma ebrietate ſepulti ſtuprum cuidam feminæ intulerunt (§. XXXIV.); (2) feminam ui, cui reſiſti non potuit (§. XXXVII, 2.), ſtupratam, eamque (3) quam quis ſomno ſepultam (§. XXXIII, 9.), & factum ignorantem compreſſit; (4) qui ſtupro ſciens uolensque anteceſſit (§. XLIV, 1.).

§. CLXXXII.

§. CLXXXII.

Ex eodem intelligo, non niſi qu. criminis ſtupri reos eſſe (5) qui quæſiuit ebrietatem, qua durante, ſe cum qualibet femina congredi ſolere, ſciuit optime; (6) qui, licet ei compertum eſſet, quod Caia maſculos ad coitum ſoleat allicere, nihilo tamen minus frequenter & citra neceſſitatem cum ea collocutus & dein congreſſus eſt.

§. CLXXXIII.

pœna olim legitima erat

Olim mulctam, diuerſarum gentium LL. diuerſo modo determinatam, ſoluebat STVPRATOR *ingenuus i*); *ſeruus* uero, qui ingenuæ uiduæ intulerat ſtuprum, uiuus exurebatur *k*), aut uitiatæ parentibus dabatur, ut quam uellent pœnam, etiam capitalem, irrogarent ei *l*). STVPRATA, quæ lubens in ſtuprum conſenſerat, habebatur infamis & matrimonio uix digna *m*), ſoluere tenebatur Weregildum *n*) & erat exſors hereditatis parentum, ubi ab his

H 3 nullam

i) *L. Friſion.* IX, 1. ſeq. *L. Longob.* I, 31, 1. ſeq. *L. Salica* XIV, 13. 14.

k) *Edict. Theod.* §. 59.

l) *L. Baiuuar.* VII, 9, 1.

m) *L. Burgund.* XLIV, 1. & LXI.

n) *L. Friſion.* IX, 1.

nullam delicti gratiam impetrauerat *o*). *Ingenua*, quæ ſe ſeruo ſubſtrauerat, alibi nulla ſatisfactione digna habebatur *p*), alibi ut adultera puniebatur *q*).

§. CLXXXIV.

hodie uero plerumque arbitraria eſt, quæ

Hodie certa pœna in hoc crimen ſtatuta non eſt, ſed iudex eam ſine ſexus diſcrimine pro doli uel culpæ gradu determinare & ſic ab iis, qui concubuerunt, *diuerſam* quandoque ſumere debet. Alibi *carcere r*), alibi *mulcta*, quam uocant die Hurenbrüche, expiatur. Denique plerisque locis & ſtuprator & ſtuprata pœnitentiam publicam ſubire tenentur *s*).

§. CLXXXV.

quandoque exaſperatur

Crimen ſtupri grauius reddunt (1) *poteſtas* uel inſpectio, quæ corrumpenti in corruptam competit *t*), (2) *reuerentia*, quam corrumpens debet cor-

o) *L. Longob.* c. l. *L. Wiſigoth.* III, 4, 7. 8.
p) *L. Long* c. l.
q) *Edict. Theod.* §. 60.
r) *Conſt. El* 27. p. IV.
s) KNORR *de pœnit. publ.*
t) LEYSERI d. *de pœna ſtupri arbitrio iudicis relinquenda* nr. 3.

corruptæ *u*), (3) *ſanctitas loci*, ubi maſculus cum femina coiuit *x*), (4) *annus luctus*, qui modo currere cæpit tempore, quo ſtuprum commiſſum eſt; neutiquam uero (5) *hæreſis* perſonæ, quacum congreſſus es *y*), aut (6) *infanticidium*, a ſtuprata inſcio ſtupratore factum: ut quidem putat BRVNNEMANN *z*).

§. CLXXXVI.

Contra ſtricto iure lenior iudex eſſe debet (1) ubi ſtuprum tantum attentatum eſt *a*); (b) ubi ſponſus ſponſæ ſtuprum intulit, neutiquam uero (3) ubi ſtuprator dubitat, an ueræ uirgini intulerit ſtuprum &c. quandoque mitigatur.

MEMBRVM II.
DE
STVPRI IVDICIO CIVILI.

§. CLXXXVII.

Iam olim ſtuprata contra ſtupratorem agere poterat uel ad ducendum Moribus tam antiquis

u) Id. c. d. nr. 4.
x) *L. Ripuar.* XXXV, 2. 3.
y) LEYSER c. d. nr 15. Diſſ. CARPZOV *pr. crim.* qu. 69. nr. 43.
z) *proc. inq.* c. IX. nr 71.
a) HEIL *iud. & defenſ.* p. 372.

dum uel ad offerendum pecuniam *b*), alibi lege definitam *c*), alibi pacto definiendam *d*). Sic quoque ſtuprator ſtupratæ patri pretium debebat ſoluere.

§. CLXXXVIII.

quam hodiernis ſtuprator ſtupratam uel ducere

Hodiernis moribus ſtuprator, quisquis ſit, clericus laicus, ſponſus an alius, ſtupratam uel ducere uel dotare, & hoc caſu infanti alimenta ad XII. a. * præbere tenetur. Quo tamen iure eligendi excidit ſtuprator, qui fecit, quo minus ſtupratam ducere queat *e*).

* Hoc *Ord. Pol. Magd.* ad XV. a. extenſum eſt. c. 69. §. 1.

§. CLXXXIX.

uel dotare tenetur,

Dotis, ſiue illius quod intereſt ſtupratæ, quantitatem ſilente lege * determinat iudex, attendens facultates & conditionem cum ſtupratoris tum ſtupratæ patris *f*). Determinata ſtatim & cum iure transmiſſionis debetur,

b) *L. Longob.* I, 31, 1. ſeq.
c) *Edict Theodor.* §. 59. *L. Burgund.* XLIV, 1. *L. Baiuuar* VII, 8, 1.
d) *L. Wiſigoth.* III, 4, 7 8.
e) LEYSER d. *de ſtupri iudicio ciuili.* nr. 4.
f) Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 16, 7.

tur, ſi uel maxime nullum unquam ſequatur matrimonium *g*), aut, nondum inſtituta ſtupri actione, ſecutum fuerit *h*).

* *Ord. Pol. Magd.* c. 69. §. 1. ancillis & ruſticorum filiabus 18. uel 20. imp. iubet conſtitui.

§. CXC.

Stuprator neque ducere neque dotare tenetur ſtupratam (1) quæ cauſam dedit congreſſui *i*); (2) quæ mercedem congreſſus accepit; (3) quæ ab aliis quoque ſe cognoſci paſſa eſt *k*); (4) quæ ſtupratori ius eligendi adimit. Ad neutrum etiam (5) tenetur ſtuprator, cui corporalis pœna inflicta eſt. exceptis paucis caſibus.

§. CXCI.

Alimenta, quæ ſtuprator partui ex ſe edito ſuggerere tenetur (§. CLXXXVIII.), ſunt naturalia tantum, ea tamen, quæ etiam ſtupratoris heredes, neutiquam uero paternus auus *l*), ſoluere debent.

H 5 TIT XIV.

g) LEYSER c. d. nr. 11.

h) BERGER *ſuppl. ad El. Iur. Cr.* p. I. obſ. 155.

i) LEYSER c. d. nr. 12. HOEFFT d. *de uirgine ſtuprata a ſtupratore non dotanda.*

k) RICHTER *uelitat. acad.* XXI. th. 24. Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 16, 11.

l) MENCKENII d. *de auo paterno ad alimenta nepoti illegitimo præſtanda non obligato.*

TIT. XIV.
DE CONCVBINATV.

§. CXCII.

Concubinatus

Concubinatus eſt coniunctio uiri & mulieris, facta ſine iis, quæ LL. præſcribunt, ſolemnibus.

§. CXCIII.

tam temporarius quam perpetuus,

Quæ coniunctio quum uel ad tempus uel in perpetuum fiat: concubinatus in *temporarium* & *perpetuum* diuiditur *m*).

§. CXCIV.

a quo tempore conſtituat crimen

Ille ſemper illicitus fuit, *hic* ab eo demum tempore, quo benedictio ſacerdotalis in neceſſitatem abiit *n*), & ſpeciatim in Germania, a tempore Sec. XVI. *o*).

§. CXCV.

pœna luendum?

Itaque uterque concubinatus dolo malo factus hodie crimen eſt, quod pœna arbitrio iudicis determinanda lui iubet politica reformatio.

TIT. XV.

---

m) LEYSERI d. *de Concub indiuiduo*. nr. XV.

n) FRESNE *Gloſſar*. v. Concubina.

o) *Ref. Pol.* 1533. 1548 tit. von leichtfertiger Beywohnung. V. THOMASII, BREITHAVPTII, STOLTZII aliorumque ſcripta eriſtica.

TIT. XV.

DE
ADVLTERIO, ILLIVSQVE CRIMINE.

MEMBRVM I.
DE
ADVLTERIO IN GENERE.

§. CXCVI.

Adulterium (CLXXI.) eſt coitus (§. CLXXII.) pacto coniugali contrarius *p*). Adulterium quod

§. CXCVII.

Prouti uel unus uel uterque coeuntium pactum coniugale iniuit, idque coitu fregit; adulterium uel *ſimplex* uel *duplicatum* dicitur eſſe. in ſimplex & qualificatum diuiditur,

§. CXCVIII.

Vnde hæc deduco axiomata:

I. Immiſſo ſemine in uaginam uteri adulterium conſummari.

II. Adulterium non niſi a coniuge cum extranea perſona committi poſſe.

§. CXCIX.

p) *L. Wiſig.* III, 4. 4. 5. *Capitul. R. Fr.* VI, 433. *C. C. C.* art. 120.

§. CXCIX.

immiſſo ſemine conſummatur,

Ex primo (§. CXCVIII, 1.) conſequitur, ut adulterium non conſummauerint, ſed attentauerint tantum (1) mariti, qui feminas uerbis, literis aut munuſculis ſollicitarunt, impudice attrectarunt, quique (2) membrum quidem ſuum ad uas feminæ adpoſuerunt, ſed, quo minus ſemen immitterent, ebrietate aliaue cauſa fuerunt impediti.

§. CC.

a matrimonii uinculo ligatis.

Ex ſecundo (§. CXCVIII, 2.) diſcimus, de illius, qui contra LL. congreſſus eſt, legitimo eoque carnali copula corroborato matrimonio prius conſtare debere, quam eum adulteri uocare poſſes nomine. Hinc adulter nominandus non eſt (1) qui cum femina quadam carnaliter congreſſus eſt poſtea, quam cum alia contraxit *ſponſalia*, aut ipſum *matrimonium*, ſed iniuſtum, nullum, imperfectum; (2) qui diuortio facto uagam exercuit libidinem q).

§. CCI.

Ex eodem conſtabit porro, (3) cur adulterii rei non ſint (a) maritus, qui con-

q) CARPZOV. *deciſ.* 294. nr. 7.

Digitized by Google

conſuetudinem habuit cum uxore propria, quam alienam eſſe duxit r), (b) iuuenis, qui ſubagitauit ſolutam, quam coniugatam habuit; (c) uxor, quæ mortuo iam marito, quem adhuc uiuere rata eſt, ſe ſubſtrauit alii: Contra ex adulterorum numero eximi uix poteſt, qui malitioſe deſertus, aut quod ad thorum & menſam ſeparatus, coitu cum extranea facto ſe polluit.

MEMBRVM II.
DE
ADVLTERII CRIMINE ILLIVSQVE VINDICTA PVBLICA.

§. CCII.

Coitus pacto coniugali contrarius (§. CXCVI.) ubi dolo malo ſuſceptus eſt, uerum *crimen* (§. XXXI.), ſin culpa, *qu. crimen* (§. XLIX.) *adulterii* dicitur. In criminis adulterii

§. CCIII.

Hinc *adulterii* quidem, non tamen *criminis adulterii*, rei ſunt (1) maritus qui reos, eorumue

r) STRYK *de iure ſenſ. diſp.* X. c. VI. nr. 52. ſeq.

qui (a) nolens (§. XXXVII.) aut (b) per errorem cognouit non ſuam (§. XXXVI.); (2) uxor, quæ tempore, quo fuit (a) demens (§. XXXIII.), aut (b) ſingulari decepta fraudes *s*), & in errorem deducta, admiſit non ſuum, nec non (3) ea, quæ ſomno tam arcto oppreſſa fuit, ut uim pudicitiæ fieri non ſenſerit *t*) (§. XXXIII, 9.). Contra in *reis qu. criminis adulterii* ſunt (4) maritus, qui uxorem ſuam mortuam habens, aut (5) copia illius deſtitutus, dum hæc abſens eſt aut cohabitationem denegat uel præſtare nequit, concubuit cum alia; (6) maritus, ſubagitans proſtibulum, quod illius oculis ſæpe expoſuit uxor propria *u*) (§. XXXVII, 4.); (7) coniux laſciuis perſuaſionibus geſtibusue ad adulterium inuitatus; (8) uxor nimis ſtupida iurisque plane imprudens, quæ corporis uſuram alii præbuit quam uiro ſuo.

§. CCIV.

ſocios (1) Perſonas innuptas cum nuptis dolo malo

s) DAMHOVDER. *pr. rer. crimin.* c. 89. n. 37.
t) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 9. & *ſupplem.* p. II. obſ. 6.
u) LEYSERI d. *Adulterii pœnam ex duabus ſaltem cauſis mitigari poſſe* nr. 8.

malo congredientes, (2) occaſionem adulterii committendi mandato, auxilio, conſilio &c. alicui ſubminiſtrantes &c. quodammodo, non tamen plene, crimen adulterii poſt commisſi participare quin ſtatuam, nullus dubito.

§. CCV.

diuerſam pœnam iura antiqua

Antiqui mores iniuriam læſo coniugi uindicandam relinquunt *x*). Id quod & ſubſequentibus temporibus ſeruarunt *Saxones*, *Friſii* *y*). *Wiſigothi* perſonas, quæ ſe adulterii ſcelere polluerant, earumque facultates, addicebant coniugi innocenti, &, ſi hic in facinus conſenſerat, liberis, fratribus, patruis *z*). Dabat autem addictio facultatem perſonæ addictæ quamcunque pœnam, ſalua tamen anima *a*), irrogandi. Ne uero in truculentiam abiret illa uindicta, pretium hominis ingenui, das Wehrgeld, ſubſtituerunt *Baiuuarii* *b*), & pœnam pecuniariam

x) TACITVS de *M. G.* c. 19.

y) Ill. HEINECC. *Elem. I. Germ.* To. II. lib. II. §. 178. ſeq.

z) III, 4, 1.

a) *L. Wiſig.* III, 4, 13.

b) VII, 1, 1.

colligunt interpretes, quod Ius Ro. pro norma eſſe uoluerit legislator, ſtatuuntque (1) *maritum alienæ uxoris corruptorem* gladio percutiendum, adulteram uero fuſtibus cæſam monaſterio includendam eſſe; (2) *maritum, uitiatorem cælibis*, fuſtigatum perpetua relegatione puniendum, cælibem uero feminam carceri includendam uel ad tempus relegandam eſſe *i*). Cur uero (3) *maſculum cælibem*, qui alterius uxorem uiolauit, capite plectendum, adulteram uero fuſtigandam cenſeant *k*), equidem non uideo (§. CCIV.).

§. CCVIII.

Non minus uariant hodierna uariarum prouinciarum iura in crimine adulterii perſequendo, atque uariarunt antiquæ leges (§. CCIV.) *l*); Iure enim *Tirolenſi m*) carcere cum ieiunio (bey Waſſer und Brod), *Wurtembergico n*) carcere & infamia, *Dithmarſico*

hodierna, quæ alibi leniora

i) CLASEN ad cit. art.

k) BEYER & LVDOVICI ad c. art.

l) Oeſterr. L. G. O. art. 76. §. 8.

m) Tirol. L. O. VIII. 40.

n) *Ius Wurtemb.* tit. 94. LAVTERBACH *Diſſer. I. Com. & Wurt.* p. m. 202.

marſico o) LX. marcis; *Badenſi p*) carcere menſtruo bey Waſſer und Brod & mulcta XIV. flor. additis XVIII. crucig.; *Herbipolitano q*) mulcta uel operis publicis trimeſtribus &c. coercentur adulteri. Leniſſimi in hoc crimine coercendo ſunt *Argentoratenſes*, *Bremenſes*, *Eslingenſes*, *Hamburgenſes*, *Iuterboccenſes*, *Mindenſes* & *Mulhuſini r*) *; admodum ſingulares autem *Auguſtani*, *Bauari*, *Megapolitani*, *Vlmenſes s*) aliique

* Sic quoque pœna pecuniaria uel alia arbitraria obtinet in ciuitate *Friburgenſi* PE. HEIGIVS p. II. qu. 29. nr. 75. *Heilbrunnenſi* STAT. HEILBRVNN. *p.* X. *tit.* 9. §. f. V. PANCVG d. *de pœna adult.* th. 37. HOFFMANN *de notabilioribus delictorum matrimonialium temp.* c. I. §. 15. ſeq.

§. CCIX.

alibi grauiora.

Qui capitalem pœnam in crimen adulterii ſtatuunt populi, a ſe inuicem diſſentiunt; *alii* enim, ut *Eyderſtaden-*

o) art. 128.

p) p. VII. tit. 29.

q) HOFFMANN d. *de diſſenſu iur. in pœn. adult.* c. V. §. 7.

r) Id. c. l. §. 8. & Ill. HEINECCIVS *Elem. I. G.* §. 198. *

s) Id. c. l. §. 199. *

ſtadenſes t) & *Saxones u*), quoduis adulterium, *alii* uero, ut *Anhaltini x*), *Magdeburgenſes y*), *Naſſouici z*), *Palatini a*), *Solmenſes b*), cælibis concubitum cum nupta, non autem mariti concubitum cum cælibe, uindicant gladio.

§. CCX.

Caussæ pœnam aggrauantes

Priores populi (§. CCVIII.), licet non poſteriores (§. pr.), pœnam acerbiorem irrogant reis, criminis adulterii (1) DVPLICATI & (2) REITERATI. Sic in Ep. *Herbipolitano c*) fuſtigatione & relegatione, in regno *Bohemiæ d*), nec non in *Marchia e*) gladio coercentur, qui duplicatum adulterium dolo malo commiſerunt. Sic *iure Wurtenbergico f*), ſecundum numellis & relegatione, tertium uero gladio, & *Iure Dithmarſico* quoduis iteratum fuſtigatione & relegatione punitur &c.

t) *Conſt. Io. Adolphi* de A. 1607.
u) *part.* IV. *conſt. cl.* 19.
x) *Ord. Proc. Anh.* tit. 41.
y) *Ord. Polit. Magd.* c. 69. §. 3.
z) p. I. nr. 75.
a) *I. Prou. Palat.* p. V. tit. 30.
b) Solm. Gericht- und Lands-Ordn. p. II. p. 240. 243. ſeq.
c) HOFFMANN c. d. c. V. §. 7.
d) WEINGARTEN *faſcic. diu. iur.* I, 3. p. 373.
e) BRVNNEMANN *pr. inq.* c. IX. nr. 30.
f) c. l.

§. CCXI.

mitigantes, tam uerae

Contra (a) ubi omne adulterium deeſt (§. CCI. a), aut (b) quod factum plane imputari nequit (§. CCIII, 1-3.) CESSAT omnis pœna. Ordinaria uero MITIGATVR, (1) ubi uel de *matrimonio* (§. CC.) uel de *adulterio* (§. CXCIX.) conſummato nondum conſtat; (2) ubi cælebs concubuit cum uxore ad inſtar *meretricis* uiuente *g*); (3) ubi *culpa* tantum non dolus reſidet in adultero, ut ſi (a) iuſtus *error*, aut (b) *defectus uoluntatis* uel *facultatis* coeundi in innocente coniuge, aut (c) quotidianæ *illecebræ* anſam adulterandi dederint (§. CCIII, 4. ſeq.) *h*); (4) ubi ceſſat *iniuria* coniugi innocenti illata, ob *remisſionem*, *transactionem*, *intercesſionem* (§. LXXXIV.), uel etiam *compenſationem* factam.

§. CCXII.

Iniuriam autem ſibi illatam remittit coniux innocens uel *expreſſe*, ſignificans iudici, ſe gratiam delicti facere nec matrimonii ſolutionem cupere *; uel *tacite*, ubi nocentem in thorum

g) CARPZOV. *pr. crim.* qu. 57. nr. 20. ſeq.
h) KRESS *ad C. C.* art. 120. §. 4.

thorum ſciens uolensque recipit, ſi uel maxime ab eo debitum coniugale non petierit, aut ante coitum reuerſales literas exegerit, quod coitus iſte actionibus ex iure quæſitis nocere non debeat *i*); uel *præſumtiue*, ubi coniux innocens ante actionem motam mortuus eſt, & quidem, ex quorundam Dd. ſententia tunc quoque, ubi ſignis declarauit animum iniuriam non remittendi *k*).

* Remisſio ſine animo redintegrandi matrimonium facta non attenditur. WERNHER *p.* III. *obſ.* 40. & *enunc.* 89. Ea, quæ animo redintegrandi matrimonium facta eſt, ſed ſub conditione, *ſi relegatio euitari poteſt*, habetur pura, facitque ut remittens relegatum nolens uolens comitari debeat.

§. CCXIII.

Cauſis pœnam ordinariam mitigantibus (§. CCXI.) quidam addunt, ſed perperam, (5) dignitatem (6) clericatum (7) ſenium & (8) paupertatem delinquentis *l*). quam ſpuriæ.

I 3 MEM-

i) LEYSER d. c. nr. 31.
k) BEYER ad eund. art. *poſ.* 22. LEYSERI d. *de mort. abſ. prob.* §. 6.
l) CARPZOV. qu. 71. nr. 70. SVRDVS *de aliment.* tit. VII. qu. 16. nr. 41. ſeq.

MEMBRVM III.
DE
ADVLTERII VINDICTA PRIVATA.

§. CCXIV.

Maritus in adulterio deprehenſos occidere &

Maritus, ſicut olim permittente lege potuit *m*), ita adhuc hodie poteſt *n*), uxorem adulteram cum moecho occidere, ſi eos in adulterio flagranti deprehenderit; & (2) ſicut olim, ubi alterutrum tantum occiderat, occiſi pretium ſoluere tenebatur *o*), ita hodie ubi occidit adulterum, nec læſit uxorem adulteram, uel utrumque quidem, in flagranti tamen non deprehenſum, occidit, corporalem, ſæpe relegationis perpetuæ, aut aliam pœnam ſuſtinere cogitur, prout (a) indicia commiſſi adulterii ei fuerunt euidentia aut obſcuriora *p*), & quod inde ſequitur (2) zelus maior aut minor. *Vxor* maritum adulterum ac pellicem occidere nequit *q*).

§. CCXV.

m) *L. Longob.* I, 32, 2. *L. Friſion.* V, 1. *L. Burg.* LXVIII, 1. *L. Baiuuar.* VII, 12, 2.

n) *C. C.* art. 150.

o) *L. Burgund.* XVIII, 2.

p) LEYSERI d. *de marito iuſto adulterii punitore* nr. 5. ſeq.

q) Id. c. d. nr. 9. ſeq.

§. CCXV.

Coniux innocens, ſit maritus an uxor, ad diuortium agere poteſt, dummodo (1) adulterium non remiſerit, nec (2) ei cauſam præbuerit, aut (3) in eodem hæreat luto &c. *r*). quilibet coniux innocens diuortium

§. CCXVI.

Denique ea omnia conſequitur, quæ ſuperſtes ex adulteri adulteræue bonis conſecutus fuerit. Sic (1) maritus Saxo lucratur uxoris adulteræ (a) *dotem* & ea *paraphernalia*, quæ in rebus mobilibus conſiſtunt *s*); (b) *geradam*, ſi quam uxore mortua ex lege, pacto uel ſtatuto lucratus eſſet *t*). Quod (c) *utenſilia*, quæ durante matrimonio comparauit, ac uxori, quæ poſt facta eſt adulterii rea, utenda & cuſtodienda ſine donationis mentione dedit, ſimpliciter uindicare poſſit, res ipſa loquitur; (2) uxor innocens, dotem cum fructibus ex eo die, quo matrimonii onera ferre deſiit maritus adulter ab eo repetere, nec non in locis, ubi I. Ro. quod ad ſucceſ- aliaque lucra petere poteſt.

 ſionem

r) Ill. BOEHMER *de action.* ſect. II. c. I. §. 42.

s) LEYSER d. *de iure coniugis in bona coniugis adulterantis* nr. V.

t) Id. c. d. nr. 7.

ſionem coniugum ſeruatur, donationem propter nuptias, alibi uero portionem ſtatutariam ſibi ſumere poteſt; (3) coniux innocens res ſibi a coniuge adultero adulteraue ante diuortium donatas retinet ac lucratur *u*); (4) adulter neque actionem rerum amotarum, neque ius agendi ex contractibus, adulterio amiſiſſe uidetur.

* Illud hic etiam notes uelim, quod (1) coniux innocens dotem uel donationem propter nuptias, ſi quæ poſt adulterium commiſſum conſtituta, non lucretur, (2) mariti innocentis, qui uiuus de adulterio queſtus non eſt, heredes uxorem adulteram dote, aut, quam loco dotis petit, portione ſtatutaria priuare nequeant.

TIT. XVI.

DE BIGAMIA.

§. CCXVII.

Bigamia, ſeu

Bigamia (§. CLXXI.) eſt matrimonium, quod quis, priore coniuge adhuc ſuperſtite, more eccleſiaſtico contractum carnali conſummauit coitu.

§. CCXVIII.

u) LEYSER c. d. nr. 8.

§. CCXVIII.

Vnde hæc deduco axiomata:

I. Non niſi coniugatus fieri poteſt bigamus.

II. Statim atque conſenſui, quem coniugatus de nouo matrimonio ineundo declarauit, accedunt ceremoniæ, quas præſcribunt LL., contrahitur, &

III. ſi præter has accedat carnalis copula, conſummatur bigamia.

§. CCXIX.

Ex priore axiomate (§. CCXVIII, 1.) conſequitur (1) ut perſona cælebs, aut (2) deſponſata cum coniugata matrimonium contrahens congrediensque, non ſit bigama; (2) ut, qui dolo, ui, metu ad prius matrimonium contrahendum adactus *x*), quiue (3) a legitimo coniuge quod ad uinculum ſeparatus eſt, nouum contrahendo & conſummando bigamiam committere nequeat; (4) ut, qui, poſt ſponſalia cum hac publice celebrata coituque firmata, cum illa nuptias ſolemnes facit, non ſit bigamus *y*). quod quis priore coniuge ſuperſtite

I 5 §. CCXX.

x) HARPPRECHT *Reſp.* 16. nr. 70. ſeq.
y) LEYSERI d. *de polygam.* nr. 15.

§. CCXX.

interueniente ſacerdotali &

Secundum (§. CCXVIII, 2.) docet, (1) neque *ſponſalia*, quæ coniugatus cum extranea contraxit, (2) neque *coitum*, hæc ſecutum &c. bigamiam conſtituere, ſed, ut præterea ceremoniæ eccleſiaſticæ adhibitæ fuerint, requiri. Hinc, ubi uel nullæ uel uitioſæ adhibitæ fuerunt ceremoniæ z), ceſſat bigamia uera.

§. CCXXI.

carnali copula contraxit matrimonium,

Ex tertio (CCXVIII, 3.) colligo, bigamiam non conſummaſſe (1) eos, qui poſt benedictionem, quam petierunt ſacerdotalem, carnaliter non ſunt congresſi. Siue noluerint ſiue non potuerint congredi, perinde eſt. (2) eum, qui poſteriorem coniugem cognoſcere niſus eſt, ſed fruſtraneo auſu a).

§. CCXXII.

Bigamo ſocietate ſceleris quodammodo iungitur perſona, quacum poſterius contractum conſummatumque matrimonium.

§. CCXXIII.

z) HOMBORG *Reſp.* 166.

a) GILHAVSEN *arb. crim.* c. 2. tit. 19. nr. 2.

§. CCXXIII.

Bigamiam I. Germ. antiquo *b*) & hodierno *c*) delictum, & quidem adulterio grauius (§. LIV, 6.) eſſe, certum eſt. De eo autem: num bigamia iure diuino eoque poſitiuo, delictum nominandum? diſceptarunt WILLENBERG, WEICKHMANN, WERNSDORFF aliique. delictum eſt, &

§. CCXXIV.

Quum delictum non, niſi dolo malo perpetratum, tranſeat in crimen: ſequitur, ut, ſi non in totum in tantum tamen de crimine bigamiæ excuſandus ſit (1) qui ignorans priorem coniugem adhuc uiuere *d*), aut (2) periculo uitæ cauſaue quadam, pœnam in crimen adulterii ſtatutam alias minuente, u. c. adulterio alterius coniugis *e*) &c. motus, aut (3) prius matrimonium nullum uel ſolutum eſſe *f*) uel illius diſſolutionem contra fas nega- quandoque crimen

b) *L. Longob.* II, 13, 1. 5. *Wiſigoth.* III, 2, 6. *Capitul.* VII, 42. 255.

c) *C. C. C.* art. 121.

d) CARPZOV qu. 66. nr. 65. ſeq.

e) GRASS *collat. I. Ciu. cum Conſt. Car.* ſect. XIX. §. 2. p. m. 896.

f) BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* ſuppl. p. II. obſ. 144.

negari iudicans, aut (4) copia coniugis prioris deſtitutus nouum coniugem ſibi adſociauit. Cur uero eum, qui ob priora ſponſalia ad ſecunda prouolauit uota, ſeque coniugem præſtitit, bigamiæ crimine uacare cum BERGERO *g*) ſtatuam, equidem non uideo.

§. CCXXV.

uindicandum pœna gladii, quam

Carolina Nemeſis *h*), quam plerarumque prouinciarum leges *i*) ſequuntur, gladio uindicat crimen bigamiæ. Praxis ſocium, a quo dolus non abeſt, fuſtigari iubet *k*).

* Quod pœnam capitalem in crimen bigamiæ ſtatuentes euangelici papizent, contendit STRYK *de reliq. ſacram. in matrimon.* c. III. §. 46.

§. CCXXVI.

uariis de cauſis mitigatur.

Quæ tamen pœna mitigatur (1) ubi dolus in tantum deficit (§. CCXIV.), (2) bigamia non niſi attentata (§. CCXX.), (3) prius coniugium uel

g) BERGER c. l. obſ. 153.

h) *C. C. C.* c. art. LEYSER d. *de Polygamia* nr. 3.

i) u. c. Bad. Land-R. VII. 38. *Ius Lubec.* IV, 6, 1. *I. Sax. El.* p. IV. *conſt.* 20. Bayer. *Malefiz*-Ordn. tit. 8. art. 3.

k) BEYER *delin. I. C.*

uel nullum eſt uel ſolutum (§. CCXIX.). (4) in alterutro corporum deficit coniunctio, aut (5) legitima ſacerdotalis benedictio (§. CCXXI.). Quod denique (6) coniux prior idemque innocens interceſſione ſua pœnam minuere poſſit, probare annititur GRIBNER *l*), quem hodie Vitembergenſes, teſte WERNHERO *m*) ſequuntur.

§. CCXXVII.

Iudicium ciuile.

Si uel maxime prius matrimonium propter defectum ceremoniarum eccleſiaſticarum nullum, atque adeo poſterius crimen polygamiæ dici nequeat (§. CCXIX. CCXXVI, 5.): poſterior tamen coniux, qui quæue priorem coniunctionem ignorauit, ad diuortium agere, nec non datorum reſtitutionem & damnorum reſarcitionem petere poteſt *n*).

§. CCXXVIII.

Crimen binorum ſponſaliorum.

Bigamiæ crimini accedere uidetur *crimen binorum ſponſaliorum*, ſeu contractus poſteriorum ſponſalium tempore,

l) BERGER d. *de interceſſ. coniug. in crimine bigamiæ* c. 2.
m) p. I. obſ. 133. 189.
n) LEYSER c. d. nr. 23.

pore, quo priora adhuc conſiſtunt, dolo malo initus. Illius pœna uariat pro locorum uarietate. Quæcunque uero ſit, ceſſat (1) ubi priora ſponſalia nulliter inita, aut (2) iudicis auctoritate reſciſſa. Sic quoque mitiori pœna adficitur, qui poſtquam priuatim quidem, ex iuſta tamen cauſa, de prioribus tranſegit ſponſalibus, ad poſteriora uolauit[o].

TIT. XVII.

DE

STVPRO VIOLENTO.

§. CCXXIX.

Stuprum uiolentum, ſeu

Stuprum (§. CLXXVII.) diſſentienti illatum, *uiolentum dicitur* (§. CLXXI.).

§. CCXXX.

Vnde has deduco regulas:

I. Stuprum uiolentum non niſi feminæ honeſtæ, eique

II. diſſentienti inferri poteſt.

III. Conſummatur immiſſione ſeminis.

§. CCXXXI.

o) Id. c. d. nr. 24. ſeq.

§. CCXXXI.

Ex prima regula (CCXXX, 1.) facile patet (1) uiduam, uirginem ac eam, quæ uitæ luxurioſæ nuntium miſit *p*), ui comprimi poſſe (§. CLXXX, 2.); (2) uim meretrici illatam huc non pertinere *q*), ſed fornicationem (§. CLXXIII.) uiolentam conſtituere. cum feminæ honeſta

§. CCXXXII.

Stuprum uiolentum illud eſt, quod diſſentienti illatum (§. CCXXX, 2.). Vnde ſequitur, ut ſtupri uiolenti reus non ſit, (a) qui ſtuprum intulit feminæ, cuius conſenſum uariis blanditiis & aſſentationibus, aut ui leuiori, puellis grata, quæſiuit & obtinuit; (b) qui ui adhibita ingreſſus eſt domum, ubi feminam, cuius in expectatione fuit, cognouit conſentientem; (c) qui conſuetudinem habuit cum ea, quæ in principio acriter reluctata, tandem in coitum conſenſit *r*). Qui tamen conſenſus ex intermiſſa ſtupratoris uiolenti internecione uix colligi poteſt *s*). diſſentiente &

§. CCXXXIII.

p) *gl.* ad *I. P. S.* III, 46.

q) *C. C. C.* art. 119. ubi uerba: einer unverleumden ibique LVDOVICI.

r) LEYSER d. *de ſtupro uiol.* nr. 12.

s) *Id. c. d.* nr. 21.

§. CCXXXIII.

reluctante Contra ſtuprator uiolentus erit (d) qui *ui*, cui uel propter uires ſtupratoris, uel propter armorum terrorem ſine uitæ membrorumque amittendorum diſcrimine reſiſti uix potuit *t*), (e) iuſto *metu*, (f) *minis* atrocioribus *u*) aut *religione x*) fecit, ut femina ſerio & conſtanter pudicitiam defendens membra ad coitum apta accommodaret; (g) qui feminam, quæ cupidinis arcus ſæpe rupit, ſumme ebriam aut ſopore alto oppreſſam fecit, ut eam uiolaret, uiolauitque.

§. CCXXXIV.

Porro (h) eum, qui cum puella immatura *y*), uirgine furioſa *z*), eaue, quam ebriam uel dormientem deprehendit, concubuit, habeo uiolentum ſtupratorem, ſed improprie talem *a*). Non enim magis de diſſenſu quam conſenſu memoratarum feminarum conſtare poteſt.

§. CCXXXV.

t) KRESS ad *C. C. C.* art. 119. §. 8.
u) CARPZOV. *pr. crim.* qu. 75. nr. 11.
x) LEYSERVS c. d. nr. 9.
y) KRESS c. l. §. 10.
z) SCHMID d. *de ſtupro in mente captam commiſſo.*
a) LEYSER c. d. nr. 22. 24.

§. CCXXXV.

peractus coitus, Ex eo denique, quod immisſione ſeminis conſummetur ſtuprum uiolentum (§. CCXXX. 3.) patet illico (1) *neque* eum, qui feminam immaturam compreſſurus, illius pudenda uix frangere potuit *b*), *neque* eum, qui fuga uel reſiſtentia feminæ, aut interuentu aliorum impeditus eſt, quo minus rem rei, aut ſemen ſuum uaginæ uteri, adhibita ui, immitteret, ſtupri uiolenti, illiusque conſummati reum eſſe (§. CLXXII, 1.) *c*); (2) in immaturam hoc ſtuprum omnino committi poſſe, quidquid dicant Ill. HEINECCIVS *d*), BOEHMER *e*) aliique.

§. CCXXXVI.

in crimen abit, Stuprum uiolentum quouis tempore in delictis habuerunt Germani, teſtibus cuiusque ætatis legibus. Illud autem tunc demum crimen pœna ordinaria luendum habuerunt & adhuc

b) MYLIVS ad BEYERVM p. 198. th. 16.
c) *I. P. Bad.* VII, 42. CARPZOV. c. q. nr. 29. 56. ſeq. BERLICH *p.* IV. *concl.* 92. n. 42.
d) *Elem. I. G.* II, §. 245.
e) *Elem. Iurispr. Crim.* ſect. II. §. 114.

adhuc habent, ubi dolo malo perpetratum eſt.

§. CCXXXVII.

ubi dolus ei ſubeſt, Vnde me uidere uideor, criminis ſtupri uiolenti reos non eſſe (1) qui furioſi, ſumma ebrietate ſepulti &c. uim intulerunt honeſtæ feminæ; (2) qui ui compreſſerunt feminam, quam meretricem probabiliter habuerunt *f*).

§. CCXXXVIII.

Societate inter ſe coniunguntur ſtuprator uiolentus, & (1) qui feminam adduxit ei, quem ſtuprum uiolentum intendere probe ſciuit; (2) qui uirgini os manu ſua occluſum tenuit, ne clamorem aut querelam ederet de ſtupro, quod patitur.

§. CCXXXIX.

pœna gladii Crimen ſtupri uiolenti pœna pecuniaria ſanciuerunt *Alemannica h*), *Salica i*) aliæque leges ætatis primæ. Temporibus uero, quibus *Speculatores* illi uixerunt, uiolentus ſtuprator uiuus defodiebatur, AEDES, ubi crimen

f) DAMHOVDER *pr. rer. crimin.* c. 95. n. 11.
h) *tit.* LVIII.
i) *tit.* XIV. §. 13.

men commiſſum, diruebantur, nec ulli uſui applicabantur rudera; & ANIMALIA, quibus præſentibus facinus peractum, occidebantur *k*). *Ius Carolinum* gladii pœna hoc crimen perſequitur *l*). Quam eandem plurium prouinciarum LL. determinant. Id quod teſtantur *I. P. Badenſe m*), ius ſtatutarium *Lubecenſe n*), *Mulhuſinum o*) &c. Ius quidem *Tyrolenſe* pœnam fert ſuffocationis in aqua, tamen hæc in pœnam gladii mutatur hodie *p*).

§. CCXL.

Quæ uero pœna mitigatur (1) ſi quid ſtupro deſit (§. CCXXXV. ſeq. LXXXIX.) *q*) *; (2) ſi ui compreſſa ſtupratori nubere uelit *r*); (3) ſi ſtu- **mox mitiganda**

k) *Spec. Suev.* c. 349. ed. BERGER. & 214. ed. SCHANNAT. *Sp. Saxon.* I, 37. II, 13. III, 1. *Weichbild* art. 38. SCHOTTEL c. XIV. §. 18.

l) *art.* 119.

m) *p.* VII. *tit.* 42.

n) *p.* IV. *tit.* 7. *art.* 1.

o) *lib.* V. *art.* 22. §. 3.

p) FROELICH v. Frölichsburg p. II. p. 243.

q) *I. P. Badenſ.* c. l. BERGER *Elect. Iuriſpr. Cr.* p. II. obſ. 159.

r) Id. c. l. obſ. 160. WERNH. p. X. obſ. 459. FINCKELTH. obſ. 114 STRVV *obſ. crim.* c. XII. *obſ.* 20. *I. Lubec.* & *Mulhuſ.* c. l.

prata impudice uixerit, aut (4) ſtuprator adhuc minorennis s), neutiquam uero (5) ſi coniux innocens interceſſerit t); (6) ſi femina a militibus ui ſtuprata u) fuerit &c.

* Ob atrocisſimas tamen circumſtantias & ei, qui dolo malo attentauit tantum ſtuprum uiolentum, ultimum ſupplicium dictari poteſt. LEYSER c. d. nr. 17.

§. CCXLI.

mox exaſperanda luendum.

Contrà cauſæ, ob quas ſeuerior pœna uiolento ſtupratori irrogari debet, ſunt (1) ſanctitas loci, ubi crimen commiſſum x); (2) reuerentia debita perſonæ, cui uis illata y), (3) adulterii concurſus z), (4) prætextus pietatis, ſub quo inuita cognita a) (§. LIV. CLXXXV.), (5) damni ſtupratæ illati grauitas &c.

§. CCXLII.

s) BERLICH. *p.* III. *concl.* 41. n. 53. RICHTER p. II. dec. 88.

t) MYL. ad BEYER p. 198. §. 18. THEODORICI *colleg. Cr.* p. 876.

u) BEHAIMB. *milit. delinq.* obſ. 27. p. 110.

x) *I. P. Bad.* p. VII. tit. 45. §. 2.

y) Ibid. §. 1.

z) BERLICH. p. IV. concl. 41.

a) LEYSER c. d. nr. 19.

§. CCXLII.

Femina uim paſſa ab omni pœna & macula immunis eſt *b*), atque eodem iudicio, quo aliæ ſtupratæ (§. CLXXXVII. ſeq.) uti poteſt. Num uero *ſertum* gerere liceat ei, diſputabitur, quamdiu decori uariabit ratio.

TIT. XVIII.
DE RAPTV.

§. CCXLIII.

Raptus eſt uiolenta honeſtæ perſonæ alterius ſexus deductio de loco in locum, animo libidinem explendi facta. **Raptus, ſeu**

§. CCXLIV.

Vnde hoc deduco axioma:

Raptum conſtituunt (1) deductio honeſtæ perſonæ alterius ſexus, (2) uis adhibita, & (3) deducentis animus libidinem explendi.

§. CCXLV.

Quum raptus ſit deductio perſonæ honeſtæ alterius ſexus (§. pr. 1.) conſequitur (1) ut tam femina maſcu- **honeſtæ perſonæ alterius ſexus de loco in locum deductio**

 lum

b) BEYER ad *C. C.* art. 119. *poſ.* 8.

lum *c*), quam maſculus feminam rapere poſſit; (2) ut nulla ratio conditionis, diuitiarum, natiuitatis, gradus uel dignitatis perſonæ deductæ ſit habenda; (3) ut uirgo, nupta & uidua rapi poſſit; (4) ut raptor raptum conſummauerit, ſtatim atque cum præda abiit; * (5) ut, abductione impedita, raptus non niſi attentatus dicatur (§. XXXII.); (6) ut meretrix proprie rapi nequeat; (7) ut, qui feminam commodioris congreſſus gratia in propinquum quendam locum traxit, raptum non commiſerit.

* Iure Iuſtinianeo coitum requiri ex *un.* C. *de rapt.*, ubi uerba: *quum uirginitas uel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit*, colligunt Dd.

§. CCXLVI.

adhibita ui & Sine ui non datur raptus (§. CCXLIV, 2.). Hinc raptus (1) deeſt, ubi femina ſui iuris ſola *f*), aut femina alieni iuris adſtante eo, in cuius poteſtate eſt, in abductionem conſenſit; (2) commiſſus non præſumitur, ubi femina de loco in locum deducta, (a) quæ ſui iuris eſt, ſe cuilibet ſub-

c) BROVWER *de iure connub.* II, 23, 2.
d) C. C. art. 118. ubi u. Unverſäumbe.
e) THEODORICI c. VI. aph. 8. n. 11. p. 882.
f) N. O. L. O. §. 6. h.

ſubſternere ſolet *g*), aut deducenti ſe ſtuprandam iamdum ſciens uolensque exhibuit; & (b) quæ alieni iuris eſt, conſenſit in deductionem, atque parentes hanc, quam cognouerant, non impediuerunt; (3) commiſſus eſt (a) ubi femina diſſentiens conſentientibus, aut conſentiens diſſentientibus *h*), parentibus * de loco in locum libidinis explendæ gratia deducta eſt; (b) ubi raptor raptæ conſenſum extorſit ui, inſidiis, doloſis blanditiis aliisque artibus *i*).

* *Ord. Crim. Auſtr.* art. 78. ſtatuit, feminam, quæ ſub tutela eſt, licet conſentiat, rapi poſſe.

§. CCXLVII.

Quia raptus non intelligitur ſine animo libidinem explendi (§. CCXLIV, 3.): colligo, raptorem uix poſſe dici, qui lucri pecuniarii, religionis, tutelæ, militiæue cauſa honeſtam perſonam de loco in locum deduxit *k*). Vt raptor cum rapta congreſſus fuerit, nullibi requiritur. Hinc **animo libidinem explendi facta,**

K 4 (1) ali-

g) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 95.

h) BOSS *tr. crim.* h. nr. 16. BLVMBLACHER ad *C. C.* art. 118. nr. 2.

i) Flach *de priuat. & publ. delictis* d. IX. §. 57. Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 17, 143.

k) KRESS ad *C. C. C.* art. 118. §. 5.

(1) aliqui diſtinguunt inter raptum uirginis & rapinam uirginitatis *l*); (2) & ille raptor erit, qui annixus uitiare puellam, ſed ad ultimum ſceleris gradum peruenire uix potuit, uel quod impeditus fuerit, uel quod facili pœnitentia aliaue ratione ductus ſponte abſtinuerit *m*).

§. CCXLVIII.

quandoque crimen eſt

Raptus, ubi dolo malo factus, in criminibus eſt. Hinc (1) raptus ab eo factus, quem uel intellectus uel libera uoluntas deſtituit, crimen audire nequit (§. XXXII, 4.); (2) raptus criminis reus non erit, (a) qui feminam ſui iuris rapuit conſentientem, quamue (b) ſui iuris eſſe & in raptum conſentire putauit (§. XXXVI.) (c) qui rapuit meretricem (§. CXLV,6.), eamue, quam pedem ex uita meretricia retuliſſe plane ignorauit.

§. CCXLIX.

pœna gladii luendum, quæ

Crimen raptus gladius uindicat *n*), ſiue maſculus rapuerit ſiue femina *o*) *.

* Pecu-

l) BROVWER c. l. nr. 7.
m) MATTHAEI *de crimin.* XLVIII, 4. 6. p. m. 451. STRVV *diſp. crim.* IX. th. 22.
n) *C. C. C.* art. 118.
o) MATTHAEI c. l. p. 445. ſeq. KRESS ad c. art. §. f. COLER p. II. dec. 76.

* Pecuniaria pœna olim a raptoribus ſumenda erat ex diſpoſitione *L. Alamann.* tit. LVII. *Friſionum* X, 8. *Saxonum* VI, 2. 3. X. *Baiuuar.* VII, 6, 7. *Burgund.* XII. *Ripuar.* XXXV. *Anglion.* X, 1. Puerum tamen regis & litum, ingenuæ præſertim filiæ domini raptorem, uita priuari iuſſerunt *L. Salica* tit. XIV, 6. *Edictum R. Theod.* tit. XVII. & CAROLVS *Capitul. de part. Sax.* c. 11. *L. Wiſigoth.* III, 3, 1. uolunt raptorem (a), ei, cui uiolentus fuit, tradi, (b) CC. inſuper flagellis uapulare, (c) in perpetuam ſeruitutem addici uel ipſi uirgini raptæ, uel illius parentibus. Media ætate diruebantur ædes, ubi, & occidebantur animalia, quibus præſentibus, raptus commiſſus erat. *I. P. S.* III, 1.

§. CCL.

Quæ tamen pœna exaſperatur, & cadauer in terrorem aliorum rotæ imponitur (1) ubi cum doloſo raptu concurrit homicidium (§. LV.); (2) ubi ſanctimonialis (§. LIV, 1. 3.), aut (3) laicalis ex eccleſia (§. eod. n. 4.) dolo malo rapta eſt; (4) ubi plures una raptæ ſunt (§. eod. n. 5.). quandoque exaſperanda

§. CCLI.

Contra ordinaria pœna (§. CCXLIX.) remittitur, & extraordinariæ locus datur (1) ubi raptus tantum attentatus eſt (*§.* CCXLV, 5. LXXXIX.) *p*), (2) ubi quandoque mitiganda.

K 5

p) Diſſ. RICHTER *p.* VI. *conſ.* 15. nr. 7.

(2) ubi alterutrum requiſitum deeſt, ut ſi (a) meretrix *q*), raptoris ſponſa *r*) uel amica rapta fuerit (§.CCXLV.); (b) raptor delicti commiſſi tempore in minorenni ætate fuerit conſtitutus (§. CCXLVIII, 1.); (c) ſine ui & doloſa perſuaſione, aut (d) ex alia atque libidinis explendæ cauſa (§. CCXLVII.) raptus commiſſus; (3) ubi rapta nuptias raptoris petit *; eumue (4) ad raptum inſtigauit (§. CCXLVI.); neutiquam uero (5) ob matrimonium, quod raptor prætexuit, aut (6) ætatem raptæ nondum nubilem *s*), aut (7) interceſſionem a raptoris coniuge factam.

* Olim nuptias inter raptorem & raptam prohibebant *L. Wiſig.* III, 3, 1. *Capitul.* IV, 22. etiam tunc, ubi parentes raptæ feminæ in coniugium conſenſerant *Capit.* VI, 95. VII, 311.; permittebant contra Saxones & Alemanni. *L. Sax.* VI. 3. IX. ibique GAERTNER *Alamann.* LII. Hodie ius pontificium ſequimur, non tamen in ſolius raptoris fauorem. Hinc raptor, ubi illius matrimonium reſpuit rapta, ultimum ſupplicium uix effugere poteſt.

§. CCLII.

q) THEODORICI c. l. p. 884.
r) CLASEN ad art. 118. p. m. 363. HEIL. *iud. & defenſ.* c. VI. §. 26.
s) Diſſ. COLER *deciſ. germ.* 176. nr. 46. 75.

§. CCLII.

Qui neceſſario conſilio uel auxilio ad ipſum raptum concurrerunt; aut raptori armati adſliterunt, dolo malo, plectuntur capite, maſculi ſint an feminæ. Reliqui raptoris ſocii pro ratione admiſſi coercentur *t*). Sic qui raptorem patrem ſuum receptauit, nunquam ordinaria, plerumque extraordinaria & quandoque nulla pœna adficitur. Raptorum ſocii.

§. CCLIII.

Femina, quæ cum raptore de raptu conſenſit, carceris uel alia extraordinaria; quæ uero diſſenſit, nulla pœna coercetur *u*).

§. CCLIV.

I. P. BADENSI capitalis pœna remittitur (a) *raptori*, qui conſentientem rapuit aut diſſentientem quidem, ſed eam non corrupit, quum tamen facile potuerit, & (b) *raptorum ſociis*, qui cum rapta ſimul non concubuerunt Iura prouincialia.

t) KRESS ad c. art. §. 8. Frölich v. Fröhlichsburg p. II. p. 249. nr. 2.

u) *Conſt. Wurt.* 1586. §. 25. *I. P. Badenſe* VII, 41. pr. LAVTERBACH *I. comm. & Wurtenb. diſſer.* p. 209.

runt *x*). I. LVBECENSI *raptor*, cuius nuptias petit rapta XVI a. maior, extra ordinem punitur, & *rapta*, quæ cum raptore de raptu conſenſit, priuatur hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur *y*). I. MVLHVSINO *raptores* non niſi relegationis perpetuæ pœna manet *z*).

§. CCLV.

Opiniones Dd.

Dd. cauſis, pœnam ordinariam mitigantibus, annumerant quoque (8) coitum non ſecutum, quum tamen facile ſequi potuerit *a*), (9) declarationem animi raptam in matrimonium ducendi *b*), (10) matrimonium, cuius conſummandi cauſa femina rapta eſt, (11) interceſſionem raptæ, nuptias tamen non petentis.

§. CCLVI.

Vindicta priuata.

Raptorem in flagranti crimine deprehenſum occidere licet raptæ patri maritoque. Præterea raptoris, liberos non habentis, bona ſibi addici, rapta de I. Ro. *c*) petere poteſt, non autem hodierno.

TIT.

x) Bad. L. R. VII, 41, 2. ſeq.
y) *I. Lub.* IV, 7, 2. ibique MEVIVS nr. 4.
z) *Statuta* der St. Mühlhauſen V, 22, 2.
a) BEYER ad art. 118. poſ. 7. p. 139.
b) BROVWER *de iure connub.* p. 624.
c) Nou. 143. 150.

TIT. XIX.
DE SODOMIA.

§. CCLVII.

Sodomia eſt coitus contra naturam illiusque ordinem admiſſus. Sodomiam, quæ

§. CCLVIII.

Iam quum natura genus pariter atque ſexum, quocum coeundum eſt, demonſtret, in utroque autem naturæ leges posſint ſperni: Sodomiam diuidunt Dd. in eam, quæ *contra naturam generis* & eam, quæ *contra naturam ſexus* committitur. *Illa* eſt, ubi homo cum bruto rem nefandam habet. uel contra naturam generis

§. CCLIX.

Sodomia contra naturam ſexus committitur, ubi maſculus cum maſculo, aut femina cum femina concumbit. Qui coitus quum uel utriusque concumbentis conſenſu uel alterius reſiſtentia fiat: Dd. ſodomiam ſexus iterum in *uiolentam* & *uoluntariam* diuidunt. uel contra naturam ſexus

§. CCLX.

Contra naturæ ordinem coit, qui cum femina præpoſteram uenerem exercet, uel contra naturæ ordinem committitur

cet, remque non fert in uas ordinarium *d*).

§. CCLXI.

etiam ſine ſeminis immisſione,

Regula: quod ſeminis demum immisſione conſummentur carnis crimina (§. CLXXII, 1.), hic deliquium ſuum patitur. Itaque errabunt, qui præter immisſionem, commixtionem ſeminis requirunt, quam quibusdam in caſibus (§. CCLIX. ſeq.) plane fingere non licet.

§. CCLXII.

manet pœna ignis

Sodomiam ab initio ignoraſſe *e*), poſt, ubi eam cognouerunt, in delictis habuiſſe *f*) maiores noſtros, & dolo malo peractam *uiuicomburio* uindicari iusſiſſe Carolum *g*), tam certum eſt quam quod certisſimum.

§. CCLXIII.

ex quibusdam cauſis mitiganda.

Quæ pœna uiuicomburii mitigatur, (1) ob minorennem ætatem ſodomitæ *h*); (2) ob defectum conſummati crimi-

d) THEODORICI c. l. c. VI. aph. 5. nr. 26.
e) QVINCTIL. *declam.* VI, 16. IVSTINVS *hiſtor.* II, 2.
f) *L. Wiſig.* III, 5, 5. *Capitul.* VI, 209. VII, 356.
g) *C. C. C.* art. 116.
h) v. L. *relationes & caſus criminales* nr. 7. BERGER *El. Iurispr. Cr.* p. II. obſ. 157.

criminis, ut ſi delinquens rem in re non habuerit, aut nullum ſemen emiſerit *i*); neutiquam uero (3) ob interceſſionem coniugis innocentis *k*).

§. CCLXIV.

Beſtia, quacum ſodomia commiſſa eſt, ad deſtruendam facti memoriam e medio tollitur. Quodſi uero (1) ſodomia tantum attentata fuerit *l*), aut (2) a tempore ſceleſti concubitus aliquot anni iam præterlapſi, ſicque nefandæ ueneris memoria non adeo recens *m*); immo (3) quoties ſodomita ultimo non adficitur ſupplicio *n*) &c. beſtia non comburitur, ſed de loco in locum ducitur. Quid cum beſtia agendum?

§. CCLXV.

Quod ad uſum forenſem attinet, hodie, (1) qui *contra naturam generis* peccarunt, uiui comburuntur, *ſexu* uero abuſi, gladio percutiuntur *o*), (2) quos ſodomiæ ſtatim ſerioque pœni- Vſus forenſis.

i) KRESS ad c. art. §. 4. not. 3.
k) GRIBNERI d. *de interceſſ coni.* c. I. §. 32.
l) MYLIVS ad BEYER art. 116. poſ. 8.
m) HOFFMANN *obſeruat. quæ ad uſum fori ſpectant.* diſp. 3. obſ. 22.
n) HOMBORG Reſp. 194.
o) KRESS c. l. §. 1. not. 1.

pœnituit, laqueo ſuffocati comburuntur *p*); (3) alibi, ut ſodomia conſummata dici poſſit, ſeminis immiſſio requiritur *q*), quæ negligitur alibi *r*); (4) alibi nonniſi habiles teſtes, alibi & inhabiles *s*) contra ſodomitam admittuntur.

§. CCLXVI.

Quæ ad ſodomiam accedere dicantur?

Sunt, qui (1) *coitum chriſtiani cum Iudæa t*) uel (2) *muliere mortua*, nec non (3) *maſtuprationem, fricationemque &c.* ad ſodomiam referunt, ſed inuita Nemeſi. Hinc quoque hodie in neutro caſu pœna ignis obtinet, ſed *maſtuprationem fricationemque* relegationis quandoque manus amputationis, *coitum chriſtiani cum Iudæa* fuſtigationis *u*), & denique *coitum cum muliere mortua*, gladii tantum *x*) pœna manet.

§. CCLXVII.

Iudicium ciuile.

Coniux innocens, ſi uel maxime attentata tantum fuerit ſodomia, ad diuortium;

p) v. L. *relat. & caſ. cr.* nr. 85.
q) CARPZOV *pr. crim.* qu. 76. nr. 58.
r) *Reſcr. Boruſſ.* 1726.
s) Bad. L. R. VII, 40.
t) MYL. ad BEYER. p. 191. *poſ.* 13.
u) BEYER ad art. 119. poſ. 10. 11.
x) FELTMANN *de cadau. inſp.* c. 33.
y) STRAVCH d. *de crimine Sodom.* th. V. §. 4.

uortium; & *dominus beſtiæ*, ſi hæc occidenda uel comburenda, ad intereſſe z) contra ſodomitam agere poteſt.

TIT. XX.
DE INCESTV.

§. CCLXVIII.

Inceſtus eſt carnalis eorum coitus, quos matrimonio iungi lex uetat. Inceſtus, ſeu

§. CCLXIX.

Lex autem uetat matrimonio iungi, qui ſibi inuicem ſunt (1) adſcendentes & deſcendentes, collaterales, adfines primi generis, ſiue legitimæ nuptiæ ſiue illegitimus coitus eos fecerit *a)*; (2) ſpirituali modo coniuncti: quare hi omnes, & ſi quos alios a matrimonio arcet lex prouincialis, ſe inuicem inceſtare poſſunt. eorum, quos matrimonio iungi lex uetat,

§. CCLXX.

Reuera autem tunc demum committunt inceſtum, ubi carnaliter coeunt, coitus carnalis,

z) BECHMANN *de coitu damnato* p. II. c. 1. nr. 50.

a) CARPZOV *pr. cr.* qu. 72. nr. 34. ſeq.

unt, coeant ſub matrimonii an alia ſpecie, perinde eſt *b*). Vnde ergo facile patet (1) inceſtum tunc demum conſummatum eſſe, ubi ſemen immiſſum (§. CLXXII, 1.), ideoque (2) errare eos, qui ſola contrectatione pudendorum inceſtum committi ſtatuunt *c*); (3) inceſtum non mutari, concurrat ſtuprum an adulterium.

§. CCLXXI.

ubi in crimen uel qu. abit,

Quandoquidem inceſtus tunc *crimen* eſt, ubi dolo malo (§. XXXI.) & *qu. crimen*, ubi culpa (§. XLIX.) commiſſus: conſequitur, ut criminis inceſtus rei non ſint (a) qui furoris (§. XXXIII.) aut ſummæ ebrietatis (§. XXXIV.) tempore cum cognata concubuerunt; (b) qui tempore coitus ignorarunt cognationem (§. XXXVI.) *d*); (c) qui cum cognata aut affine concubuerunt poſt diſpenſationem a principe impetratam; (2) ut nonniſi quaſi criminis inceſtus accuſari queant (a) filia, quæ, dum credidit ſe patri in omnibus rebus adſentiri debe-

b) KRESS ad art. 117. §. 5. not. 1.
c) LEYSER d. *de inceſtu* coroll. 2.
d) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 94. nr. 8 KRESS c. l. §. 3. not. 1.

debere, cum eo, coitum ſolicitante, concubuit (§. XXXVII. *); (b) frater & ſoror, qui, a tenera ætate ob parentum inopiam in uno lecto decumbentes, tandem carnaliter coiuerunt (§. XXXVII, 4.) *e*).

§. CCLXXII.

Quia certam pœnam non determinat Carolus *f*), inualuit moribus & quarundam prouinciarum legibus ſtatutum eſt, (1) ut inceſtus cum *conſanguinea* in linea *recta* admiſſus, gladio *g*), in *collaterali* uero mox fuſtigatione mox perpetua relegatione *h*) puniatur; (2) ut inceſtus cum *adſini* in linea *recta*, fuſtigatione, in *collaterali* uero relegatione, eaque pro ratione περιςασεων mox temporaria mox perpetua *i*) uindicetur. uindicatur uaria pœna,

* Nec eandem ſemper pœnam in inceſtus crimen ſtatuiſſe maiores noſtros, uel patet ex eorum legibus, quas ſiſtit Ill. HEINEC-

 CIVS

e) MYLIVS ad BEYERVM h. a. poſ. 5.

f) art. 117.

g) *Conſt. El. Sax.* 22. p. IV. N. O. L. G. O. tit. 74. §. 6. v. L. *relat. & caſ. cr.* n. XI.

h) N. O. L. G. O. art. 75. §. 7. BERGER *El. Iur. Cr.* p. 142.

i) KAVFFMANNI *Dominus & ſubd.* p. V. tit. 3., nr. 44. ſeq. BERGER c. l. BEYER ad art. 117. §. 2.

CIVS *Elem. Iur. Germ.* To. II. lib. II. §. 159. 166. 171. 175. 177. 182. 190.

§. CCLXXIII.

A quo tamen quodammodo recedit *Ius Badenſe* *k*), quod cum gladio iungit combuſtionem, & cum fuſtigatione confiſcationem bonorum.

§. CCLXXIV.

quæ diuerſis ex cauſis mitigari ſolet.

Mitigatur pœna (1) ob *ætatem*, nec non (2) *ſtuporem*, furorem &c. (§. CCLXXI. a) delinquentis; (3) ob *ignorationem conſanguinitatis*, in qua rei tempore coitus uerſati ſunt (§. eod. b.), & (4) propterea quod culpa tantum inceſtus commiſſus (§. eod. 2.), aut (5) non conſummatus (§. CCLXX.) fuerit *l*); neutiquam uero (6) ob *meretriciam uitam* conſanguineæ *m*). Illud etiam hic notes uelim, quod pœnam fuſtigationis *n*), licet non gladii *o*), mitigent *nobilitas* delinquentis (§. LXXXVIII. b.) & *remiſſio* coniugis innocentis.

TIT.

k) VII, 39.

l) KRESS c. l. §. 3. not. 1. CARPZOV *pr. crim.* qu. 72. nr. 47.

m) CARPZOV. c. l. n. 44. ſeq. BERLICH *p.* IV. *concl.* 32. nr. 40.

n) STRVV c. VIII. *obſ. crim.* 6. p. 76.

o) DOEPLER Schaupl. der Leibes- und Lebens-Str. p. II. c. 5. n. 271.

TIT. XXI.
DE LENOCINIO.

§. CCLXXV.

Lenocinium eſt actus, quo quis feminam alicui quæſtus cauſa proſtituit. Lenocinium, ſeu

§. CCLXXVI.

Vnde hæc fluunt axiomata:

I. Sine proſtitutione feminæ non datur lenocinium.

II. Lenocinium animat intentio lucri.

§. CCLXXVII.

Ad primum (§. pr. 1.) notes (1) feminam tam ſui quam alieni iuris, uirginem, uiduam & coniugatam proſtitui poſſe; (2) feminam a te proſtitutam dici, (a) quam ad coeundum cum alio uel precibus ſolicitaſti, uel ui adegiſti, uel alio modo induxiſti *p*), minime uero (b) eam, quæ a tertio paſſa eſt ſtuprum adulteriumue, quod te inſcio perpetratum tegis condonasue (§. XXVIII.) *q*). proſtitutio feminæ

L 3 §. CCXXVIII.

p) FARINACIVS *pr. crim.* qu. 144. nr. 42. ſeq.

q) CARPZOV. *pr. crim.* qu. 71. nr. 32.

§. CCLXXVIII.

quæſtus ergo facta

Quia lenocinium animat intentio lucri (§. CCLXXVI, 2.), lucrum autem quoduis commodum ſignificat: nemo dubitabit, quin lenonis nomine uocari debeat, qui alicui proſtituit feminam, ut (a) pretium acciperet aut (b) obligatione liberaretur, aut (c) uoluptatem r) honoremue s) conſequeretur. Sola lucri intentio ſufficit, nec, ut lucrum reuera ſecutum fuerit, requiritur t).

§. CCLXXIX.

Lenocinium grauius redditur, ubi (1) a feminæ proſtitutæ patre maritoue (§. LIV, 1.), aut (2) ab aliis in loco ſacro (§. eod. n. 4.) commiſſum eſt. Inde Dd. lenocinium diuidunt in *ſimplex* & *qualificatum.*

§. CCLXXX.

mox in crimen, mox in qu. crimen abit,

Lenocinium non conſtituit *crimen* niſi dolo malo (§. XXXI.) nec *qu. crimen*, niſi culpa (§. XLIX.) commiſſum.

r) KRESS ad art. 122. §. 2. not. 3

s) LEYSER d. *de Lenocin.* nr. 9.

t) FROELICH v. Frölichsburg comment. über die P. H. G. O. III, 5, 3. p. m. 257. Diſſ. CARPZOV c. qu. nr. 52.

miſſum. Hinc (1) *criminis* lenocinii plane expertes ſunt (a) qui ex ignorantia, aut (b) quod necesſitati iis parendum erat (§. LII.), feminam proſtituerunt; (c) magiſtratus, qui libidini radicitus extirpandæ impar tolerat lupanaria, &, inde aliquid reditibus publicis accedere, iubet *u*); (2) *qu. criminis* lenocinii accuſari poſſunt, (a) qui nimia credulitate, aut (b) furioſa amicitia ducti, uel (c) alia cauſa dolum minuente *x*) moti ſtupro anſam dederunt, aut tulerunt adulteria. Huc pertinet (d) uxor, quæ marito ſuo, ob metum mortis a medicis in caſum puerperii annunciatæ, non cohabitans, aliam feminam, quacum congrediatur *y*), obtulit.

§. CCLXXXI.

De iure communi *, ad quod ius carolinum prouocat *z*), in maritos & parentes, qui dolo malo fecerunt lenocinium, gladii pœna ſtatuta dicitur. Pœnam, qua reliqui lenones adficiendi, arbitrio iudicis relinquit Carolus. diuerſa pœna, tam l. communi,

u) LEYSER c. d. nr. 20.
x) KRESS. c. l. not. 1.
y) MYLIVS ad BEYERVM p. 210. nr. 5.
z) *art.* 122.

rolus *a*). Debet autem iudex, eam determinaturus, attendere (a) honeſtatem perſonarum proſtitutarum, & (b) damnum, quod hæ perpeſſæ ſunt, (c) lenonis malitiam, atque (d) an lenoni in perſonam proſtitutam poteſtas competierit nec ne?

* Communem Dd. opinionem impugnat LEYSER d. *de Lenocin.* n. 4. ſeq. putans, l. Ro. pœnam gladii non niſi eos manſiſſe, qui mulieres inuitas proſtituerant.

** Quod maiores noſtri ignorauerint lenocinium, hocque poſtea demum a Romanis didicerint, uel ex eo conſtat, quod ſolæ LL. Wiſigoth., quantum equidem ſcio, illius mentionem faciant, lenocinium qualificatum aliquot ictibus flagellorum proſequentes III, 4, 17. Idem illud Capitularia & duo illa ſpecula prætereunt; ſubſequentibus uero temporibus uiui defosſione uindicant *L. Brunſu.* p. II. nr. 56. ap LEIBNIT. To. III. *Script. Brunſu.* p. 434.

§. CCLXXXII.

quam prouinciali luendum.

Quocum conueniunt *I. Sax.* tam *Elect. b*) quam *Ducalia c*), itidem *I. Palat. d*). *I.* uero *Auſtriaco e*) lenones fuſtigati in perpetuum relegantur, & *I. Tyrol.*

a) *art.* 123.
b) *p.* IV. *conſt.* 29. BERLICH *p.* IV. *concl.* 40.
c) GERHARDI d. *de crimine lenocin.* c. 3. §. 10
d) Chur-Pfälz. Malef. O. tit. 42.
e) N. O. L. O. art. VIII. §. 6.

Tyrol. f) pariter atque *Badenſi g*) nulla pœna determinata eſt, &c.

§. CCLXXXIII.

A qua pœna non quidem liberat (1) tyrocinium *h*), aut (2) paupertas & inopia lenonis *i*), attamen (3) uel plane deficiens, uel attentata tantum (§. CCLXXVII.) proſtitutio, (4) coitus non ſecutus (§. eod.) *k*), (5) lucrum non intentatum (§. CCLXXVIII.) *l*), (6) deficiens dolus (§. CCLXXX.), (7) coitus remiſſus quidem, non autem permiſſus, interueniente lucro (§. CCLXXVII. ſeq.) *m*). Cauſæ mitigantes.

§. CCLXXXIV.

Contra lenones tam corruptus quam alii, quibus nocumento eſt corruptio, agere poſſunt ad ſoluendum id, quod intereſt *n*). Iudicium ciuile.

L 5 TIT.

f) Frölich c. l. p. 255.
g) L. R. p. VII. tit. 35.
h) Diſſ. FARINACIVS qu. 144. nr. 35.
i) CARPZOV c. q. nr. 70.
k) ENGELBRECHT *de malef. capt.* c. 7. §. 54.
l) DOEPLER Schaupl. p. II. c. 5. nr. 259.
m) KRESS c. l. §. 3. not. 1.
n) KRESS ad art. 123. §. 2.

TIT. XXII.
DE INIVRIIS.

§. CCLXXXV.

Iniuria, quæ

Quicquid in alterius contumeliam tendit, *iniuria* eſt.

§. CCLXXXVI.

uarie,

Iam quum in alterius contumeliam tendere queant cum uerba tum facta noſtra: Dd. iniuriam diuidunt (1) in *realem* & *uerbalem*, hancque iterum (2) in *ore nuncupatam* & *ſcriptam o*), quam poſteriorem (3) uel *claram* uel *figuratam* habent. Has diuiſiones omnes, quum parum utilitatis ferant, magni non facimus.

§. CCLXXXVII.

ſpeciatim in

Quandoquidem porro quis uel *directe* uel *oblique* i. e. uel ducto argumento, uel per interpoſitam perſonam, adficitur contumelia, iniuriam Dd. in *immediatam* & *mediatam* diuidunt.

§. CCLXXXVIII.

immediatam &

Directe autem deſpicitur is (a) cui ineſſe negantur, quæ præſumunt leges,

o) LINCK. d. *de Scommatibus* §. X.

ges, aut ineſſe dicuntur, quæ cum probitate, honeſtate bonisque moribus pugnant; (b) cuius bona cum aliis communicas, & (c) quem publico exponis riſui.

§. CCLXXXIX.

Vnde iniuriam *immediatam* committit (1) qui alterius ſtatum, dignitatem *p*), fidem *q*), caſtitatem aliasque uirtutes (§. pr.), ſiue uerbis ſiue factis (§. CCLXXXVI.), uel in totum uel in tantum, negat aut ſaltem in dubium uocat: ut ſi quis uirginem meretricem uocaret, illius ſecreta tangeret, manus chirothecasue matricaria liniret, ſertum a capite aut flores e ſinu auelleret *r*) &c. (2) qui traduci ſolitum ſcoptice quærit de traductionis cauſarum ueritate; (3) qui ludicris uerbis factisue alterum excipit aut dimittit; (4) qui habitum, geſtus, greſſus &c. ad alterius componit inuidiam *ſ*); (5) qui uitia naturæ exprobrat; (6) qui domui alterius ſuum affingit titulum; (7) qui manum alapas

p) LEYSERI d. *de iniur. obl.* nr. XII.

q) LINCK. c. d. §. XI.

r) WILDVOGELII d. *de iure florum.*

ſ) THOMAE d. *de iniuriis* §. 35.

pas infligendi cauſa leuat *t*); (8) acquiſitos honores titulosque alteri non tribuit *u*).

§. CCXC.

mediatam diuiditur,

Obliquam iniuriam (§.CCLXXXVII.) patimur ab eo, (1) qui ea, quæ a nobis proueniunt, u. c. ſcripta &c. contumeliis uexat; (2) qui contemnit, quos in *poteſtate* noſtra habemus, u. c. liberos nondum ſeparatos, famulos &c. eosue quibus *affectum* debemus, quales ſunt uxor, ſponſa &c. aut *defenſionem*, quo refero ciues, uaſallos &c. *x*) (3) qui picturam nos referentem ducit deſpicatui. Contra ciues, liberi, uxores &c. iniuriam magiſtratui, parentibus, marito &c. illatam, non patiuntur, niſi prægnantem, aut poſt mortem patris, mariti &c. illatam.

§. CCXCI.

ubi dolo facta, crimen conſtituit

Enimuero quum ſine dolo nullum crimen detur (§. XXXI. ſeq.); ideoque nec iniuria crimen uocari queat, niſi dolo malo fuerit illata: ſequitur, ut

t) FICHTNERI d. *de admenatione*.
u) LEYSER *ſpec.* DXLIX. m. 3. ſeq. 8. ſeq.
x) Id. ſp. DXLVI.

ut crimen iniuriarum dari nequeat iis, (1) qui teneræ ætatis, furoris, ſummæ ebrietatis, alioue tempore, quo doli non erant capaces, fuerunt iniurii (§. XXXII, 4.); (2) qui non ad inuidiam protulerunt ſcommata, ſed iocandi *y*), tempus fallendi, alterum emendandi uel corrigendi, ſecundum regulas artis diuinandi, aut ſe defendendi *z*) animo; (3) qui probabili cauſa ducti putarunt, ſibi hæc licere; (4) qui iniurioſam uim uerborum reapſe ignorarunt *a*); (5) qui ex officio dixerunt feceruntue quæ in contumeliam tendunt tertii. Hinc (a) aduocatus, ſiquidem litium utilitas hoc poſcit, conuitium tam uerum quam falſum, dummodo hoc, ex probabili cauſa uerum qui habet, retulerit cliens, facere *b*), & (b) iudex, ſi rumor oboriatur, Titium a Sempronio occiſum eſſe, contra hunc inquirere poteſt, ſine iniuriarum crimine.

§. CCXCII.

Tamen quaſi, ſi non ueri, criminis iniuriarum reos dicere debes (1) qui *iocati*

y) HOPPII d. *de ioco* c. V. §. 5. ſeq. 21. ſeq.
z) CARPZOV *p.* IV. *conſt.* 42. d. 7.
a) LINCK. c. d. §. XII.
b) LEYSER ſp. DXLVII. m. 2. 7. ſeq.

iocati ſunt inter lugentes uel alio iniquo tempore, aut modo, qui æquo animo perferri nequit *, aut uerbis per ſe iniurioſis *c*); (2) qui officii metas exceſſerunt, animumque iniuriandi prodiderunt u. c. oratores ſacri, qui peccatores nominarunt, exprobrarunt, hilarem animum in iis redarguendis oſtenderunt &c. *d*); (3) qui inconſideratisſimæ temeritatis pleni, (4) ex aſſuetudine, quam ipſi ignorant, (5) ſub conditione **, (6) auctores ſuos laudantes *e*), (7) ad ueritatem *f*) prouocantes, (8) honorem præſantes *g*), (9) aut de iniuria alicui non inferenda proteſtantes *h*), iniurioſa fuderunt uerba; (10) qui ira ſumma, quam iniuſta cauſa generauit, accenſi roſerunt alios Theonino dente.

* Huc pertinent die Ständchen mit Pfennigs-Pfeiffen und Maultrummeln, das Hecker-

c) HOPP c. d. §. 22. ſeq.

d) LEYSER *ſpec.* DXLVIII. SELTENREICHS d. *an V. D. M. ſpecialia pro concione adducens iniuriarum actione conueniri poſſit?*

e) STRVV d. *de iniur. uerb.* th. 7.

f) RICHTERI d. *de iniur.* §. 17. LEYSER *ſpec.* DLI.

g) Id. c. d. §. 11.

h) THOMASII d. *de proteſtat. facto contrar.* STRYK *V. m. ff.* h. §. 15.

Heckerlings ſtreuen, die Stroh-Hochzeit, das Korb bringen, den Brum ſchlagen, LINCK. c. d. §. XIII. ſeq.

** Illud hic notes uelim, quod ſi conditio præſens aut præteritum tempus reſpiciat, ſtatim, ſin futurum, exiſtentis demum conditionis tempore, naſcatur iniuria.

§. CCXCIII.

Iniuria ex adfectu facientis æſtimatur.

Quandoquidem iniuria ex ſolo adfectu facientis æſtimatur *i*), (1) etiam infantes, mortui, abſentes, furioſi &c. eam pati poſſunt, non uero (2) qui lubentes conſenſerunt *k*) in dictum factumue, quod (a) iniurioſum intellexerunt, quodque (b) in alterius ſimul non tendit opprobrium.

§. CCXCIV.

Iniuriantium ſocii.

Iniurias (1) quas fundi mandarunt (§. XXIV.), (2) fuſas non puniuerunt iudices, aut (3) ſcriptas impreſſerunt typothetæ *l*), impreſſasque uendiderunt bibliopolæ, omnino participant, &, ubi dolo malo mandarunt, non puniuerunt &c. criminis iniuriarum rei ſunt.

§. CCXCV.

i) 3. ff. h.

k) 1. §. 5. h.

l) *Ord. Polit.* de Anno 1577. von Buchdruckern.

§. CCXCV.

Quæ cauſæ iniuriam reddant atrociorem?

Iniuria redditur atrox (1) ubi perſonis illata, quibus debetur reuerentia (§. LIV, 3.) *m*), u. c. parentibus, magiſtratui, doctoribus eccleſiæ; (2) ubi ea in loco publico, ſacro uel profano, aut (3) multis adſtantibus fuſa eſt (§. eod. nr. 4.) *n*).

§. CCXCVI.

Quomodo iniurias uindicari iubeant leges antiquæ, &

Primi germani, qui ſibi ipſis ius dicebant manu, parum aut nihil de iniuriis uindicandis ſanxerunt ad illa usque tempora, quibus a uindictæ priuatæ licentia abhorrere cæperunt *o*). Medio æuo iterum iniurias ſingulari uindicarunt certamine. Quod quo minus inſtitueretur, ubi transactio impediuerat, aut inſtitutum pax facta finiërat: lædens uel uirum honeſtum nominabat læſum, uel ab eo rogabat ueniam, uel palinodiam canebat *p*). Quod læſus iniuriam ſibi illatam pecunia unquam æſtimauerit, me legere uix memini.

§. CCXCVII.

m) POLAC *Syſt. Iur. Germ. ant.* III, 7, 4.

n) HOMBORG *Reſp* 326.

o) Ill. HEINECC. *Elem I. G.* To. II. lib. II. §. 110. POLAC c. l. §. 10.

p) Id. c. l. §. 114.

§. CCXCVII.

Vnde non miror, quod hodie (1) reo criminis iniuriarum raro certam pœnam minentur leges moresque prouinciales, iubentes plerumque, iudicem, ſi iniuriati dignitatem, iniuriæ atrocitatem, iniuriantis malitiam, aliasque circumſtantias, ſub quibus iniuria prolata, probe attenderit, arbitrari, ad fuſtigationis, relegationis, carceris, an ad pecuniariam pœnam repoſci debeat criminis iniuriarum reus; (2) quod alicubi actio iniuriarum æſtimatoria iam pridem ab uſu receſſerit, aut nouioribus legibus in exilium acta fuerit *q*). Cæterum ubi hæc actio adhuc uiget, iudex limites ponit æſtimationi, quocunque modo petitæ *r*). hodiernæ.

§. CCXCVIII.

Iniurias retorquere cuique licet *s*), idque tam uerbis quam literis ad iniuriantem ſcriptis. Hæ modo iudici *t*), modo notario *u*) inſinuantur, ut ſignifica- Iniuriarum retorſio.

q) Verbeſſerte Magdeb. P. O. c. 50. §. 10.
r) BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* p. 84.
s) STRVV *de uind. priu.* c. 10.
t) LEYSER *ſpec.* DXLII. m. 9.
u) HOMBORG R. 38. nr. 8. ſeq.

ficarent eas parti alteri. Vnde patet, moribus noſtris retorſiones non ſemper in continenti fieri.

§. CCXCIX.

Recantatio

Actioni ad *palinodiam* (§. CCXCVI.) adhuc hodie locus eſt *x*), ubi dignitate ſuperiori uitium morale *y*), quod pudorem grauiter ſugillat, exprobrauit inferior *z*), ſit illuſtris, nobilis, clericus *, an quis alius *a*). Tendit eo, ut iniurians ſe mendacii arguat *b*).

* Huic tamen recantationem non aliter, quam ſi eam exigant perſonæ iniuriatæ dignitas, iniuriæ atrocitas, & ſcandalum publice datum, imponi ſolere tradit LEYSER ſp. 548. m. 14.

§. CCC.

quandoque famoſa eſt.

Recantatio, ſolemniter & in iudicio poſt pacem ſancitam vor öffentlich gehegtem Gericht *c*) facta, minuit famam, niſi (1) hanc iudex ſententionando reſeruauerit *, aut (2) iniu-

x) *R. I.* 1530. §. Item als ietzt *Ord. Cam.* p. II. tit. 28.

y) STRYK *V. m ff.* h. §. 29.

z) BERGER *El. Iur. Crim.* p. 77.

a) *Conſt. El.* 42. p. IV.

b) DOEPLER Schaupl. der Leibes- und Lebens-Str. p. I. p. 824.

c) *Stat. Hamb.* p. IV. art. 58.

iniurians ad actionem per procuratorem reſponderit, uel (3) ob contumaciam condemnatus fuerit.

* In Camera Imperii ſemper (GAIL *lib.* I. *obſ.* 68. nr. 6.), in reliquis iudiciis ex prouocationis, ueritatis aliaque iuſta cauſa ſolet ſeruari fama.

§. CCCI.

Iniurians in cantanda palinodia contumax, ubi *præſens* eſt, primum mulcta, dein carcere, poſt relegationis comminatione ad eam compellitur. Qua comminatione a reo ſpreta, recantat, & ad uerba: daß er alle und jede oberzehlte dem N. zugefügte Schmäh-Worte ꝛc. progreſſus, alapam ei infligit, carnifex *d*). Sin reus *abſens*, citatur, & ſi non compareat, ſententia recantationem iniungens, adfigitur publice *e*). Quid faciendum iudici, ſi iniurians recantare renuat?

§. CCCII.

Deprecationem Chriſtiano dignam (eine chriſtliche Abbitte), quæ, ubi iniurians & iniuriatus dignitate pares, decernitur *f*), & præſens oblata dextra, & in foro communi abſens, hicque tam *Deprecatio.*

d) STRYK c. l. §. 32.
e) BERGER c. l. p. 83.
f) Id. c. l. p. 77.

tam per procuratorem quam in ſcriptis *g*), facere poteſt. Excipe tamen liberos, qui in parentes iniurii præſentes & genibus innixi deprecari tenentur *h*).

§. CCCIII.

Honoris declaratio.

Vbi de ui uerborum prolatorum iniurioſa, aut de dolo malo eius, qui iſta protulit, ſupereſt dubium, *honor declaratur*.

§. CCCIV.

Exceptiones quæ iniurianti dantur.

Iniuriatus quamcunque actionem inſtituens, repellitur (1) præſcriptionis (2) remisſionis * (3) compenſationis *i*), (4) retorſionis, (5) erroris in facto commisſi (§. XXXVI.) *k*) aliisque exceptionibus. Speciatim actioni *ad palinodiam*, defenſionis *l*), ueritatis *m*), exprobrati uitii phyſici, leuioris iniuriæ &c. (§. CCXCIX.) actioni *ad deprecationem*, honoris ſuo modo & tempore declarati &c. exceptiones opponi queunt.

* Quæ

---

g) LEYSER ſp. DXLIII. m. 2.
h) Id. c. ſp. m. 3.
i) LEYSER. c. ſp. *m.* 7.
k) Id. ſp. DL.
l) Id ſp. DXLIII. m. 6.
m) Id. ſp. DLI.

* Quæ colligi nequit ex illis familiaritatis actibus, quos neceſſario, aut honeſtatis ergo, aut præuia proteſtatione, auf Hof-Recht, aut iniuriarum actione iam inſtituta ſuſcepit iniuriatus STRYK V. m. ff. h. §. 35.

TIT. XXIII.
DE BLASPHEMIA.

§. CCCV.

Blaſphemia eſt iniuria (§. CCLXXXV.), quam deus patitur. Blaſphemia

§. CCCVI.

Inde ergo facile de cauſa conſtat, cur (1) *blaſphemiam* in *uerbalem* & *realem* (§. CCLXXXVI.), in *mediatam* & *immediatam* (§. CCLXXXVII.) diuidant Dd.; (2) cur *immediatæ* dicatur eſſe reus, (a) qui Deo diuina ineſſe negat, aut (b) humana ineſſe adſerit, (c) qui creaturis adſcribit diuina, (d) qui deum uerbis maledictis aut obſcoenis rodit (§. CCLXXXVII. ſeq.) *n*); (3) cur qui deum (a) per illius uerbum & ſacramenta, aut (b) per latus Chriſti, aut (c) per imagines petit &c. *mediatam* committit blaſphemiam *o*) (§. CCXC.). uarie diuiditur.

n) progr. nr. *de blaſphemia, illiusque crimine* §. V. ſeq.

o) cit. progr. §. XII. ſeq.

§. CCCVII.

Eam qui dolo malo commiſit, aut

Quia blaſphemia ſine dolo crimen non conſtituit, (§.XXXII,1.) ſequitur (1) ut, detur blaſphemia ſine crimine; (2) ut, quotquot doli ſunt capaces, ſint clerici, ruſtici an alii, ubi blaſphemarunt, criminis blaſphemiæ accuſari queant; (3) ut conditio uerbis blaſphemis addita a dolo & crimine uix liberet; (4) ut qui uel ratione, illiusue exercitio, uel ſufficiente dei cognitione, uel uoluntate libera deſtituti, (5) in medio æſtu iræ ſummæ, quam iuſta cauſa commouit (§.XXXV.), conſtituti, (6) ſumme ebrii, (7) furioſa amoris mollitie ducti, aut (8) in obiecto errantes, ubi blaſphema protulerunt uerba, criminis blaſphemiæ rei uix dici queant *p*).

§. CCCVIII.

commiſſam participat,

Præter mandantes & conſultores habentur blaſphemantium ſocii (1) qui uerba blaſphema, quæ audiuerunt, deferre *q*), aut (2) delata punire noluerunt.

§. CCCIX.

p) cit. pr. §. XXII. ſeq.

q) *R. I. Aug.* de A. 1548 tit. 1. §. 4. Blumblacher ad *art*. 106. nr. 5.

§. CCCIX.

Nullam pœnam in blaſphemiæ crimen ſtatuerunt maiores noſtri. Capitularia R. Francorum *r*) cenſuræ tantum mentionem faciunt. Conſtitutionem, quæ primum in criminis blaſphemiæ reos criminalem pœnam ſtatuit, Soloduri promulgatam habet LVNIG *s*). Nihil certi definit CAROLVS *t*), lectorem ad Rec. Imp. *u*) legans, qui, ſi paucos exceperis *x*), crimen blaſphemiæ immediatæ, ſit a quo uelit commiſſum, ultimo ſupplicio, crimen uero blaſph. mediatæ, abſciſſione linguæ, relegatione, carcere aut alia pœna, quæ iuſta iudici uidebitur, puniunt.

aliter de I. communi.

§. CCCX.

Leges *Badenſes y*), *Brunſuicenſes z*), *Cellenſes a*), *Magdeburgenſes b*), *Mulhuſi-*

aliter de I. prouinciali punitur.

r) VI, 101.
s) *ſpicil. eccleſ.* contin. 2. p. 14.
t) *C. C.* art. 106.
u) de A. 1495. 1500. tit. 31. 1512. tit. 3. 1530 tit. 1. 1548. 1577. V. KRESS ad c. art. GRASS *collat. I. Ro. cum Ord. Crim.* ſect. XV. p. 730. ſeq
x) KRESS c. l. §. 6. not. 2.
y) Bad. L. O. p. VII. tit. 7.
z) *Ord. Prou.* de A. 1647. §. 3.
a) *Ord. Prou.* c. I. 2.
b) Magd. P. O. c. 64. §. 1.

huſinæ c), Palatinæ d), Wurtenbergicæ e) ad LL. imperii ſe ſimpliciter referunt; contra iubet ius *Auſtriacum f)*, blasphemos doloſos membro, quo blasphemia commiſſa eſt, priuari, poſteaque comburi; *Ius Luneb. g)* primam blasphemiam carcere cum carena, ſecundam numellis, tertiam relegatione coercet; huic congruit *ius Dithmarſicum*, niſi quod ſuſtigationem ſubſtituat in relegationis locum; *ius Tyrolenſe h)* blasphemiam mulcta, carcere & carena perſequitur, niſi tertia ſit, quam corporali pœna, honorum & bonorum priuatione uindicat. *Ius Hamburgenſe i)*, qua pœna quæque blasphemia uindicari debeat, arbitrio relinquit iudicis. Ordinatio *Lignicenſis k)* leuem mulctam a blasphemis

c) *Statuta* und Willkühr der St. Mühlh. lib. V. art. 1.

d) Pfälz. Mal. O. tit. VIII.

e) Würtenb. L. O. tit. 89. §. 5. V. LAVTERBACHI *differ. I. comm. & Wurtemb.* p. 199

f) N. O. L. O. art. 59. FROELICH *comm.* über P. H. G. O. p. II. lib. 1. tit. 2. n. 10. p. m. 12.

g) P. O. lib. VIII. tit. 1.

h) L. O. lib. VII. art. 2.

i) IV, 1, 1.

k) Dreydings O. art. 2. V. Kayſ. und Königl. priu. des L. Schleſien p. 1133.

phemis exigit. *Ius Saxonicum* l), quod cæteroquin ius carolinum ſequitur, eos, qui in abſtracto & addito Dei nomine execrarunt, ad numellas condemnat.

§. CCCXI.

Quæ quum ita ſint, non poteſt non hinc inde forenſis uariare praxis. Hæc nos docet, hodie fere ubiuis (1) abſciſſionem linguæ extra uſum eſſe *m*), (2) non niſi grauiſſimæ blaſphemiæ reos capite plecti, (3) Romanenſes blaſphemiam Mariæ illatam ultimo ſupplicio, euángelicos contra arbitraria tantum pœna perſequi.

§. CCCXII.

Cauſæ mitigantes quæ ſint genuinæ? &

Quamcunque pœnam minentur leges moresque, ea mitigatur (1) ubi in blaſphemo defecit animus deo illudendi *n*), (2) ubi acerbiſſimo dolore efferatus *o*), aut (3) ſumme ebrius *p*) blaſphemauit (§.CCCVII,5.ſeq.); (4) ubi

l) BERGER *El. Iur. Cr.* p. 476.
m) CARPZOV *pr. crim.* qu. 45. nr. 21.
n) Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 17, 49.
o) *R. I.* 1495. §. Nemlich LEYSER *ſpec.* DLXV. m. 29.
p) LYNCKER *deciſ.* 718.

(4) ubi blaſphemum blaſphemiæ in continenti pœnituit *q*); (5) ubi blaſphemia leuis eſt *r*), aut tantum (6) execratio *s*); (7) ubi tantum ſubticuit blaſphemiam ab alio prolatam *t*); (8) ubi blaſphemus ea protulit uerba, quæ in omnium ore ſolent eſſe *u*).

§. CCCXIII.

quæ ſpuriæ? Contra non eſſe puto, cur pœnam ordinariam remittamus (1) nobilibus *x*), (2) clericis *y*), (3) ruſticis *z*) (§. CCCVII, 2.), iisue (4) qui blaſphemis uerbis addiderunt conditionem (§. CCCVII.); (5) qui tempore, quo uehementes adfectus iam deferbuerant *a*), aut (6) ex mala conſuetudine *b*), quam probe norunt,

q) *R. I.* de A. 1529. §. 6. STRYK *V. m. ff.* XLVIII, 4. §. 19.
r) *R. I.* 1512. tit. 3. §. 1.
s) *R. I.* 1577. tit. 5.
t) *R. I.* 1548. tit. 1. §. 4. BLVMBLACHER c. l. nr. 4.
u) DECIANVS *pr. crim.* lib. VI. c. 5. nr. 4.
x) CARPZOV *pr. cr.* qu. 45. nr. 48. ſeq.
y) GRANZ *def. inq.* p. 850. nr. 4.
z) LEYSER c. ſp. m. 7. BERGER ſuppl. p. I. p. 117. ſeq.
a) Id. c. ſp. m. 29.
b) KRESS ad h. a. §. VI. n. 5. COLER *deciſ.* 172.

runt, blaſphemarunt. Sic quoque (7) deficiens reiteratio c) pœnam mitigare nequit.

TIT. XXIV.
DE
INIVRIIS, QVAE IN CORPVS TENDVNT PRAESERTIM DE ALAPA ET VVLNERIBVS.

§. CCCXIV.

Qui alii inflixit alapas, reus eſt iniuriarum, &, ſi dolo malo illud fecerit, *criminis iniuriarum*. Contra (1) qui nimio amore ducti amaſiæ, aut (2) alii ex errore *d*), aut (3) iocandi, ſe ſuaque bona *e*) defendendi, uel corrigendi & emendandi animo, aut (4) buccas percutiendas ſponte præuioue pacto præbentibus, aut (5) iis, a quibus uocati ſunt mendaces, & cætera *f*) &c. inflixerunt alapas: criminis iniuriarum uix erunt rei. Alapæ inflictæ

§. CCCXV.

c) BEYER ad h. a. poſ. 14. CARPZOV *p.* IV. *conſt.* 1.

d) STRYK d. *de alapa* c. IV. nr. 31. ſeq.

e) Id. c. III. nr. 5.

f) Id. c. III. nr. 6-8.

§. CCCXV.

pœna &

Qui alicui inflixit alapam, regulariter mulctam ſoluere, & alicubi alapam aliam a carnifice pati *g*), tenetur. Quoties uero delinquentis malitia paret ſingularis *h*), aut iniuriati dignitas ſumma, aut locus delicti ſanctus eſt priuilegiatusque, aut alapæ plures diuerſo tempore inflictæ *i*): toties carcer, relegatio, immo fuſtigatio dictatur, non uero capitalis pœna, ſi uel maxime clericis, magiſtratui *, parentibus &c. *k*) alapas inflixerint laici, ciues, liberi &c. Sola alapa principi inflicta capitalis eſt.

* Qui uero iudici aut cuidam doctori eccleſiæ, munus ſuum ſuo loco & tempore tuenti infligit alapam, qua muneris executio impeditur, ex uniuerſali fere germaniæ conſuetudine gladio punitur.

§. CCCXVI.

retorſio.

Alapas retorquere potes, non tamen gladio, niſi famam uitamue ab iis aliter defendere nequeas *l*). Sic expli-

g) Id. c. IV. nr. 63.
h) Id. c. IV. nr. 44.
i) BERGER *El. Iur. Cr.* p. 90. MATTHAEI *de crim.* p. 135.
k) BERGER c. l.
l) STRYK c. d. c. IV. nr. 17.

explicanda erit germanorum parœmia: Auf eine Maulſchelle gehöret ein Dolch *m*).

§. CCCXVII.

Vulnera uaria quæ lethalia non ſunt, quippe de quibus hic loquimur u. c. *athargrati, bunislegi*, ſeu, ut rectius ſcribitur, bulislegi, pulslahi, puleslac, pulislac, puleſchlach, *dolg, gebulskini, brezawunt, bropunt, infanc, marchzan &c.* nominant, & ſuo i. e. pro periculi magnitudine, & uulnerati dignitate determinato, quæque pretio æſtimant antiquisſimæ leges *n*), quas ſummo ſtudio laudauit POLAC *o*). Quæ uulnerum diuiſio in legibus antiquis &

§. CCCXVIII.

I. P. Saxonicum (1) uulnera diſtinguit in beinſchrötige, fleiſch, kämpfer und offene Wunden *p*), illisque addit Lähmde und Schandmahl; (2) damna iis data æſtimat wergeldo *q*). in I. P. S.?

§. CCCXIX.

m) HERT. *lib.* I. *parœm.* 100. PISTOR *cent.* I. *par* 61.

n) *L. Sal.* tit. 19. *L. Baiuuar.* III, 1, 1. *Alam.* 59. ſeq. *Longob.* I, 21. 5. *Sax.* I, XI. *L. Angl.* tit. II. ſeq. XVI. ſeq.

o) *Syſt. Iur. Germ. ant.* III, 6.

p) I, 68.

q) II, 16.

§. CCCXIX.

Ad quid iudici &

Vulnerum quidem diuiſio non uero membri mutilati æſtimatio eadem, atque olim, hodie in foro Saxonico adhuc obtinet *r*).

§. CCCXX.

Pœna, qua is, qui alterum dolo malo uulnerauit, adfici ſolet, arbitraria eſt, mox carcer, mox relegatio, mox mulcta pecuniaria *s*). Poteſt autem ea ad fuſtigationem *t*), immo ad capitis pœnam extendi *u*).

§. CCCXXI.

uulnerato uulnerans teneatur?

N. g. A. Schrifft. Vol. VIII. Conf. Tab. 9. n. 37. ex Bo-cero.

Præterea uulnerans uulnerato tenetur (1) ad id, quod intereſt, ſiue (a) ad reſtituendam mercedem medico uel chirurgo præſtitam, (b) ad præſtandum doloris * & (c) operarum uulnere impeditarum pretium; (2) ad emendam ſeu æſtimationem mutilati membri uel corporis, utpote deformitatis, cicatricum &c. *x*).

* Dolo-

r) CARPZOV *pr. crim.* qu. 99. nr. 21. ſeq. BERGER c. l. p. 89. FROELICH p. II. p. 395.

s) CARPZ. c. l. nr. 56. ſeq.

t) SCHROETERI d. *de eo, quod circa uulnera iuſtum eſt.* §. 96.

u) BERGER c. l. p. 90.

x) MVLLER d. *de pec. dolor.* c. 3. th. 4. NITSCH *de æſtimatione* c. IV. th. 7.

* Dolorem æſtimat uulneratus, perpendens, *partem* corporis, ex qua hauritur, nec non *tempus*, per quod durat, dolor. Aeſtimationem doloris factam uulnerans minuere poteſt præſtito iureiurando minorationis. MVLLER d. *de pecunia doloris* c. III. th. 4. ſeq. OLDEKOP *obſ. crim.* III, 25.

TIT. XXV.
DE
LIBELLIS FAMOSIS.

§. CCCXXII.

Scriptum, quo graue & famoſum crimen obiicitur *, audit *famoſus libellus*, pasquill. Libellus famoſus eſt

* Olim addi debebat: TECTO AVCTORIS NOMINE *C. C.* art. 110. Hodie uero perinde eſt, utrum auctor nomen ſuum ſubſcripſerit, nec ne. R. I. de A. 1577. tit. 35. von Buchdruckern §. und ſetzen wir ꝛc. DONAVER *ad un. C. de famoſ. lib.* m. 2. §. 5. Koffenbauch d. *de famoſis libell.* th. 20. ſeq.

§. CCCXXIII.

Itaque libellus famoſus in iniuriis ſcriptis (§. CCLXXXVI.) eſt. Hinc (1) non ſolum carmine, epiſtola, ſed & pictura *y*), ſculptili & fuſorio opere &c. *z*) confici poteſt; (2) nihil inter- ſcriptum iniurioſum, quo

y) MVLLERI d. *de pictura* c. 4. BERLICH. *p* V. *concl.* 51.
z) *Ord. Polit.* de A. 1548. tit. 34. §. 2.

intereſt, utrum is, in quem confectus, præſens ſit an abſens (§. CCXCIII, 1.), (3) nomine uocatus, digito monſtratus, an certa qualitate circumſcriptus *a*).

§. CCCXXIV.

crimen famoſum alicui obiicitur.

Ex eodem (§. CCCXXII.) ſequitur (1) ut ille *libellus*, quo quis ſpurius, cæcus, claudus &c. uocatur, *famoſus* dici nequeat, attamen (2) ille, quo quis audit criminoſus, Urheber eines Schelmen-Stückes *b*).

§. CCCXXV.

In ſocietate auctoris famoſi libelli hi ſunt: (1) qui libellum conſcribi mandarunt, conſuluerunt, aut (2) confectum affixerunt, uendiderunt, cuilibet legendum tradiderunt (§. CCXCIV.) &c.

§. CCCXXVI.

Quæ illius pœna, &

Qui libellum famoſum ſcripſit, aut ſcribi fecit dolo malo, eadem pœna adficitur, qua ſcelus libello obiectum uindicant leges *c*). Idem iuris eſt circa doloſos ſocios. Speciatim, qui libel-

a) HEIG. qu. 31. nr. 32.
b) Kockenbuch c. d. th. 14. ſeq.
c) C. C. C. art. 110.

libellum famoſum excuſerunt, omnibus illius exemplis atque iure alios libros excudendi priuantur, pœnamque pecuniariam ſoluere tenentur *d*).

§. CCCXXVII.

Quae pœna tamen mitigatur (1) ubi criminis obiecti probatur ueritas (§. CCXCII, 7.); (2) ubi libellus famoſus diuulgatus non eſt; (3) ubi libellus famoſus culpa non dolo ſcriptus aut diuulgatus eſt; (4) ubi crimen in libello alicui obiectum famam ſugillat minime. **quæ hanc mitigent cauſæ.**

§. CCCXXVIII.

Libellus famoſus per ſe iudici non facit fidem de commiſſo, quod alicui obiicitur, crimine, multo minus iuſtam cauſam dare poteſt inquiſitioni.

TIT. XXVI. DE DVELLO.

§. CCCXXIX.

Duellum eſt certamen duorum armis ſerio ſuſceptum. **Duellorum**

§. CCCXXX.

d) *R. I.* de A. 1530. §. Und nachdem & de A. 1541. §. Ferner haben wir befunden.

§. CCCXXX.

fata. Maiores a duellis, quæ antiquitus probarunt *e*), non abhorruerunt tempore, quo chriſtiani facti. Reges quidem Carolingici de iis coercendis diſpoſuerunt *f*), ſed fruſtraneo auſu (§. CCXCVI.), quod ea ad occulta dei iudicia iam erant relata *g*). Poſtea uero quam (a) certis diebus, (b) certisque locis *h*) ſanctitas data; (c) duellum priuatum a publico diſtinctum, illudque prohibitum, hoc uero nonniſi iudice iubente & ubi lis aliter finiri non poterat *i*), permiſſum, prætereaque (d) ad certas leges ſolemnitatesque * adſtrictum &c. paulatim exoleuit, atque auſpiciis Friderici, Maximiliani, & aliorum, qui hos inſequuti ſunt, Imperatorum, in exilium miſſa eſt forenſis illa truculentia, niſi quod alicubi adhuc hodie milites, nobiles & ſtudioſi academici, ſi non impune, tamen iuſto leniorem pœnam

e) MEINDERS *de iudic. centenar.* p. 141.
f) *Capitul.* IV, 27. V, 332.
g) VISCHER *de iure duell.* p. 47. ſeq. KLVGKIST *de ueris duellor. limit.* ſect. II. §. 11. ſeq.
h) *L. Friſion.* addit. tit. 1.
i) VISCHER c. l. p. 22. Ordnung des Kampf, R. in Francken p. 31. ſeq.

pœnam ſoluentes, ius ſibi ipſi manu dicant.

* *I. P. S.* I, 49. 63. *Weichb.* c. 35. 79. 80. 81. *Spec. Sueu.* c. 170. ſeq. Kampf⸗Gericht des Burggrafthums zu Nürnberg. Vid. VISCHERVM *de iure duell.* p. 218. ſeq. Kampf⸗R. am Land⸗Gericht zu Francken ap. Eund. pag. 250. ſeq.

§. CCCXXXI.

Ex duelli deſcriptione (§. CCCXXIX.) diſcimus (1) duas non plures perſonas illud ſuſcipere; (2) dimicationem, exercitii, ſolemnitatis, uel delectationis gratia factam, uix duelli uocari poſſe nomine. Duellantes, &

§. CCCXXXII.

Duellantium ſocii habentur (1) iudices, qui quo minus duellum committeretur, non impediuerunt, quum tamen potuerint; (2) duellum mandantes, conſulentes, (3) committendum non denuntiantes, (4) literas prouocantis prouocato inſinuantes &c. eorum ſocii,

§. CCCXXXIII.

Eum, qui dolo malo * duellum *attentauit*, aut *ſine cæde commiſit*, fama & honoribus priuari, nec non pro rerum circumſtantiis relegatio- qua pœna adficiantur ui legum imperii &

 ne,

ne, fuſtigatione, immo ultimo ſupplicio puniri, atque (2) ab eo, qui, dum ſingulare certamen ſciens uolensque ſubiit, aliquem interfecit, ſit prouocans an prouocatus, lædens an læſus, pœnam in crimen homicidii ſtatutam ſumi, & cæſum aſinino more ſepeliri, iubent imperii leges *k*).

* Praxis enim iure optimo *duella prouiſa*, ſeu animo deliberato & præuia prouocatione facta, diſtinguit ab *improuiſis* ſeu iis, quæ inter ſibi obuios nulla præuia ad pugnam uocatione commiſſa ſunt. Hæc dicuntur *rencontre*.

§. CCCXXXIV.

iurium prouincialium. I. SAX. ELECT. (a) qui crimen duelli *attentauit l*), aut ab alio committi fecit *m*), honoribus priuatur & per annum carceri includitur; (b) is, qui duellum *commiſit* ſed *ſine cæde*, ſi nobilis ad carceres, ſin ignobilis, ad opus publicum, per XII. annos condemnandus eſt *n*); (c) qui *cædem commiſit*, ſi nobilis, gladio puniendus, ſin ignobilis, amputata dextra, laqueo ſuffo-

k) de A. 1668. V. MAVRITII *opuſc.* p. 1021.
l) Mandat wider die Selbſt-R. §. 18. ſeq.
m) Ib §. 35. ſeq.
n) Ibid. §. 28.

ſuffocandus, & utriusque bonorum pars dimidia fiſco addicenda *o*); (d) *in duello caeſus* ſi nobilis, in loco peccatorum ſepeliendus, ſin ignobilis, ad furcam ſuſpendendus eſt *p*). I. BRANDENBVRGICO, idem olim ſtatutum erat, niſi quod duellum ſine caede commiſſum capitale eſſet, & omnia duellantium bona fiſco addicerentur *q*). Hodie nemeſis Brandenburgica mitior eſt *r*). I. Prou. BADENSI *s*) prouocans pro rerum circumſtantiis mulcta, carcere aut relegatione punitur, nec prouocatus, ſi prouocantem occiderit, de homicidio excuſatur.

§. CCCXXXV.

Denique hic notes uelim, circa poenam duelli, ex quo caedes ſequuta eſt, exaſperandam & mitigandam idem iuris eſſe, ac in poena homicidii exaſperanda & mitiganda ſeruari mox dicemus.

o) Ibid. §. 31.

p) Ibid. §. 30.

q) *Edict* wider die *Duella* art. 5. ſeq. ap MYLIVM *Corp. Conſt. March.* p. II. ſect. 3. p. 23.

r) Erkl. und erneuert. Mandat wider die Selbſt-Rache art. 5. ſeq. ap. MYLIVM c. l. p. 46. ſeq.

s) L. R. p. VII. tit. 24.

TIT. XXVII.
DE
HOMICIDIO ILLIVSQV CRIMINE ETC.

MEMBRVM I.
DE
HOMICIDIO IN GENERI

§. CCCXXXVI.

Homicidii

Homicidium eſt factum, quo hoı nis anima diuellitur a corpoı

§. CCCXXXVII.

Ex qua deſcriptione hæc flu axiomata:

I. In hominem committitur micidium.

II. Qui mortem homini attu homicida eſt.

§. CCCXXXVIII.

reus eſt, qui hominis

Ex primo axiomate (§. pr. 1.) abs re infero (1) in monſtrum hominem mortuum *u*) aut nonc animatum, nullum committi hon dium; (2) ſexum, ætatem, cond

---

t) BERGER *Elect. Iur. Cr.* p. I. p. 97 SCHER c. l. p. 498.

u) VISCHER c. l. p. 497.

nem, religionem aut ſtatum hominis qui occiditur, nihil quicquam addere aut detrahere homicidio *v*). Itaque homicidium committi poteſt (a) tam in chriſtianos quam Iudæos *x*), aliosque infideles, (b) in liberos & proprios homines *y*), (c) in ſanos & agonizantes *z*), (d) in inimicos & amicos interuenientes, (e) maſculos & feminas, (f) natos & naſcituros, dummodo hi iam formati ſint ac uitales *a*); & denique (g) in omnibus numeris corpore perfectos non magis quam in eos, in quibus formandis natura aliquantulum, ampliando aut imminuendo membrorum numerum, aberrauit *b*).

§. CCCXXXIX.

Fallor aut ex ſecundo axiomate (§. CCCXXXVII.) intelligere potes, reum *attentati* homicidii eſſe, qui cædem intendit, non autem perfecit, cædem fecit

N 4 *conſum-*

v) Id. c. l. p. 492.
x) *I. P. S.* III, 7.
y) BERGER c. l. p. II. p. 297.
z) CARPZOV *pr. crim.* q. 17. nr. 26.
a) *C. C. C.* art. 133.
b) WILLENBERG d. *de licita innocent. cæde* §. 15. Amſels d. *de homine innocente non occidendo.* §. 4.

conſummati contra, qui reuera ca ſam morti præbuit. Itaque in h micidis erunt: (1) qui *tenuit gladiu* in quem irrupit atque ſemetipſe e animauit alius (§. XXXII, 6) *c*); (qui, ut innocens plecteretur capi fecit, *confeſſione* illius *ſine iure extor* aut falſo ſuo *teſtimonio*; (3) qui j *tum* in utero iam formatum & ui lem diſturbauit, & quo minus e retur uiuus, impediuit, aut (4) e tum priuauit uita, dum illum *ex ſuit* loco ſolitario & hyemis temp re (§. XXXII, 6.), aut (5) *uiuum peliuit d*); (6) nutrix, quæ mamn denegauit, & hinc mortem attu infanti; (7) qui aliquem in *aquis* ſ focauit, aut (8) *uulnere* perire feci

§. CCCXL.

u. c. inflicto uulnere Vnde non omnis qui uulnus in xit, *homicida* eſt, ſed ille demu qui tale uulnus inflixit, ex quo u neratus pro ſua perſona, uulnei membri qualitate, atque loci & te poris circumſtantia non potuit ſa euadere. Vt itaque *uulnus abſo lethale*, i. e. quod nulla arte ſa

po

c) BERGER c. l. *p.* II. *obſ.* 99.

d) IOACHIMI d. *de uiuiſepultura.*

poteſt *, uix requiratur *e*). Vnde ab homicidii uitio te liberare nequis, docendo, uulnus, quod inflixiſti, illud eſſe, ex quo læſus ſanari potuiſſet, ſi medico trepanationis aliorumque mediorum periculoſorum gnaro uſus *f*), aut emplaſtrum maturius, quod tamen fieri non potuit, uulneri fuiſſet applicatum *g*).

* Quibus arteriæ cruralis, pulmonum aliasque læſiones annumerant Exper. TEICHMEYER *Inſtitut. med. legal.* cap. 22. ſeq. BOHNIVS *exam uuln lethal.* ſect. I. c. 3. ſeq. VALENTINI *ff. medico-legal.* p. II. ſect. I. §. 8. Troppaneger *deciſ. medico-forenſ.* dec. 1. caſ. 3. dec. 5. c. 7. dec. 6. caſ. 3. & alibi. WELSCHIVS *de rationali uuln. letal. iudicio.*

§. CCCXLI.

Contra uulneranti non nocet, quod lethali. (1) medicus, aut (2) alii, quorum fuiſſet arceſſere medicum, *negligentes* fuerint, & ſic alia *ſymptomata*, immo ipſam mortem, attulerint; (3) quod uulneratus ſibi nociua comederit, aut (4) alio modo regimen & diætam non ſeruauerit.

e) BODINI d. *de non requirenda letalitate uulnerum.*

f) KRESS ad *C. C. C.* art. 147. §. 1. n. 5.

g) BERGER *Elect. Iurispr. Cr.* p. II. *obſ.* 101.

§. CCCXLII.

Qui ſint illius ſocii? Homicidæ ſunt ſocietate iun
quotquot cauſam homicidii comm
tendi præbuerunt neceſſariam, ut
te (1) mandantes, (§. XXIV.)
(2) conſultores (§. XXVI.) *i*); (3)
arma ſuppeditarunt, (4) occiſuro
mata manu adſtiterunt, aut (5) lite
homicidium mandantes tradider
mandatario (§. XXVII.)

MEMBRVM II.
DE
CRIMINE HOMICIDII,
LIVSQVE POENA.

§. CCCXLIII.

Criminis homicidii, Crimen *homicidii* eſt cædes hom
(§. CCCXXXVI.) dolo malo
petrata (§. XXXI.).

§. CCCXLIV.

rei non ſunt qui cædem fecerunt ſine dolo, Quare (1) neque dolus ſine ca
neque hæc ſine illo conſtituit cri
homicidii; (2) qui dolo malo i
xit uulnus, ex quo tamen mors
ſequuta, *attentati* tantum criminis
micidii reus eſt (§. CCCXXXI
(3

h) VISCHER c. l. p. 529.
i) Schreiber d. *de homicidiis* §. 19. ſeq

(3) in reis criminis homicidii uix eſſe poſſunt (a) bruta & (b) infantes, ubi hominis morti cauſam dederunt (§. XXXIII.); (c) ii, qui tempore, quo in furorem, (d) melancholiam, (e) ſummam ebrietatem (§. XXXIV.) *k*), (f) altum ſoporem (§. XXXIII,9.) *l*) uel (g) iuſtiſſimam iram (§. XXXV, 11.) ſine culpa acti, aut (h) ui, cui reſiſti uix potuit, coacti (§. XXXVII, 2.), aut (i) ad iuſſum ſuperioris mortem, non niſi executione mandati euitandam, comminantis (§. XXXVII, 1.) occiderunt *m*).

§. CCCXLV.

Homicida caſualis, & ſic extra crimen poſitus, habetur (§. LII.), qui in re licita, licito loco, modo & tempore uerſatus aliquem cecidit *n*) utpote (a) chirurgus, qui uenam alicui ſecans tempore, quo accedit femina, quam a ſanguinis effuſione abhorrere neſcit, huius uel morti uel abortui cauſam dedit; (b) eſſedarius, ſine cuius culpa euerſo curru aliquis caſu,

k) HOMBORG Reſp. 349 RICHTER *dec.* 1. nr. 171. & p. V. conſ. 6. nr. 23.

l) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 84. nr. 12.

m) Schreiber c. d. §. 29. ſeq.

n) *C. C. C.* art. 146.

aliquis obtritus eſt, (c) pulſator cai panæ, ex qua caſum tintinnabulu tranſeuntem occidit &c. *o*).

§. CCCXLVI.

lege permittente uel iubente, aut

Idem dicendum erit de iis, qui *ge* uel *permittente* uel *iubente* cæde fecerunt, ſi uel maxime animum c linquendi habuerint (§. XX, 1.). I que (a) *maritus* uxorem, & (b) *ter* filiam in flagrante adulterio c prehenſam una cum adultero (§. C XIV, 1.) *p*), (c) *miles* hoſtem patr aut (d) commilitonem, qui pugi re iuſſus in eo eſt, ut uexillum c ſerat *q*), (e) *raptæ feminæ pater* : *maritus* raptorem in flagranti dep henſum (§. CCLVI.) impune cæ re poſſunt. Sic quoque *furem nocti num* (§. XCIV.) *r*), & diurnum, c telo ſe defendit, telo necare pot læſus *s*).

§. CCCXL

o) VISCHER c. l. p. 536. Schreiber c §. 34.

p) *C. C. C.* art. 140.

q) Kayſ. Fußkn. Beſt. art. 22. Reuter:R art. 61.

r) BALUZ *Capit. R. Fr.* To. I. f. 117. c art. 150. KRESS ad eund. §. 4.

s) OBRECHT *de defenſ. neceſſ.* c. VIII 28. ſeq. Mölh. *ſtat.* lib. V. art. 13.

§. CCCXLVII.

Quia denique cædem ex defenſione eaque neceſſaria ortam extra crimen ponunt leges, notes uelim *defenſionem* dici propulſationem periculi, quod ſine iure in uitam, membra, honorem *, pudicitiam aut bona noſtra intenditur: *Neceſſaria* autem *defenſio* dicitur actus, qui ſolus periculum propulſare poteſt **. ut declinent periculum ex

* Quam uarie ſentiant Dd., uerba C. C. art. 138. Ehr und guten Leumuth explicantes, nos docent KRESS ad *C. C. C.* art. 140. not. 2. BOEHMER *Elem. Iurispr. Crim.* ſect. II. §. 195.

** Defenſionem, quæ neceſſaria non eſt, *moderamen tutelæ*, & eam, quæ neceſſaria, *moderamen inculpatæ tutelæ* cum SALMONIO uocat CARPZOV *pr. crim.* qu. 28. nr. 16. ſeq. ſine iure propterea culpatus a MAVRITIO tr. *de duellis* §. 21.

§. CCCXLVIII.

Vnde has regulas deducere licebit:

I. Non datur defenſio, ubi nulla adeſt offenſio.

II. Vbi offenſio iuſta, iniuſta erit defenſio.

III. Ea defenſio, quæ ſola læſionem iniuſtam propulſare poteſt, moderata ſeu neceſſaria dicitur.

§. CCCXLIX.

§. CCCXLIX.

offenſione

Quandoquidem non datur defenſi ubi ceſſat offenſio (§. pr. 1.), intel gere potes, neminem ſub defenſi nis pallio uim inferre poſſe (1) al quam a quo offenſus eſt, aut (aggreſſori, quem fugere uel ad e traneos actus conuolare uidit *t*), a (3) ei, qui minas iactauit, quas i que ſolet neque poteſt exequi.

§. CCCL.

iniuſta iminens,

Regula ſecunda (§. CCCXLVIII, docet, eos (1) qui a ui iuſta (a) ma ſtratus punientis, (b) mariti iniuri ſibi adulterio flagrante illatam uin cantis, (c) domini pignorantis & aut (2) a moderata parentum, c minorum, præceptorum &c. caſti tione, aut (3) a uiolenta defenſic illius, quem ipſi ad ſummam ir prouocarunt *u*), ſe defendentes dem faciunt, accuſari poſſe crimi homicidii. Aliud tamen dicend erit de eo, qui ad necem cecidit uerberauit patrem, dominum

præ

t) MAVRITIVS *de uitæ defenſ. fauore* §. KRESS ad art. 142. §. 2. not. 2.

u) CARPZOV *pr. crim.* q. 29. nr. 42.

præceptorem &c. qui limites caſtigationi præſcriptos tranſiit *x*).

§. CCCLI.

quodque alio modo pulſari non potuit.

Ex tertia regula (§. CCCXLVIII, 3.) conſequitur, ut, ſi non ueri, tamen qu. criminis homicidii rei ſint (1) qui uiam, periculum ſibi imminens propellendi commodiorem, eligere, & (2) præſens iudicis * aliorumue auxilium implorare, (3) fugam cum nullo periculo coniunctam capeſſere *y*) &c. nolentes, ſibi ipſi ius dixerunt uiolenter.

* Priſcis temporibus, quibus uel plane nulla, uel non ſatis bene conſtituta erant iudicia, maiores noſtri armis, bellis & duellis ſe ſuaque tuebantur, & cædes aliaque facinora mutuis cædibus & infeſta ui ulciſcebantur (§. CCCXXX*i*) MAVRITIVS *de duell.* §. 18. Adhuc hodie offenſus offenſori uim inferre poteſt, ubi uel omni iudicis copia deſtituitur, uel hunc ſine certo periculo expectare nequit.

§. CCCLII.

Nec minus inde colligere licebit (1) armatum & quandoque inermem

---

x) RIEMERI d. *de neceſſar. defenſ.* §. 23. Diſſ. OBRECHT tr. *de neceſſ. defenſ.* c. VI. nr. 17. ſeq.

y) *C. C. C.* art. 140. u. füglich nicht entweichen. MAVRITIVS *de uitæ defenſ. fauore* §. 21. Diſſ. OBRECHT c. tr. c. X. n. 10. ſeq.

mem z) aggreſſorem, immo fe
nam, quæ uim maſculo infert,
cidi poſſe; (2) offenſioni reſpond
debere defenſionem, ſicque (3)
uerba minitantia *, quæ ſimpl
ſunt, quorumque executio iuſte
metuenda *a*), non dari locum o
ſioni; uix tamen (4) eſſe, cur (a)
fenſor iisdem utatur armis, quibus
fenſor *b*), aut (b) primum expe
ictum *c*);

* An quis ab alapa ſe defendere queat
dio, ſupra (§. CCCXVI.) diſputauim
ante nos diſquiſiuerunt DAMHOVDE
crim. c. 79. n. 1. TILESIVS d. *de*
cidio ob alapam. CRELL. d. *de iure*
c. 2 §. 57. RIEMER *de neceſſ. defen*
24. OBRECHT c. tr. c. XIII. nr. 9. ſ

§. CCCLIII.

Quinam criminis homicidii rei,

Quia crimen homicidii eſt ca
hominis dolo malo perpetrata
CCCXLIII.): nemo dubitabit,
rei criminis homicidii ſint (1) q
quot ſcientes uolentes illicitum

z) MAVRITIVS tr. *de duell.* §. 26.
a) MVLLERI d. *de uerb. minitant.* c.
3. ſeq. Mühlpfort d. *de legit. defen*
2. a)
b) Mühlpfort c. d. th. XII. c) MAVRI
c. tr. §. 22.
c) OBRECHT c. tr. c. XI. nr. 10. ſeq

runt, unde cædes neceſſario ſequuta eſt (§. XXXII, 6.), (2) qui ebrietatem quæſiuerunt, ut eo audaciores eſſent ad committendum homicidium poſtea ſecutum (§. XXXIX, 1. XIX, 2.), (3) qui Caium dolo malo occiſurus occidit Mæuium (§. XXXVI.) *d*), (4) qui ipſe cauſa fuit doloris ſummi, quo durante commiſit homicidium.

§. CCCLIV.

Voluntarius auctor illiciti facti, unde cædes hominis neceſſario ſecuta, reus eſt criminis homicidii (§. CCCLIII, 1.). En cauſam (1) cur Dd. animum occidendi diſtinguant in directum & indirectum *e*), atque (2) homicidam habeant (a) eum, qui aliquem uulneraturus occidit *f*), (b) medicum, qui ſpe maioris lucri ægroti uires pharmacis ſuis debilitaturus uitam ei penitus eripuit.

§.CCCLV.

d) STRVV *obſ. crim.* c. VIII. obſ. 4. KRESS ad art. 145. §. 2.

e) HOMBORG R. 320. BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 81.

f) *L. Wiſig.* VI, 5, 6. STRVV *obſ. crim.* VIII, 26. p. 63.

§. CCCLV.

eorum ſocii?

Qui dolo malo (1) aliquem nuerunt, aut (2) de loco in loc duxerunt *g*), ut eo facilius ab occideretur; (3) cædem medit arma ſuppeditarunt letifera; (4) miliæ ſuæ, arma letifera ſumenti, & Caium ſtringenti, conniuerunt; literas homicidium mandantes tr tulerunt (§. XXIV. XLIV.); (6) berationem *h*) (§. XXXII, 6.), uel ipſam cædem (§. XXIV.) manda &c. criminoſis homicidis ſocie iuncti ſunt.

§. CCCLVI.

Qui qu. criminis homicidii dicantur rei?

Ex eodem (§. CCCXLIII.) co re puto, non niſi qu. criminis ho cidii reos eſſe (1) qui per iocun laſciuiam *k*), adfectatam periti imprudentiam &c. aliquem necar (2) qui rei illicitæ dederunt ope unde mors alicuius per acciden inopinato ſecuta (§. XXXII, 6.); qui in re licita illicito modo, l

g) THESSAVRVS *dec.* 31.
h) MVLHAVSE d. *de pœna talion. in cidio* ſect. 1. §. 24.
i) CAEPOLLA conſ. 31.
k) *C. C. C.* art. 146.

aut tempore uerſati *l*) (§. L, 1.) mortem alicui attulerunt, ſpeciatim (4) tranſiliens metas moderaminis inculpatæ tutelæ (§. CCCXLIX. ſeq.) *m*), (5) maritus, qui adulterum aut raptorem in flagrante non deprehenſum occidit (§. CCXIV, 2. CCLVI.) *n*); (6) qui canem ſaxis petens prætereuntem interfecit; (7) qui telum, quo uſus eſt, ex probabili cauſa non habuit letiferum; (8) qui non ſatis cuſtodiuit beſtiam, cuius feritate poſtea homo periit *o*); (9) qui curru, quem culpa euertit, aliquem obtriuit *p*).

§. CCCLVII.

Crimen homicidii maiores noſtri *ab initio* uindicarunt nulla, *poſt* pecuniaria pœna *, quæ pro diuerſitate homicidarum, hominum occiſorum, loci, modi occidendi, aliarumque circum- Pœna de iure antiquo, &

l) *I. P. Sueu.* c. 212. ed. SCHANNAT. C. C. art. 134. BERGER c. l. p. II. obſ. 120.

m) *C. C.* art. 142. HOMBORG Reſp. 156.

n) LEYSERI d. *de marito iuſto adult. punit.* nr. 5. 6.

o) *I. P. S.* II, 62. *C. C.* art. 136. Mülhäuſ. *Stat.* lib. V. art. 19.

p) *C. C.* art. 218. ibique interpretes.

circumſtantiarum, erat uaria *q*). Qu
qui ſoluere non poterat, poſt leg
de *chrenechrunda r*) a Childeberto I
latam *s*), ad illius caput omnem c
ſam pertinuiſſe legimus *t*). *Den*
Reges Carolingici cædem hominis
pitalem eſſe uoluerunt *u*).

* Excipe tamen (1) *Wiſigothos* & *Burgund.*
quorum *illi* homicidas mox capite
mulcta, *hi* uero, niſi cædes ſerui no
gii facta, ſanguine plectebant. *L.* V
VI, 5, 6. 11. *L. Burgund.* II, 1. 3. 4. I
ſeq. X, 1. ſeq. (2) ſuo modo *Saxones*
occiſorem ſacerdotis domini uel do
punierunt capite *L. Sax.* II, 2. *Capit
roli M. de part. Sax.* c. 4. 12.

§. CCCLVIII.

hodierno. Crimen homicidii, licet illius
capitis damnent ſpecula *x*) & Fi
ricus Imp. *y*), tamen hinc inde
cuniaria pœna lui potuit ad tem
u

q) *L. Baiuu.* tit. III. *Anglion.* I, 1. *Friſ.*
Saxon. II, 1. 3. 4. *Longob.* I, 3. 9. 1
Sal. XXVIII. XXXVIII. XLIV. ſeq.
puar. VII. ſeq. *L. Alam.* LXVIII.
r) *L. Sal.* tit. LXI. ibique ECCARDV
s) decreto c. XVI.
t) *L. Sal.* LXI, 3.
u) *Capitul.* VI, 1. 5. 39. VII, 183.
x) *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 114.
y) LVDWIG. *reliq.* To. II. p. 193.

usque Caroli V. *z*), qui illud ubique in Germania capitale fecit *a*).

§. CCCLIX.

Quæ pœna exaſperatur non ſolum (1) ubi homicidium *qualificatum*, quod notant leges u. c. parricidium, ueneficium, latrocinium, proditorium, aſſaſſinium, commiſſum eſt, ſed & (2) ſi quis *V. D. M.*, dum *ſacra fecit*, aut alium *in eccleſiam die feriato* tendentem, occiderit (§. LIV, 4.), (3) uel *imprægnatam*, ne ſtuprum manifeſtetur, uel *complices delicti*, ne ueritas criminis innoteſcat, interfecerit (§. LIV, 6.) *b*), (4) eminentioris *dignitatis* hominem, *dominum*, coniugem uel conſanguineum ſuum necauerit (§. eod. n. 3.), aut (5) in hominis, quem interemit, *cadauer ſæuierit* c). Exaſperatur autem pœna uel forcipibus candentibus uel tractione ad locum ſupplicii *d*).

Ex quibus cauſis ea exaſperetur,

z) Ill. HEINECCIUS *Elem. I. G.* II, 26. §. 282. ſeq.
a) *C. C.* art. 137.
b) BERGER *El. Iur. Cr.* p. 98.
c) BEYER ad art. 137. poſ. 16.
d) KRESS ad eund. art. §. 2.

§. CCCLX.

ceſſet, Omnis pœna CESSAT, ubi ho
cidium (1) lege permittente uel
bente (§. CCCXLVI.), aut (2) 1
dolo commiſſum eſt, ut ſi (a) in
fantia *e*) furore, melancholia &c.
CCCXLIV, 3. XXXIII. ſeq.), (b)
iuſſum principis (§. CCCXLIV, 1.
XVII, 1.), (c) ex neceſſitate, ſe
tis limitibus (§. CCCXLVII. ſeq.)
aut (d) caſu (§. CCCXLV.) fač
fuerit.

§. CCCLXI.

mitigetur. MITIGATVR contra, quoties
dolo uel facto aliquid deeſt. Ita
homicidii accuſatus iure excipit
de cæde *nondum conſummata* (§. C
XXXIX), (2) de morte non ex
nere ſed *culpa medici* aliusue ſequ
(§. CCCXLI.) *g*); (3) de cæde in
norenni ætate (§. L, 8.), aut (4)
imprudentia gg) aliaue culpa ſe
facta (§. CCCLVI.); (5) de *exceſſ*
moderamine inculpatæ tutelæ
C

e) *I. P. Suev.* c. 118.
f) *C. C. C.* art. 139.
g) *C. C. C.* art. 147.
gg) Mülhauſ. *Stat.* lib. V. art. 16.

CCCL. ſeq.) *h*); (6) de uſu *teli non letiferi*, neutiquam uero (7) de *errore* circa perſonam commiſſo (§. CCCLIII,3.), aut de eo, (8) quod nobilis ſit uel clericus *i*), (9) quod cum occiſi heredibus *transegerit* (§. LXXXIV. γ) *k*); (10) quod *uulnerationem* tantum mandauerit (§. CCCLV. 6) *l*).

§. CCCLXII.

De homicidio in turba commiſſo hæc *m*) notes: I. Vulneris letalis auctorem, ſi de eo conſtet, gladii, reliquos uero extraordinaria pœna manet; II. Si non paret, quis lethale uulnus inflixerit, uidendum: ſubito contigerit turba, an præuia conſpiratione? Hoc caſu omnes ordinaria *n*), illo autem omnes extraordinaria pœna *o*) perſequitur Nemeſis III. Si *plura uulnera*, quibus quis periit, ſunt *lethalia*, &, quis primum **Homicidium in turba commiſſum.**

O 4

h) CARPZOV. *pr. crim.* qu. 29. ſeq.
i) CARPZOV c. l. q. 2. MYLIVS *Corp. Conſt. March.* p. II. ſect. 3. nr. 36.
k) Bad. L. R. p. VII. tit. 16. §. 1.
l) Diſſ CRVSIVS *ad ius ſtatut. Mind.* p. 319.
m) C. C. art. 148.
n) KRESS ad cit. art. §. 1.
o) MVLLERI d. *de homicidio a plur. commiſſo* ſect. 2.

mum percuſſerit incertum, on turbantes * plectuntur capite **; autem IV. omnia demum ſimul ſi ta uulnera tulerint mortem, om etiam auctores rixæ p) ***, extra dinem puniuntur q).

* Olim ex turbantibus non niſi illum, ſors nominauerat, uita priuabant L. Friſ. tit. 14.

** Hoc admodum durum pronuntiant KI ad C. C. art. 148. §. 5. BEYER ad poſ. 23 ſeq. aliique, nec ſine ration men uerbis articuli ſtricte inhærendun putant CARPZOV pr. crim. q. 25. n STRYK V. m. ff. h. §. 7. & alii.

*** Iure tamen Auſtriaco uitam perdit, rixæ auctor fuit Ord. Crim. Auſtr. art.

MEMBRVM III.

DE WERGELDO.

§. CCCLXIII.

Wergeldi

Wergeldum * eſt hominis pere æſtimatio, ab occiſore præſta ei, qui iniuriam ſibi omnium ma cæde illatam uindicaturus eſt. I tur *Cenegild, cynigild, cynebot,* Sőhnis

* Ab initio differebat a *Widrigildo*, qu notabatur quæuis rei alienæ compe

p) BERGER *de auctore rixæ* §. 9. THAEI ad XLVIII, 4, 3.

q) FARINACIVS *pr. crim.* qu. 92. n MVLLER c. d. §. 13.

iudicialiter facta. Poſtea uero quam hæc uocabula ſunt confuſa, per uocabulum *Wergeldi* ſæpe bruti interemti æſtimatio ſignificata eſt. Id quod intelligere potes ex *I. P. S.* II, 40. & pluribus te docet ECCARD *ad L. Sal.* LV, 1.

§. CCCLXIV.

Quantitas wergeldi fuit olim uaria pro uarietate natiuitatis, conditionis & ſtatus perſonarum occiſarum *r*). Nuncius iudicialis duplo *s*) wergeldo æſtimabatur, uxor autem dimidio *t*). quantitas olim uaria.

§. CCCLXV.

Wergeldum *liberi hominis* petunt agnati cædem uindicaturi *u*), *proprii* uero dominus. Illo caſu dicitur **Maegtbot**, hoc *Manbot*, *leudum*, *leudis*. Cui,

§. CCCLXVI.

Quia agnati cædem uindicaturi petunt wergeldum liberi hominis occiſi (§. pr.) conſtabit de cauſa (1) cur, ubi non proximus ſed remotus agnatorum uindicat cædem, huic non illi wergeldum debeatur; (2) cur alius

O 5 wergel-

r) *I. P. S.* II, 16. III, 45.
s) Ib. I, 8.
t) Ib. III, 45. WEHNER *obſ. pr.* u. **Wehrgeld**.
u) *I. P. S.* II, 14. III, 42. WEHNER u. **Manngeld**.

wergeldum petere, alius heredit: adire poſſit, ſicque (3) ex petit wergeldi non conſtet de hered aditione *x*).

§. CCCLXVII.

a quo, &

Wergeldum debet quilibet, qu. *criminis homicidii reus* eſt *y*) pote (a) maritus, qui uxorem adulteram, quam in flagranti cri non deprehendit, occidit *z*), (b ſine cauſa aluit nociuum animal, homo interfectus eſt *a*); (c) q mites moderaminis inculpatæ t tranſiliuit &c. *b*) (§. CCCLVI.). (*lem homicidam* wergeldi debit non eſſe, cum CARPZOVIO *c*), R TERO *d*), BERGERO *e*) ali ſtatuo.

§. CCCLXVIII.

quem in finem illud debeatur?

Wergeldum antiquitus eum nem ſolutum eſt, (1) ut ne ſu

1

x) PFEIL. *conſil.* 23.
y) *I. P. S.* II, 38. 65.
z) CARPZOV *deciſ.* 95. nr. 18. ſeq.
a) THOMAE *de noxa animal.* c. 9.
b) MAVRITIVS *Opuſc.* p. 926. BE *p.* IV. *concl.* 18. nr. 34. ſeq.
c) *pr. crim.* qu. 27. nr. 53.
d) *dec.* 2.
e) p. II. obſ. 109.

rentur inimicitiæ occiſi patris & propinqui *; (2) ut ſit quod æſtuantem agnati animum conſoletur: Quandoque agnati partem wergeldi iubebant eſſe ſolatio occiſi animæ *f*).

* Interim tamen per annum reo non licebat cum agnatis occiſi conuerſari, ne odium ex cæde natum wergeldo ſopitum, recrudeſceret KRESS *comment. ad C. C.* art. 137. §. 2. n. 2. p. m. 450.

§. CCCLXIX.

De wergeldi uſu hodierno in Saxonia hæc notes: (1) Illius *debitor* eſt quilibet culpoſus homicida, quem nulla pœna corporis adflictiua manet *g*), (2) wergeldi *quantitas* XX. imp. abſoluitur *h*), (3) *femina* occiſa dimidio wergeldo æſtimatur; (4) occiſi agnatis deficientibus illius cognati, etiam feminæ *i*), wergeldum petere poſſunt, ubi *necem uindicant k*), neutiquam uero (5) ubi iudex ex officio in homicidium inquiſiuit *l*); (6) qui — Vſus hodiernus.

f) LVNIG *ſpicil. eccl. contin.* 2. p. 307.
g) *p.* IV. *conſt.* 11. HEIL *iud. & defenſ.* c. VI. §. 29. p. 388. MÖLLER ad O. P. S. tit. 36. §. 1. nr. 60.
h) CARPZOV c. l. qu. 34. nr. 24. ſeq.
i) ID. *dec.* 296. nr. 38. ſeq.
k) ZOBEL *p.* IV. *diff.* 32.
l) ID. *p.* IV. *conſt.* 11. *def.* 8. 9.

qui wergeldum ſoluere nequit, eiicitur in exilium *m*); (7) quotquot necarunt, wergeldum ſoluere debent, nec unius ſolutio liberat reliquos *n*).

TIT. XXVIII.

DE LATROCINIO.

§. CCCLXX.

Latrocinii

Latrocinium * eſt cædes hominis a nimo lucrandi facta.

* Latrocinia, quibus rem facere glorioſu ſibi ab initio duxerunt germani (*Elem. Iu Germ.* lib. II. §. 299. *) poſt mordris a numerarunt.

§. CCCLXXI.

Ex qua deſcriptione hanc ſtruo r gulam:

Latrocinium faciunt cædes & nimus lucrandi. Quibus ſi d lus accedat, naſcitur *crimen trocinii* (§. XXXI.).

§. CCCLXXII.

rei qui ſint?

Itaque (1) qui interfecit ſ lucrandi animo, aut ſpoliauit ſ cæde, latro non eſt; (2) latro nio nihil addunt nihil detrahunt

lo

m) Id. c. l. *def.* 7. *pr. crim.* c. q. nr. 46
n) Id. *deciſ.* 100. nr. 11.

locus, ubi cædes ſpe lucri commiſſa *o*), (b) *inſtrumentum*, quo mors ſpoliando accelerata *p*), atque (c) diuerſa uel exigua *quantitas* lucri ſperati & percepti *q*). Quid? quod latro erit, qui ſpe lucri aliquem occidit, ſi uel maxime nihil plane lucri perceperit *r*); (3) *attentati* tantum latrocinii reus eſt, qui minatus cædem, ut eo facilius lucrum, quod ſperat, conſequatur; (4) datur latrocinium ſine crimine.

§. CCCLXXIII.

Fur, qui reſiſtentem occidit, non ut furtiuas res auferret, ſed ut uitæ ſuæ conſuleret, atque aufugeret, criminis latrocinii reus proprie non eſt *s*). **Quis latro criminoſus,**

§. CCCLXXIV.

Qui latronibus auxilium ad ſcelus patrandum neceſſarium dolo malo tulerunt, conſiliumue dederunt (§. XLII.), animo res ſpolio ſurripiendas parti- **illiusque ſocius?**

o) CARPZOV *pr. crim.* qu. 22. nr. 19.
p) DAMHOVDER *pr. cr.* c. 86. nr. 1.
q) MENOCH de *A. I. Q.* lib. II. caſ. 357.
r) CARPZOV c. l. nr. 47.
s) BERGER *Elect. Iurispr. Cr.* p. 114. CARPZ. c. l. nr. 65.

participandi: in eodem reatu ſunt, quo doloſi latrones (§. CCCLXX.).

§. CCCLXXV.

Pœna criminis latrocinii

Criminis latrocinii reos rota contundi * iubet *Carolina Nemeſis t)*, quacum conueniunt *Auſtriaca u)*, *Saxonica x)*, *Tyrolenſis y)*, aliarumque prouinciarum ordinationes.

* Crimen latrocinii, quod ab initio impun erat (§. CCCLXX. *), ſua pœna uindic runt *L. Friſ.* II, 20. *Alam.* XLIX. *Saxo* II, 6. aliæque. Ab illo præſertim temp re, quo Chriſto dederunt nomen, latroc nia habita ſunt illicita, aſt non ubique ſ tim eorum ceſſit effrenis licentia. MEI DERS *de iudic. centenar.* pag. 164. Poſt tempore quo *Spec. Sax.* conditum eſt, trones rota contundebantur *lib.* II. art.

§. CCCLXXVI.

ex quibus cauſis exaſperanda, uel

Quæ pœna ex iisdem cauſis, quibus pœna ſimplicis homicid EXASPERATVR, nimirum (1) in perſonam, cui ſingularis *fides*, *uerentia* atque reſpectus debetur (2) aut in *uia publica*, aut (

t) art. 137. ibique interpretes.
u) N. O. L. O. art. 71.
x) *p.* IV. *conſt.* 5.
y) Tyrol. L. O. lib. VIII. art. 16.
z) GRASS *collat. I. Ciu.* ſect. XVII. §. 826. ſeq. MEVIVS *ad I. Lub.* p. IV. art. 1. nr. 6. ſeq.

ſæpius commiſſum eſt; (4) ubi crimen *concurrit* aliud *a*).

§. CCCLXXVII.

Contra omnis pœna CESSAT, ubi deſunt dolus & culpa. MITIGATVR uero ordinaria (1) ubi nulla *cædes* ſecuta *, aut (2) ſecuta ſine *ſpe lucri;* (3) ubi *culpa* tantum in latrone illiusue ſocio reſidet; (4) ubi latronis ſocius uel cædem uel ſpolium non participat. mitiganda?

* Qui ad actum latrocinii *proximum* dolo peruenit, GLADIO, *C. C.* art. 126. ſin ad *remotum*, ARBITRARIE punitur C. C. art. 178. BERGER *El. Iur. Cr.* p. 114. GRASS *collat. Iur. Ciu.* ſect. XVII. §. 1. p. 828. Ill. BOEHMER *Conſult.* To. II. dec. 1169. nr. 7. dec. 1170. nr. 12 Qui uero, quantum in ſe fuit, delictum conſummauit, ordinariam pœnam ex quorundam ſententia uix effugiet.

§. CCCLXXVIII.

Falſo cauſis pœnam ordinariam mitigantibus a quibusdam annumerantur (1) reiteratio *b*), (c) uſus armorum aut (3) inimicitia cum occiſo defi-

a) BERGER c. l. ſuppl. p. II. obſ. 47. p. 133. Frölich *comment.* über P. H. G. O. p. II. p. 212.

b) Ill. BOEHMER *Conſult.* To. II. dec. 1170. nr. 11.

deficiens, (4) ſpes lucri conciſa, (5) exigua rei lucratæ quantitas, (6) cædes in *priuatis ædibus* patrata *c*), (7) *ſexus* imbecillitas.

§. CCCLXXIX.

Delicta latrocinio ſimilia.

Quia *lucri* nomine ICtis uenit quoduis commodum, uidere mihi uideor cauſam, cur praxis & quarundam prouinciarum leges *d*) latronem habeant (1) qui maritum quendam occidit, quo illius *uxorem* ducere poſſit *e*), (2) qui hominem occidit, ut uel *impunitatem*, uel rem cuius ope ſecure delinquere poſſit, uel aliud conſequeretur (§. CCCLIX, 3.) *f*).

TIT. XXIX.
DE ASSASSINIO.

§. CCCLXXX.

Aſſaſſinium eſt

Aſſaſſinium eſt homicidium (§. CCCXXXVI.) ex alterius mandato pro mercede peractum. Cædem mandans & mercedem promittens in illius euentum ſoluturam *aſſaſſinator* audit

c) Diſſ. REVSNER *lib.* II. *dec.* 16. *nr.* 20.
d) CARPZOV *Vol. Diſp.* p. 599.
e) BERGER c. l. p. 114. Frölich c. l. p. 209.
f) N. O. L. O. art. 71.

dit, *aſſaſſinus* uero, qui ex mandato pro mercede cædem facit.

* Quod nomen petunt ab *Aſſasſinis*, Aſiæ quondam incolis, qui nihil prius nihil antiquius habentes internecione Chriſtianorum, ſæpe pro mercede necarunt chriſtianos, quibus amicos ſe ſimulabant. Quos ubi imitabantur chriſtiani, papa omnium primus ſollicitus fuit de modo quo uindicari debeat homicidium conductitium GRASS *collat. I. Ciu.* ſect. XVII. §. 2. p. 831. GESELL d. *de aſſaſſinio* §. 1. ſeq. THEODORICI *Colleg. Crim.* c. VII. aph. 4. a) Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 12. §. 26. ſeq. De ipſo aſſaſſinii uocabulo uidere potes VOSSIVM *de uitiis ſerm.* II, 2. p. 178.

§. CCCLXXXI.

Quandoquidem aſſaſſinium in homicidiis eſt (§. pr.) magis adpoſite dices (1) eum qui uulnera non lethalia ex unius mandato pro mercede alteri inflixit, aſſaſſinium tantum attentaſſe (§. CCCXXXIX.), (2) nullam rationem habendam eſſe religionis, ſtatus aut conditionis occiſoris uel etiam occiſi (§. CCCXXXVIII, 2.) *, (3) & clam & palam illud committi poſſe, uix autem (4) in partum nondum uitalem, monſtrum &c. (§. CCCXXXVIII, 2.). Homicidium

* Sunt qui aſſaſſinium in *proprium* & *fictum* ſeu *interpretatiuum* diuidunt, ſtatuentes illud in

in chriſtianos ab infidelibus committi LAVTERBACH d. *de aſſaſſ.* §. 10.

§. CCCLXXXII.

ex alterius mandato

Enimuero quum non omne homicidium, ſed illud demum, quod ex alterius mandato pro mercede peractum eſt, dicatur aſſaſſinium (§. CCCLXXX.) conſequitur, ut aſſaſſinus non ſit, qui homicidium peregit (1) ſine *mandato*. Ratihabitio ſubſecuta homicidium, hoc qualificat minime (§. XXX.). Num uero quis (a) praeſens, an per epiſtolam aut nuntium (§. XXIV, a), (b) cædem ipſam aut uulnerationem tantum *g*) (§. CCCLV 6.), mandauerit, perinde eſt.

§. CCCLXXXIII.

pro mercede ſuſceptum.

Sic quoque (2) aſſaſſinus non erit qui quidem ex alterius mandato, tamen nulla *mercede* interueniente, commiſit homicidium, u. c. qui occidit ut complaceret mandanti *h*), ut ſuccederet in occiſi bona, aut lite qu:

g) POTT *de pœna conatus* c. VIII §. 19. DELER d. *de Aſſaſſ.* c. 3. §. 7. Diſſ. FANACIVS *pr. crim.* qu. 123. nr. 139. B GER *E. I. Cr.* p. 113.

h) MATTHAEI *de crimin.* XLVIII. tit. I. nr. 4.

quam cum eo habet, lucraretur *i*) &c. ſi uel maxime peracto homicidio a mandante uiat cum acceperit *k*). Cæterum nihil intereſt (a) merces ſit certa per ſe an per relationem ad aliud, (b) data an promiſſa tantum, hæcque (c) poſt cædem percepta an intercepta *l*), (d) promiſſa magni an parui pretii *m*), (e) in pecunia conſiſtat an re alia æſtimabili. Inde Dd. inferunt, eum etiam aſſaſſinum eſſe, qui homicidium commiſit, ut in huius euentum ſibi promiſſum matrimonium inire poſſit *n*).

§. CCCLXXXIV.

Aſſaſſinorum ſocii & ſatellites ſunt (1) aſſaſſinatores (§. CCCLXXX.), (2) proxenetæ *o*) & interpretes, quorum ope de homine pro mercede occidendo contractum eſt, (3) nuntii, qui literas aſſaſſinatorias detulerunt, (4) qui pecuniam aſſaſſinatoriam ab aſſaſſina- Aſſaſſinorum ſocii.

P 2

i) FOHMANNI d. *de Aſſaſſinio* §. 16.
k) FARINACIVS c. q. nr. 158.
l) CARPZOV *pr. crim.* qu. 19. nr. 45,
m) LAVTERBACH c. d. §. 28. CARPZOV c. q. nr. 40.
n) Id. c. d. §. 27. FOHMANN c. d. §. 21.
o) FEDELER c. d. c. 2. §. 3. ſeq.

ſinatore receperunt, ut eam cæde ſecuta aſſaſſino ſoluerent &c.

§. CCCLXXXV.

In crimen aſſaſſinii

Quia ſine dolo nullum crimen (§. XXXI.) non abs re infero (1) conductam cædem illius, quem cædi permittunt leges aut ſtatuta, uix ſpeciem eſſe criminis aſſaſſinii *p*), (2) in criminoſis aſſasſini ſociis non eſſe qui pecuniam aſſasſinatoriam ignoranter detulit, attamen (3) qui in euentum mandatæ uulnerationis mercedem ſoluere dolo malo promiſit. (§. CCCLXXXII.)

§. CCCLXXXVI.

Statuta pœna

Crimen aſſasſinii ſub mordro *q*) intelligi, & nulla ratione ſexus, conditionis aut dignitatis habita *r*) aſſasſinum rota contundi, aſſasſinatorem capite plecti, & utriusque cadauer rotæ imponi *s*), reliquos uero ſatellites (§. CCCLXXXV.) arbitrarie puniri antiquitus uoluerunt germani & adhuc uolunt hodie.

§. CCCLXXXVII.

p) *Ord. Camer.* de A. 1555. p. II. tit. 9. §. So iemand CARPZ. q. 140. nr. 131.

q) MEINDERS *de iudic. centenar.* c. VI. §. 28.

r) LAUTERBACH c. d. §. 23.

s) *I. P. S.* II, 13. *conſt. el. Sax.* 5. p. IV. C. C. art. 137. ibique interpretes.

§. CCCLXXXVII.

Quia crimen aſſaſſinii creſcit (1) mox exaſperatur, ubi commiſſum eſt in perſonam, cui ſingularis reuerentia debetur, aut (2) inter quam & aſſaſſinum uel aſſaſſinatorem, aliosue ſatellites magna intercedit neceſſitudo, aut (3) uis concurrit publica &c. his caſibus pœna alias dictari ſolita (§.pr.) exaſperatur *. Videlicet reus forcipibus candentibus uritur, aut trahæ iniectus ad ſupplicium rapitur, & quandoque illius ædes diruuntur, earumque loco palus figitur *t*).

* Inde ſimul patebit, cur quandoque ab aſſaſſinatore non maior pœna quam a reliquis ſatellitibus, & quandoque acerbior & ſeuerior ab ipſo aſſaſſino debeat ſumi.

§. CCCLXXXVIII.

Ab ordinaria pœna immunes ſunt mox mitigatur. (1) *aſſaſſinus*, *aſſaſſinator* & *omnes ſatellites*, ubi deficiunt aſſaſſinii qualitates, ut ſi uel nullum mandatum (§. CCCLXXXII.) uel nulla merces interuenerit (§. CCCLXXXIII.), uel cædes ſecuta non fuerit * (§. CCCLXXXI.)

t) GRASS *collat. I. Ciu.* ſect. XVII. §. 2. p. 837. HERTIVS Reſp. 433.

XXXI.) *u*), (2) quiſque, qui dolo carens peccauit (§. CCCLXXXV.); (3) *aſſaſſinator*, (a) qui mercedem generaliter promiſit, nec eam determinauit ullo modo *x*), (b) qui mercedem dare promiſit in euentum illius cædis, quæ ſine mandati interuentu & mercedis promiſſione certo commiſſa fuerit, (c) qui mandatum reuocauit re adhuc integra (§. XXV.) *y*), non uero (d) qui uulnerationem tantum mandauit (§. CCCLXXXV, 3.), (4) *ſatellites* reliqui, qui poſt cædem demum commiſſam auxilium tulerunt, conſiliumue dederunt.

* Cur attentatum crimen aſſaſſinii pro conſummato quidam habeant, equidem non uideo. Neque enim lex neque praxis adeſt illud loquens. Præiudicia, quæ adferri ſolent, de eo tantum teſtimonium perhibent, quod iis, qui aſſaſſinium dolo malo ſunt conati, quandoque capitalis pœna irrogata fuerit. Aſt non omnis pœna capitalis eſt criminis aſſaſſinii ordinaria.

TIT. XXX.

u) POTT c. l. §. 12. FEDELER c. d. c. 2. §. 6. DAMHOVDER c. 83. n. 9. CARPZ. c. q. nr. 52. ſeq.

x) FOHMANN c. d. §. 17. GVAZZINI *def.* IV. c. 13. nr. 8.

y) GESELL d. *de aſſaſſ.* th. 12.

TIT. XXX.
DE PARRICIDIO.

§. CCCLXXXIX.

Parentum & liberorum cædes *parricidium* * audit. Parricidium eſt.

* Hoc uocabulum quandoque in ſenſu latiori ſumitur, quamuis cædem, contra ius ſanguinis pietatemue perpetratam, denotans. *L. Wiſig.* VI, 5, 17.

§. CCCXC.

Vnde hæc ſtruo axiomata:

I. Parricidium in homicidiis eſt.

II. Non niſi in eos, quos uel parentes uel liberos tibi natura dedit, parricidium committere potes.

§. CCCXCI.

Ex primo (§. CCCXC, 1.) facile intelligitur (1) nullam rationem habendam eſſe *modi*, quo quis parentum aut liberorum luce ſit priuatus. Itaque parricida, ſeu, ut alii dicere malunt, infanticida & illa erit, quæ uel ipſa uel per alium z), infanti recens ſibi nato ademit uitam, quod (a) eum in aquam uel latrinam proiece- cædes

z) NAEVIVS d. *de parric. & infant.* p. 27.

Digitized by Google

iecerit, (b) lectoue ſuppoſuerit, aut (c) illius umbilicum non ligauerit *a*), (d) naſumue compreſſerit &c,

§. CCCXCII.

Ex eodem principio fluit (2.) eum parricidam non eſſe, (a) qui aliquem parentum liberorumue ſuorum occidere uolens, illud fecit, ex quo cædes uel plane non uel non neceſſario (§. XXXII, 6.) ſecuta eſt, (b) qui monſtroſum partum necauit (§. CCCXXXVIII, 1.), aut, ex quorundam Dd. ſententia, morti iam uicinum *b*).

§. CCCXCIII.

parentum uel liberorum.

Ex ſecundo (§. CCCXC, 2.) recte colligunt ICti (1) parricidam eſſe (a) qui patri, matri, auo, auiæ, aliisque parentibus ſuis uiolentas lethiferasque manus intulit, (b) qui quendam liberorum ſuorum necauit. Occiſus fuerit teneræ an adultæ ætatis, ex legitimo an illegitimo coitu *c*) procreatus, in poteſtate occidentis adhuc conſtitutus an ſeparatus &c. perinde eſt.

§. CCCXCIV.

a) HARPPRECHT *Reſp.* 35. nr. 34. Diſſ. SCHVLTZ d. *an umbilici deligatio in nuper natis abſolute neceſſaria ſit?*

b) THESSAVRVS *dec.* 13.

c) Streckers d. *de parricid.* §. 12. ſeq.

§. CCCXCIV.

Nec minus inde patet (2) uix parricidam eſſe (a) qui patrem occiſurus occidit extraneum (§. XXXVI.), (b) qui occidit priuignum, nouercam *d*), aut eorum aliquem, quibuscum ſibi uel ciuilis *e*) uel ſpiritualis tantum *f*) intercedit cognatio.

§. CCCXCV.

Parricidium dolo malo perpetratum culleo (§. LXXII, 2.), culpa uero commiſſum extra ordinem puniri iubet Carolus * *g*). Parricidii pœna, tam de I. Carol.

* Huius criminis reos uaria pœna perſecuti ſunt maiores. Plerumque parricidam priuabant bonis mox quibusdam *L. Friſ.* tit. XIX. mox omnibus, *L. Longob.* I, 10. prouti ſcilicet liberos habebat nec ne. *L. Wiſig.* VI, 5, 17. ALEMANNI parricidam, bonis illius fiſco addictis, in monaſterium detrudebant, ut ibi perpetuam ageret pœnitentiam. *L. Alam.* tit. 40. SCHAAFF *ad L. Pomp. de parric.* §. 64. WISIGOTHI a criminoſo parricida ſumebant pœnam talionis *L. Wiſig.* VI, 5, 17. & ſupplicium CAROLVS M. *Capit.* VI, 7. 8. Poſtea Saxonibus & Sueuis pœna L. Pompeiæ æquior uiſa. *gl.* ad *I. P. S.* I, 14. *Spec. Sueu.* c. 231. & pau-

d) NAEVIVS c. d. p. 22.

e) BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* p. 110.

f) CARPZOV *pr. crim.* qu. 9.

g) *C. C.* art. 131.

& paulatim illud inualuit, ut feminæ, ſi quæ infantem interemerint ſuum, uiuæ ſepelirentur & palo transfigerentur. KRESS ad C. C. art. 131. §. 1. n 5. p. 418. ſeq. WAGNERI d. *de ſupplic. parric.* §. 18. Alia parricidia quomodo ſint punita, non omnino conſtat.

§. CCCXCVI.

quam prouinciali,

Nemeſin Carolinam quarundam prouinciarum leges ſequuntur, aliarum uero deſerunt. Scilicet *Saxonicum h*), *Brandenburgicum i*), *Dithmarſicum k*) aliaque iura culleum, *Auſtriacum l*) rotam, *Tyrolenſe m*) uero *Wurtenbergicum n*) & *Salisburgenſe o*, gladium minantur matribus infanticidis. Ius *Mulhuſinum p*), inter infanticidas diſtinguens, iubet patrem forcipibus candentibus diſtractum capite truncari, matrem uero culleo inſui. *I. P. Badenſe*

h) *dec. elect.* 78.

i) MYLIVS *Corp. Conſtit. March.* p. II. ſect. 3. nr. 42. 48.

k) KRESS ad c. art. p. 420.

l) N. O. L. O. p. II. *art.* 65. FROELICH *comment.* über P. H. G. O. II, 2. pag. 298. ſeq.

m) Tyrol. L. O. lib. VIII. art. 42.

n) LAVTERBACH *diſſer.* 20. n. 6. GRASS *collat. I. Ro.* ſect. 17. §. 3. p. 851. ſeq.

o) BLVMLACHER ad art. 131. nr. 1.

p) Mülh. *Statuta* V, 15, 4.

denſe q) maſculos rota, feminas uero uel gladio uel culleo perſequitur.

§. CCCXCVII.

Parricida qui culpa pariter atque dolo caret, ab omni pœna immunis eſt (§. LXI, 2.). Itaque non poteſt non impune abire, qui (a) caſu *r*), aut (b) ex inſania *s*), aut (c) in ſumma ebrietate conſtitutus, aut (d) ex mandato illius, cui parere debebat, aut (e) permittente lege &c. quendam parentum liberorumue ſuorum necauit. *Patri* autem permittunt leges necare *filium*, patriæ proditorem *t*), & *filiam*, quam in flagranti deprehendit adulterio (§.CCCXLVI.b.) *u*). Sic quoque mores legesque nullam pœnam repoſcunt ab eo, qui extrema famis neceſſitate ductus quendam liberorum ſuorum mactauit, mactatumque comedit. Ceterum hic notes uelim, nulla lege fundari *r*) regulam: *Ex quibus cauſis pater filium exheredem ſcribere poteſt, ex* **mox ceſſat,**

q) 𝕷. 𝔛. VII, 18.
r) SCHOEPFF d. *de infantic. præf.* §. 1.
s) BILDERBECK d. *de parricid.* §. 25.
t) MEESTER d. *de parricid.* §. 24.
u) BILDERBECK c. d. §. 26.
x) MATTHAEI tr. *de crimin.* p. 532.

ex iisdem eum interficere poteſt ſine parricidii crimine.

§. CCCXCVIII.

mox mitigatur.

Non quidem omni culpa, dolo tamen, deſtituti uidentur mihi (1) qui occiderunt, quos in parentibus liberisque ſuis eſſe probabiliter ignorarunt *y*), aut bicipites uel monſtroſos habuerunt *z*); (2) qui impetu *a*), aut (3) iuſto dolore moti *b*), aut (4) modum caſtigationis excedentes (§. CCCLVI.) aut (5) ex incuria *d*), aut (6) ad doloſas aliorum incitationes *e*) ſuos necarunt liberos; (7) qui filiam occidit, ut ne ſtuprum pateretur *f*); (7) quæ a patre nimis coacta partum recens natum occidit *g*).

§. CCCXCIX.

Itaque parricidam defenſurus (1) parri-

y) NAEVIUS c. d. p. 20. ſeq.
z) Id. c. d. p. 33. ſeq.
a) BILDERBECK c. d. §. 28.
b) WERNHER *p.* III *obſ.* 150.
c) CARPZOV *p.* IV. *conſt.* 3. *d.* 12.
d) KRESS ad art. 131. §. 1. nr. 5.
e) BERLICH *p* IV. *concl.* 7.
f) BILDERBECK c. d. §. 29.
g) WITTUM *conſil.* 4.

parricidii attentati (§. LXXXIX.) *h*), (2) cædis per accidens ſecutæ (§. CCCXCII.), (3) culpæ minoris (§. CCCXCVIII. 2.), (4) cognationis ſpiritualis tantum, aut (5) ciuilis (§. CCCXCIV. b.), (6) incertæ filiationis (§. CCCXCVIII. a) aliasque exceptiones opponere, & ſic, ut pœna ordinaria mitigetur, facere poteſt.

§. CCCC.

Contra, ubi crimen parricidii crudeli quodam modo, aut ſæpe, peractum eſt, pœna ordinaria (§. CCCXCV.) exaſperatur. Ex diſpoſitione Nemeſeos Carolinæ *i*) mater infanticida uiua ſepelienda & palo transfigenda eſſet; aſt praxis hodierna ordinariam pœnam exaſperat tantum forcipibus candentibus uel tractione reæ ad locum ſupplicii. **mox exaſperatur.**

§. CCCCI.

Qui parricidæ fuerunt a conſiliis, auxiliumque tulerunt, ſunt quidem illius ſocii, aſt crimen non participant eodem modo, ubi inter eos & occiſum cognatio deeſt. Quo igitur caſu **Parricidarum ſocii.**

h) CARPZ. *pr. crim.* q. 17.
i) art. 131.

caſu eos non parricidii, ſed homicidii pœna perſequerer. *k*).

§. CCCCII.

Affinia parricidii.

Qui coniugem, fratrem, ſororem, aliamue perſonam, quacum ſibi ob conſanguinitatem uel adfinitatem nullæ nuptiæ, occidit dolo malo, grauiori quidem pœna quam rei criminis homicidii, non tamen eadem, qua criminoſi parricidæ, plectendum eſſe iudico (§. LXII, b.) *l*).

§. CCCCIII.

Iudicium ciuile.

Qui in occidendo coniuge, fratre alioue cognato transgreſſus eſt limites moderaminis inculpatæ tutelæ in occiſi bona & iura non ſuccedit, alias ſibi quærenda *m*).

TIT. XXXI.
DE
EXPOSITIONE INFANTVM.

§. CCCCIV.

Expoſitio infantum an capitalis?

Qui recens natum, ut pereat, abiecit, aut loco ſolitario uel hyemis

k) Diſſ. NAEVIVS c. d. §. 27. ſeq.
l) Stricker c. d. c. 3.
m) *I. P. S.* III, 84.

mis tempore expoſuit (§.CCCXXXIX, 4.) de cæde ſi qua ſequuta eſt, tenetur (§.XXXII, b.), * *n*). Vnde mox culeus (§.CCCXCV.) **, mox gladius (§.CCCLVIII.) eum perſequitur.

* Ex quibus rationibus olim permiſſum fuerit, infantes exponere, diſquirunt RHEGINO lib. II. c. 68. ZANG d. *de expoſitione infant.* §. 68. ſeq.

** Hæc pœna obtinet ſiue parentes ipſi, ſiue per alios hoc facinus perpetrauerint (§.XLII.).

§. CCCCV.

Quia capitalis pœna tunc demum obtinet, ubi de expoſitione, exponentis animo occidendi, & cæde ſequuta conſtat (§, pr.): ſequitur, ut extra ordinem puniendi ſint (1) qui infantem mortuum *o*) abiecerunt, aut (2) uiuum ante fores ſtupratoris, exponendo tradiderunt morti; (3) qui alimentis deſtituti recens natum in loco publico, ad aliorum miſericordiam alliciendam *p*), ita expoſuerunt, ut is non niſi per accidens perierit (§. XXXII, 6.); (4) quorum doloſo conſilio non reſpondit euentus, dum expo- Quando ceſſet capitalis pœna?

n) *C. C. C.* art. 132.

o) CARPZOV *de infant. expoſ.* p. II. §. 13. nr. 3.

p) MYLIVS ad BEYERVM p. 248. poſ. 18.

expoſitum infantem, a morte liberarunt alii *q*.) Hodie fuſtigantur *r*) ſi ſpeciem facti nr. 1. allatam exceperis.

§. CCCCVI.

Iudicium ciuile.

Eos, qui infantem expoſitum ſeruarunt, impenſas, ſi quas propterea fecerint, ab expoſitionis auctore repetere poſſe, iuris *s*) & æquitatis eſt.

TIT. XXXII.

DE

ABORTV PROCVRATO.

§. CCCCVII.

Abactio fœtus

Procuratio abortus dicitur quælibet actio *t*), qua fœtus humanus in utero matris latens expellitur *.

* Hoc delictum in Germania frequentari cæpit, ex quo Italorum peſſimum uiuendi genus corrupit probos mores noſtrorum maiorum. Primi illud cognouerunt Wiſigothi.

§. CCCCVIII.

animati

Fœtus ille uel *uitalis* eſt uel *nondum uitalis* *u*). Tempus, a quo fœtus uitalis

q) C. C. c. art. ibique ZIERITZ.

r) BERGER *El. I. Crim.* p. 111.

s) *L. Wiſigoth.* IV, 4, 1.

t) CARPZOV *pr. crim.* qu. 11. nr. 20. ſeq. FROELICH c. l. p. II. p. 192. 2.

u) BALVZ. *Capitul.* To. I. p. 82. 116. C. C. C. art. 133.

talis cenſeri debeat, non determinat Carolus, nec idem ponunt ICti *x*). Statim a lapſu dimidii temporis, per quod femina grauida eſſe ſolet, uentrem uiuere præſumunt *Saxonicæ y*), *Auſtriacæque* z) leges; *Mulhuſina a*) uero ſtatuta præterlapſis a conceptione quinque menſibus. Quia uero de ſignis conceptionis, &, quod inde ſequitur, de termino a quo, non omnibus omnino conſtat feminis, ſicque in computando grauiditatis tempore facilis committi poteſt error; alicubi illud tantum quæritur: num fœtus in utero ſe mouerit, nec ne?

§. CCCCIX.

Ab eo qui fœtum uitalem (§. pr.), ut periret, expulit (§.CCCCIV.) ſupplicium * ſumitur *b*). Scilicet, ubi extraneus eſt, ut homicida, ſin mater, impraegnator aut alius quis aſcendentium, ut parricida punitur. capitalis eſt,

* Olim

x) POECKEL d. *de crim. partus abacti* c. 3. §. 29.
y) *p.* IV. *conſt. elect.* 4.
z) N. O. L. O. art. 66. §. 6.
a) V, 15, 3.
b) *C. C.* art. 133.

* Olim pœna pecuniaria erat *L. Alamann.* XCI. *Baiuu.* VII, 8. ſeq. *L. Longob.* I, 19, 25. Soli Wiſigothi quærebant: num poculo an ictu partus abactus fuerit? illo caſu capitalem, hoc uero pecuniariam pœnam ſtatuentes. *L. Wiſig.* X, 3, 1. 2.

§. CCCCX.

Quando pœna ceſſet, mitigetur aut

Vbi femina caſu fortuito, aut eum in finem procurauit abortum, ut effugeret mortem, a qua alio modo liberari non potuit *c*), omnis pœna ceſſat; ordinaria uero leuior petitur ab iis (1) qui fœtum expellere non potuerunt, aut (2) expulerunt quidem, aſt nondum uitalem; (3) qui eo procurarunt abortum, quod prægnanti feminæ per incuriam, laſciuiam, iuſtoue dolore moti uim fecerint *d*), aut (4) poculum abortionis, quod non ſatis intellexerunt, propinauerint, aut (5) grauidam coniugem ob neglectam œconomiam baculo percuſſerint *e*); (6) quæ adhuc

c) MYLIVS ad BEYERVM c. art. poſ. 15. BECKER de *παιδιοκτονια inculpata ad ſeruandam puerperam* §. 49. 65. SCHROETERI d. *de iure matris circa liberos ſanguinolentos* §. 70.

d) KRESS ad c. art. §. 2. not. 2.

e) NAEVIVS d. *de infant. & parric.* pag. 34. ſeq.

huc minorennis, aut (7) minis uel doloſis perſuaſionibus patris ducta *f*), aut (8) ignorans fœtum uiuere, aut (9) ut a morbo gallico liberetur *g*), procurauit abortum.

§. CCCCXI.

Contra ordinaria grauiori pœnæ locus eſt, ubi (1) crimen abortus interueniente pecunia patratum *h*), aut (2) cum internecione grauidæ coniunctum eſt. exaſperetur?

§. CCCCXII.

Qui uenenum aut medicamentum abortiuum præpararunt, aut præparatum grauidæ dari, uel ab ea hauriri mandarunt, conſuluerunt &c. ſi dolo malo egerint, ut principales rei puniuntur, habita tamen ratione cognationis inter eos & fœtum abactum intercedentis nec ne. Socii.

§. CCCCXIII.

Qui commodum moraliter certum per abactionem partus eripuit cuidam feminæ, illud penſare tenetur *i*). Iudicium Ciuile.

Q 2 TIT.

f) N. O. L. O. art. 66. §. 13. FROELICH lib. II. tit. 13. n. 6.
g) MYLIVS c. l. poſ. 14.
h) FROELICH c. l. nr. 9.
i) KRESS ad art. 133. C. C. §. 7.

TIT. XXXIII.

DE PROCVRATA STERILITATE.

§. CCCCXIV.

Procuratæ ſterilitatis reos

Carolus denique homicidii reos eſſe fingit, quotquot ſpem prolis eripuerunt, utpote (1) qui, quo minus coirent coniuges, fecerunt malis medicamentis, effaſcinationibus, incantationibus, aliisque artibus magicis *k*); (2) qui maſculum caſtrarunt, eique uirgam & neruos torpere, aut uaſa ſemen ferentia ſiccari fecerunt; (3) femina, quæ ſe ipſa ſterilem reddidit, ſiue hoc explendæ libidinis ergo, ſiue ex odio, ſiue ex alia cauſa fecerit.

§. CCCCXV.

quæ pœna de I. Carolino, &

Ab his (§. pr.), ſi dolo malo egerint, ſupplicium ſumi iubet Carolus * *l*). Itaque (1) medicus, qui medicamento ſuo conceptionem procuraturus procurauit ſterilitatem, (2) femina, quæ medicamento, quod ſumſit

k) DELRIO *diſquiſ. mag.* lib. III. p. I. q. 4. ſect. 8. p. 417. SIMON *de impot. coniug.* c. 6. th. 4.

l) *C. C.* art. 133.

ſumſit uim procurandæ ſterilitatis ineſſe, plane ignorauit; & (3) qui maſculum caſtrauit ad præceptum ſui principis &c. quum dolo careant, uix ſunt plectendi capite.

* Dictum facinus maiores noſtri ſola pecunia compoſuerunt. *L. Sal.* XXXII, 17. *Ripuar.* tit. VI XXVII. *Longob.* I, 7, 18. *Alamann.* LXV, 28. 29.

§. CCCCXVI.

Quia uero hominem occidere, &, ne ille naſcatur, prohibere, differunt, atque corpus delicti, peremtam prolis futuræ ſpem concernens nimis dubium eſt: iudicant rerum forenſium Dd. *m*), reum criminis procuratæ ſterilitatis non niſi arbitrarie, & ad ſummum fuſtigatione coercendum eſſe. praxi hodierna maneat?

TIT. XXXIV.
DE VENEFICIO.

§. CCCCXVII.

Veneficium eſt homicidium (§. CCCXXXVI.) ueneno paratum. In ueneficii

§. CCCCXVIII.

Vnde facile patet (1) eum, qui tantum parauit aut uendidit uenenum reos

Q 3 malum,

m) BEYER ad c. art. poſ. 9. ſeq. BERLICH *p.* IV, *concl.* 8. nr. 58. ſeq.

malum, ueneficum non eſſe; (2) ueneficium a quouis in quemuis hominem quocunque ueneno noxio committi poſſe (§. CCCXXXVIII.); (3) attentaſſe ueneficium, qui illud fecit uenenum, ex quo mors uenenati uel plane non uel per accidens tantum (§. CCCXLIV, 2.) ſecuta eſt *n*); (4) ueneficii ream non eſſe, quæ picem ſutoriam alicui in iuſculo dedit *o*).

§. CCCCXIX.

criminoſos Quia ſine dolo nullum crimen (§. XXXI. ſeq.) criminis ueneficii accuſare uix poteris, quotquot caſu, uel ex neceſſitate uel furoris tempore aliquem ueneno ſuſtulerunt. Contra dolo quidem non tamen culpa uacant, ſicque quaſi criminis ueneficii rei ſunt: (1) qui illud propinauit poculum, cuius uim aut quantitatem probe non cognouit, (2) qui uiuum argentum aliudue, quod ex medicorum ſententia noxium non eſt, aut (3) illud, quod omnes noxium habent ad licitum finem *p*), uel (4) impru-

n) GRASS *collat. I. Ciu.* ſect. XVI. §. 3. p. 809.

o) HOMBORG R. 88.

p) OLDEKOP. *obſ. crim.* IV, 3.

prudens *q*) alicui præbuit, ſicque mortem parauit; (5) qui ueneno, quod temere tractauit, aliquem occidit.

§. CCCCXX.

Criminis ueneficii reos, ubi maſculi ſunt, rota contundi, ſin feminæ, in aquis extingui * iubet Carolus *r*). quæ pœna Iure Carolino &

* Veneficium maiores noſtri componebant pecunia. *L. Sal.* XXII, 1. *L. Ripuar.* LXXXIII, 1. 2. *L. Longob.* I, 9, 6. 7. Wiſigothi uero, & quoque Longobardi poſt Henrici tempora, de uenenariis homicidis ſumebant ſupplicium. *L. Wiſig.* VI, 2. 2. *L. Longob.* I, 9, 39. Media ætate hoc homicidium ſub MORDRO comprehenſum eſt. Quod ueneficos, de quibus hic loquimur, pœna uiuicomburii manſerit, non ſatis conſtat ex *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 115.

§. CCCCXXI.

In *Saxonia* criminis ueneficii reus, cuiuscunque ſexus ſit, rota contunditur *s*). In *Auſtria t*) & AEp. *Saliſburgenſi u*), maſculorum crura rota ſuffringuntur, feminarum uero capita amputantur. prouinciali ſtatuta?

Q 4 §. CCCCXXII.

q) HOFFMANN *conſult. med.* To. I, p. 35. 251. WERNHER *p.* X. *obſ.* 444.

r) *C. C.* art. 130.

s) CARPZOV *pr. crim.* qu. 20. nr. 22.

t) N. O. L. O. art. 72.

u) BLVMLACHER ad c. art. nr. 1.

§. CCCCXXII.

Quæ hanc exaſperent; Quoties crimen ueneficii (1) ſæpius reiteratum (§. LIV, 5.) aut (2) mediante actu quodam religioſo (§. eod. nr. 2. 6.), (ut ſi quis uenenata hoſtia necatus fuerit *x*)), aut (3) in perſonam ſanguine uel alia neceſſitudine iunctam (§. LV.), commiſſum eſt, toties ordinaria pœna (§. CCCCXX. ſeq.) exaſperatur, dum ad mortem condemnatus uel trahæ imponitur, uel candenti forcipe uellicatur. Quid? quod ueneficus, in cuius parentum uel liberorum numero fuit ueneno necatus, inſuitur culeo *y*).

§. CCCCXXIII.

mitigentur. Contra ordinaria pœna ceſſat uel mitiganda eſt (1) ubi bruta tantum ueneno ſunt necata; (2) ubi cædes uel plane non uel non ex ueneno ſecuta eſt z) (§. CCCCXVIII.); (3) ubi culpa tantum in ueneficо reſidet (§. CCCCXIX.). &c.

CCCCXXIV.

x) MYLIVS ad BEYERVM p. 235. poſit. 19.

y) FROELICH *comment.* über P. H. G. O. lib. II. p. 217. CARPZOV c. q. n. 41. ſeq.

z) THEODORICI *Iud. Crim.* pag. 996. CARPZOV c. q. nr. 33. Diſſ. POTT *de pœna conatus* c. VIII. §. 37. p. 125. ſeq.

§. CCCCXXIV.

Qui hominis necandi cauſa uenenum uendidit, de damno, ſi quod ſecutum eſt, tenetur (§. XXXII, 6.). Illius uero, qui promiſcue, notis & ignotis, uenena uendidit, pœna nimis uariat *a*). Quid iuſtum ſit circa eos, qui ueneficium mandarunt, conſuluerunt &c. res per ſe clara eſt. Veneficorum focii.

§. CCCCXXV.

Qui *paſcua, cereuiſiam, fontes &c.* ueneno infecerunt *b*), ſi eo damnum dederint hominibus, in Saxonia ignem *c*), extra eam uero gladium *d*) habent uindicem; ſin nulli homini attulerint damnum, obtinet pœna arbitraria *e*). Sic lanionem, qui ſciens infectas oues mactauerat uendideratque, ſed iis nemini nocuerat, fuſtigandum cenſuerunt Ienenſes *f*). Qui Praxis hodierna.

a) Dd. ad C. C. art. 37.

b) Kohrs Haush. R. p. I. p. 833. STRVV. d. *de iure paſc.* th. 44.

c) p. IV. conſt. 18. ibique CARPZOV *def.* 1. & *pr. crim.* qu. 21. nr. 30. ſeq. BERLICH *p.* IV. *concl.* 26.

d) KRESS ad art. 130. §. 5.

e) ENGELBRECHT d. *de maleſ. ſept.* c. 7. §. 42. *I. P. Bad.* VII, 68.

f) Rohr c. l. p. 904.

amoris conciliandi gratia uenenum dedit, ſecuta morte relegatur uel fuſtigatur, prout amorem licitum aut illicitum *g*) quæſiuit. Eum, qui *perpetuum morbum* u. c. dementiam ueneno cauſatus eſt, gladio plectendum eſſe ſunt qui ſtatuunt *h*).

TIT. XXXV.
DE
HOMICIDIO PRODITORIO.

§. CCCCXXVI.

Homicidii proditorii

Homicidium proditorium præter aſſaſſinium (§. CCCLXXX.) & ueneficium (§. CCCCXVII.) ſignificat quoduis homicidium per eas inſidias factum, quæ præuideri & præcaueri non potuerunt.

§. CCCCXXVII.

reus

Inde ſequitur, ut homicida proditor ſit, qui u. c. ſocium itineris, hoſpitem ſuum, uel alium, quocum familiariter conuerſatus eſt &c. nefarie occidit *i*).

§. CCCCXXVIII.

g) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 113.
h) KRESS ad c. art. §. 4. nr. 2. GRASS c. l. p. 811. WAGNER d. *de ueneficii ſiue homicidii per uenenum attentati, in caſu, ubi mors ipſa non ſecuta, pœna capitali.* CLASEN ad art. 137.

§. CCCCXXVIII.

Qui dolo malo homicidium proditorium commiſit, rota contunditur *k*). Iure Auſtriaco ii, qui ſub ſpecie mendicitatis cædem commiſerunt, forcipibus candentibus dilacerati in 4. partes ſunt ſecandi *l*). qua pœna adficiatur?

TIT. XXXVI.
DE AVTOCHIRIA.

§. CCCCXXIX.

Autochiria eſt actus, quo quis ſibi ipſe uiolentas manus infert. Qualem qui dolo malo ſeu ex reproba cauſa ſuſcepit, *criminis autochiriæ* reus eſt. De autochiria.

§. CCCCXXX.

Itaque (1) qui mente capti, furore agitati, atræ bilis anguſtiis preſſi, extremi doloris metu perculſi *m*), ſtulta ſimplicitatis opinione ducti mandato principis ſeuero parentes &c. ſibimetipſis mortem conſciuerunt, itidem (2) qui rerum naturalium earumque uirtutum ignari uenena deglu- reis

k) BOEHMER *El. Iur. Cr.* ſect. 2. §. 220.
l) GVARIENT. *Cod. Auſtr.* p. 692.
m) BOCRISII d. *de eo quod iuſtum eſt circa ſepult. propricid.* §. 26.

glutiuerunt, nec non (3) qui ut reipublicæ aut aliis inſeruirent, uitam ſuam conſumſerunt, & breuiorem reddiderunt *n*) &c. criminis autochiriæ accuſari nequeunt.

§. CCCCXXXI.

criminoſis

Contra iſtius criminis rei erunt, qui pœnarum promeritarum metu, temeritate, irrationabili diffidentia aliaue reproba cauſa ducti interitum ſibi pararunt ipſi *o*).

§. CCCCXXXII.

quid leges

Nullam pœnam propricidis ſtatuunt antiquæ leges, ſpecula & Nemeſis Carolina *p*). Hæc enim diſponit tantum: ne quis ſua ipſius cæde interuertat legitimam bonorum ſuorum confiſcationem.

§. CCCCXXXIII.

moresque ſtatuant?

Interim tamen moribus inualuit, (1) ut criminoſi propricidæ (§. pr.) cadauer uel per feneſtras deiiciatur, uel ſub

n) GERHARD d. *de crimine & pœnis propricidii* §. 4. ſeq.
o) IDEM c. d. §. 10. ſeq.
p) art. 135.

ſub domus limine extrahatur *q*), & dein, (2) uel aſinino more ſepeliatur uel ad locum ſupplicii rapiatur *r*), prouti cauſa propric.dii eſt capitalis pœnæ metus, aut quid a[illegible]d reprobi. Notes enim (3) eum [illegible] metu pœnæ in crimen, cuius i[illegible] confeſſus & conuictus eſt, ſtatutæ ſe occidit, mortuum quoque pro grauitate criminis commiſſi uel diſcindi uel in furca ſuſpendi uel rotæ imponi uel comburi * &c. ſolere *s*).

* Sunt, qui *gloſſæ* ad *I. P. S.* II, 3. fidem habentes ſtatuunt, criminis propricidii pœnam olim combuſtionem fuiſſe. Equidem cum ignaris ſcio, an hæc pœna, quæ hodie in Ep. Herbipolitano a criminoſis propricidis ſumi dicitur, (KIRCHGESNER *tribun. nemeſ. iuſte iudicantis* p. 227.) olim obtinuerit?

§. CCCCXXXIV.

Quia diſpoſitio Nemeſeos Carolinæ eo tendit, ut ne propricidio impediatur bonorum confiſcatio (§. CCCCXXXII.) *t*) ſequitur, ut qui (1) con-

An bona propricidæ fiſco addicenda?

q) *L. Goslar.* ap. LEIBNIT. To. III. p 501. LVDOVICI d. *de iure carnif. in bona propricidarum* §. 3. ſeq.

r) FALCKNERI d. *de Autochiria* c. 3. th. 3.

s) ID. c. l. th. 6. DOEPLER Schaupl. der Leibs= und L. St. p. II. c. 21. n. 33. ſeq.

t) THEODORICI *Iudic. Crimin.* p. 1636. ſeq.

confeſſus & conuictus criminis, cuius pœna in confiſcandis bonis non conſiſtit, aut (2) reus quidem, ſed nondum accuſatus criminis perduellionis aliusue, quod confiſcationis bonorum pœna manet &c. ſe occidit, illius bona non cedant fiſco. Itaque noſtris moribus quilibet propricida teſtamentum condere poteſt, &, eo non condito, bona ſua in legitimos heredes transfert *u*). In Comitatu tamen *Tyrolenſi x*) criminoſorum propricidarum bona mox in totum mox in tantum fiſco addicuntur.

§. CCCCXXXV.

Henckers-Geld.

Non ſolum carnifici mercedem ſuam ſoluere, ſed & omnes ſumtus, ad transportandum propricidæ cadauer neceſſarios, facere tenetur iudex *y*), qui tamen quas fecit expenſas, ex hereditate propricidæ, ſi hæc ſoluendo eſſet, repetere poteſt *z*).

§. CCCCXXXVI.

Ius carnificis in bona propricidæ.

Conſuetudo, qua carnifex ea omnia

u) *I. P. S.* II, 31. *Weichb.* art. 26. GERHARD c. d. §. 38. LVDOVICI c. d. §. 11.

x) FROELICH. *comment.* über P. H. G. O. p. II. p. 243.

y) BEIER *de expenſ. execut. criminal.* nr. 301.

z) MYLIVS ad BEYERVM art. 135. poſ. 25.

mnia, quæ in loco commiſſi propricidii ſtans mucrone gladii ſui attingere poteſt, ſibi uindicat *a*), uniuerſalis non eſt. Hinc carnifex ad eam prouocans, probare debet, iſtam antiquitus uiguiſſe & adhuc uigere in loco commiſſi propricidii *b*). Quid? quod præter *Conſt. Magd.* *c*) ſtatuit LVDOVICI *d*) hanc conſuetudinem, ſi uel maxime probata fuerit, tamen rationi difformem & ſic deſerendam eſſe.

§. CCCCXXXVII.

Poena propricidii dolo malo attentati.

Qui ex conſcientia ſceleris, uel alia cauſa reproba, attentauit propricidium, relegatione aut carcere punitur. Fuſtigatur autem femina, quæ ſibi prægnanti manus uiolentas inferre attentauit *e*). Militem, propricidii dolo malo attentati reum, capite plectendum eſſe plures ſtatuunt *f*).

§. CCCCXXXVIII.

a) DOEPLER c. l. p. I. p. 583.
b) CARPZOV *pr. crim.* q. 2. nr. 32. FALCKNER c. d. th. 9. LVDOVICI c. d. §. 14. ſeq.
c) Magd. Pol. O. c. 76. §. 4.
d) c. d. §. 22. ſeq.
e) STRYK *V. m. ff.* tit. *de bonis eorum, qui ante ſent.*
f) CARPZOV c. q. nr. 25. ſeq. BEHAIMB *mil. delinq.* obſ. 4.

§. CCCCXXXVIII.

Propricida non crimi-noſus.

Qui ex phreneſi aut alia animi imbecillitate ſibi mortem appropinquauit, aut ſaltem appropinquaſſe uidetur, ad marginem cæmeterii ſine pompa funebri ſepelitur *g*).

TIT. XXXVII.

DE INCENDIO.

§. CCCCXXXIX.

Incendium

Incendium eſt actus, quo quis ædificiis uel aliis rebus ignem ſubiicit periculoſum.

§. CCCCXL.

qui fecerunt

Itaque (1) incendiariis annumerari nequeunt, qui incendium minati ſunt h. u. ſie wolten dem andern einen rothen Hahn aufs Hauß ſetzen; (2) non niſi *attentati* incendii rei erunt, (a) qui materiam ad ignem concipiendum aptam ædibus ſubiecerunt, aut (b) quam alii ſubiecerunt, flammas mox extinctas concipere fecerunt *h*); (3) incendii conſummati accuſari poſſunt, quotquot fecerunt, ut ædes arderent. Vt

g) BERGER *Elect. Iur. Cr.* ſuppl. p. II. obſ. 104. p. 296.

h) THEODORICI *Iudic. Crim.* c. VII. aph. 8.

Vt (a) hæ conſumtæ fuerint *i*), utue flamma omne illud abſumſerit, quod incendiarius perire uoluit, ad delictum incendii minime requiritur. Itaque (b) damni dati quantitatem leges non reſpiciunt.

§. CCCCXLI.

Qui incendium (§. CCCCXXXIX.) fecerunt (§. CCCCXL.); uel ueri uel qu. uel nullius criminis rei ſunt, prouti uel dolo malo, uel culpa, uel ſine dolo & culpa egerunt. *Iſti* uiui comburuntur *k*), *illi* extra ordinem puniuntur; *hi* ab omni pœna tuti ſunt. Illud denique adhuc notes uelim, quod interpretes uiuicomburio tunc demum dent locum, ubi ex igne ſubiecto integræ cuidam ciuitati imminuit periculum. non eadem adficiuntur pœna.

* Olim incendiarii nonniſi reſtituebant damnum igne datum, atque ſoluebant compoſitionem, *L. Sal.* XVIII, 1. *Alemann.* LXXXI. *Anglion.* VIII. *Friſon.* VII. *Baiuuar.* IX, 1. ſeq. quæ maior erat, ſi homines ſimul perierant *L. Ripuar.* VI. aut domus in urbe ſita incenſa fuerat. *L. Wiſig.* VIII, 2, 1. Grauiorem uero pœnam ſtatuerunt *edictum Theodorici R.* & *L. Saxonica.* *Illud* enim ſeruos

i) WERNHER *p.* IX. *obſ.* 176.
k) *C. C. C.* art. 125.

uos incendiarios flammis tradi, *hec* autem doloſos incendiarios cuiusuis generis uita priuari iubet. *L. Wiſig.* c. l. *Saxon.* V, 2. Media ætate inter Brenner & Mord-Brenner diſtinguebatur, quorum illi rota, hi gladio puniebantur *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 114. De eo, quinam fuerint Mordbrenner? diſſentiunt Dd. Alii clandeſtinos, alii mercede conductos incendiarios, alii eos, qui prædæ cauſa incenderunt, intelligunt. Cur multis hunc diſſenſum Dd. diſcuterem, certe non eſt, quum neque C. C. neque praxis laudatam incendiariorum diſtinctionem adprobet.

§. CCCCXLII.

Alii nulla, Itaque ab omni pœna immunes erunt (1) ſeptennio minor, furioſus, ui maiori compulſus &c. ubi incendium fecerunt; (2) ſub auſpiciis principis militantes, ubi ædes hoſtium, aut (3) ob urgentem ſalutem publicam, ſuburbium proprium incenderunt.

§. CCCCXLIII.

alii extraordinaria Ex eodem (§. CCCCXLI.) porro conſtat (4) extraordinaria pœna adficiendos eſſe, (a) qui *culpa* ædes incenderunt, ut ſi (α) ignem, prout decet, non cuſtodiuerint, (β) materiam combuſtibilem prope locum, ubi quotidie ignis alitur, poſuerint, (γ) globis columbam petentes tectum

ctum aliquod ſtramineum incenderint, (δ) loco non congruo ignem ſuſcitauerint &c. (b) qui delirantes *l*), aut inſigniter ſtupidi ignem elicuerunt incendiumque fecerunt.

§. CCCCXLIV.

Quia ex mente legis Carolinæ ſufficit ignis periculoſus, nec interpretes plus requirunt, quam ignem, qui integræ cuidam ciuitati periculo futurus eſt (§. CCCCXLI.): colligere licebit (1) cur uiuus non comburatur, qui caſam aut tabernam ab aliis ædibus longe remotam incendit *m*); (2) cur quandoque is, qui horreo ſubiecit ignem, pœnam uiuicomburii ſuſtinere debeat; (3) cur nihil interſit, in uilla, pago an urbe incendium factum ſit; (4) ignis propriis an alienis ædibus ſubiectus fuerit &c. alii ordinaria adficiuntur,

§. CCCCXLV.

Pœnam ordinariam *qualificandam* putat GRASS *n*) (1) ſi alia *concurrant crimina*, (2) ſi quis ui *pacti cum hoſtibus initi* incendium fecerit. Aſt quæ mox exaſperanda

R 2 praxis

l) CARPZOV *pr. crim.* qu. 39. nr. 10. & *lib.* VI. *Reſp.* 9.
m) BEYER ad cit. art. *poſ.* 6.
n) *collat. I. Cin.* p. 786.

praxis in his caſibus pariter atque in reiterato incendii crimine, qualitatem pœnæ ordinariæ reſpuit.

§. CCCCXLVI.

mox mitiganda eſt. Contra pœna ordinaria mitigatur (1) ob incendiarii *minorennem ætatem a)*, (2) *ſimplicitatem p)*, (3) *pœnitentiam* cum celerrima ignis extinctione coniunctam *q)*; (4) ubi incendium *attentatum* *, aut (5) *culpa* tantum commiſſum (§. CCCCXLIII.) eſt; (6) ubi nullum integræ ciuitati imminuit *periculum* (§. CCCCXLIV.): neutiquam uero (7) ob delinquentis *ſexum* ſequiorem, aut (8) *nobilitatem* auitam; (9) ob *damni* ** igne dati *reſarcitionem r)*, aut (10) *transactionem* ſuper eo initam; (11) ob qualitatem domus, quæ incenſa eſt.

* Qui attentatum crimen incendii pro conſummato habent, quid dicant, neſciunt, quum in flammis excitatis quærant conatum. POTT *de pœna conatus* c. XI.

** Damnum datum, illiusque reſarcitio attendi tamen debet in pœna extraordinaria determinanda. BERLICH *p.* IV. *concl.* 25.

§. CCCCXLVII.

a) BARTHOLDI d. *de incend. fam.* c. 3. nr. 64.

p) CLASEN ad c. art. p. 397.

q) LUDOVICI d. *de effect. pœnit.* c. 3. §. 17. GRASS c. l. p. 787.

r) STRYK d. *de incend. caſual.* poſ. 2. nr. 7.

§. CCCCXLVII.

Rerum forenſium Dd. uolunt (1) minorem 14. a. ſi furti, quod perpetrauit, occultandi cauſa, & (2) maiorennem ſi lata culpa ædes incenderit, gladio puniri; (3) fuſtigari, qui leui culpa ignem ſuſcitauit periculoſum. Hanc pœnam exaſperandam iudicant, ſi damnum igne datum reſtitui nequeat *s*). Vſus forenſis.

§. CCCCXLVIII.

Sic quoque praxis extra ordinem punit (1) eum, qui, oborto in ſuis ædibus incendio, uicinorum non implorauit auxilium; (2) ciuem, qui quo minus oriretur incendium non impediuit, quum tamen potuit *t*), aut (3) ortum extinguere detrectauit.

§. CCCCXLIX.

In Saxonia & quibusdam aliis germaniæ prouinciis ab incendiarii, qui pœnam mortis ſuſtinuit, heredibus reſarcitio damni igne dati peti nequit *u*). Iudicium ciuile.

R 3 §. CCCCL.

s) LEYSER ſp. DXLI. m. 10. STRYK d. *de incend. caſ.*

t) LEYSER c. ſp. m. 5.

u) CARPZOV c l. nr. 43. BERLICH *p.* IV. *concl.* 24. nr. 51. ſeq.

§. CCCCL.

Vindicta priuata.

Mos eum, qui ad extinguendum incendium in ſua domo ortum uicinos non uocauit, in ignem proiiciendi *x*), reprobatur hodie *y*). Interim tamen, ſi qui eo uſi ſint, ob iuſtum dolorem extra ordinem puniuntur.

TIT. XXXVIII.

DE MAGIA.

§. CCCCLI.

Quæ magiæ

Magia eſt ars diuinandi & miranda faciendi, modo, quem plebs adhuc cognoſcere non potuit *z*). Vnde diuiditur (1) in *diuinatricem* & *operatricem*.

§. CCCCLII.

diabolica

Nititur uel uiribus & qualitatibus *naturæ*, uel, quod olim fere omnes ſtatuebant, commercio & pacto* cum *cacodæmone* inito. Hinc (2) in *naturalem* & *diabolicam a*) ſolet diſpeſci. Quacum diuiſione coincidit illa, qua magiam *hæreticalem* aliam, aliam *non hæreticalem*

x) *Gl.* ad *I. P. S.* II, 51.
y) Diſſ. DAMHOVDER *pr. crim.* c. 104. nr. 3.
z) WIER *de præſtig. dæmon.* I, 1.
a) FROELICH c. l. II, 3, 1.

lem b) nominant pontificii. *Naturalis* ſeu *non hæreticalis* non incurrit notam criminis, niſi ſimul noxia.

* Hoc pactum, quod ab initio fuit myſticum, ſuccedente tempore uerum & proprium habuerunt ſimplices. Vnde non mirum, quod, quum primarii hominum adfectus ſint uoluptas, ambitio & auaritia, ſtatuerint, magos idcirco pactum cum diabolo inire, ut (a) ipſis cum hoc, aut cum iuuene, diaboli ope per hircum adducto, *congredi*, atque choreis & commeſſationibus in monte bructerorum intereſſe liceret; (b) ut *artem diuinandi & miranda faciendi* tam in proprium commodum quam in aliorum damnum exercere, atque u. c. ex cribro, ſpeculo &c. obſcura intelligere, & futura prævidere &c. tempeſtates & tonitrua excitare, mures, pediculos & eius generis alia nociua animalia producere, maſculis teſticulos per carmina adimere, ligulas nectere, formam humanam mutare &c. poſſent (c) ut rebus omnibus, quas cuperent, *abundarent*.

§. CCCCLIII.

Vbi pactum cum diabolo uerum habuerunt canones, magos tanquam hæreticos, apoſtatas & ſodomitas igne perſecuti ſunt *c*). A quo non receſſerunt Saxones *d*) & CAROLVS, quorum poena ex mente C. C. &

R 4

b) Ill. BOEHMER *I. E. P.* To. V. p. 461.
c) *Cauſ.* 25. qu. 1. ſeq. tit. X. de ſortil.
d) *I. P. S.* II, 13.

rum hic magiam noxiam igne, innoxiam arbitraria pœna uindicat *e*).

§. CCCCLIV.

illius interpretum?

Iuris Criminalis Dd. communiter (1) *igni* tradunt eos, qui pactum cum diabolo inierunt, aut absque expreſſo fœdere cum eo concubuerunt; (2) *gladium* nominant uindicem commercii cum diabolo, ac artis magicæ ope diaboli cum damno aliorum exercitæ; (3) *relegatione* aut alia pœna arbitraria dignum iudicant eos, qui ſine pacto & commercio diabolico ſuperſtitioſis artibus & præſtigiis uſi ſunt, citra aliorum tamen damnum *f*).

§. CCCCLV.

Cauſæ mitigantes.

Cauſas, quarum intuitu pœna (§. pr.) mitigari debeat, has tradunt: (1) damnum leue *g*) uel (2) inopinato ſecutum, (3) minorennem ætatem *h*), (4) ſeductionem &c.

§. CCCCLVI.

Sanior circa magiam ſententia.

Fallor, aut in omnibus illis, quæ de ſagis prodigioſa narrantur (§. CCCCLII. *)

e) *C. C.* art. 109.
f) Conf. BOEHMER *El. Iur. Crim.* ſect. 2. §. 62. ſeq.
g) KRESS ad c. art. §. 3.
h) STRYK *V. m. ff.* tit. de ſicariis §. 19.

CCLII. *) multa ficta, pauca uera, a dæmone nulla eſſe, grauiſſimis de cauſis ſtatuunt HVTCHINSON *i)*, ST. ANDRE *k)*, BECKER *l)*, BRVNNEMANN *m)*, HOFFMANN *n)*, THOMASIVS *o)* aliique. Quum enim diabolus ordinem naturæ immutare & miracula edere nequeat, qui fieri poteſt, ut cum homine congrediatur, mox incubum mox ſuccubum ſe præſtet, mox ſemen calidum mox frigidum immittat, ut tempeſtates excitet &c. Præterea fœdus cum diabolo corporaliter iniri nequit, nec, ſi posſit, de illius conſtat uſu.

§. CCCCLVII.

Praxis hodierna.

Hinc hodie plane negamus pactum cum diabolo *p)*, & *ad phantasmata referimus* carnales aliasque cum eo conuerſationes, nec non transmutationes in hircos, poteſtatem uolitandi per aerem &c. *adſtruimus*, plures dari eſſe-

i) tr. von der Zauberey.

k) Leſenswürdige Briefe von der Zauberey.

l) Bezauberte Welt.

m) *Diſcours* von betrügl. Kennz. der Zauberey c. 1. §. 8. ſeq.

n) d. *de diaboli potentia in corpora.*

o) d. *de crimine magiæ.*

p) Id. c. d. §. 31. ſeq. MAVRITIVS *de denunt. ſagar.* c. 2.

effectus rerum in natura fundatos, qui tamen, quomodo producantur, non omnibus innoteſcunt *q*); porro *ſtatuimus* magiæ uel *ſtellionatum*, uel *ſuperſtitionem*, uel *melancholiam* ſubeſſe, & *iſto* caſu pœnæ extraordinariæ, *illo* autem cenſuræ eccleſiaſticæ locum dari, ac in caſu denique *tertio* medicos, ut mentis morbum ex corporis male adfecti qualitatibus pellant, adhiberi debere *r*).

TIT. XXXIX.

DE
FALSO ET VARIIS ILLIVS GENERIBVS.

§. CCCCLVIII.

Falſum, ſeu

Falſum eſt ueritatis immutatio, damnum ferens tertio. Quæ ubi dolo malo facta eſt, *crimen falſi* conſtituit.

§. CCCCLIX.

ueritatis immutatio in præiudicium tertii,

Vnde facile intelligitur (1) nimis uariare modos, quibus falſum committi poteſt; (2) non omne falſiloquium aut mendacium, quo quis onerauit

q) DELRIO *diſquiſ. mag.* II, 5.
r) Ill. BOEHMER c. l. p. 462. ſeq.

rauit alios, falſum eſſe *s*); (3) pro uarietate damni, falſo dati, non uero illius quod dare intendit, nec lucri, quod percepit falſarius, falſi qualitatem uariare; (4) *attentati* falſi reum eſſe, qui immutauit ueritatem aut rem corrupit, ut damnum ferret tertio, quod tamen non euenit; (5) falſarium uix dici poſſe, qui citra damnum tertii uel ſibi illegitimo confecit teſtimonium legitimæ natiuitatis *ſſ*), uel alius nomine inſignibus aut ſigillis uſus eſt *t*). Idem dicendum erit de eo, qui teſtamentum uel aliud inſtrumentum falſum ſuppreſſit.

§. CCCCLX.

Quia deficiente dolo falſi crimen deficit (§. CCCCLVIII.): ſequitur, ut falſarii quidem, non autem criminis falſi rei ſint (1) qui doli non capaces, aut (2) ex ignorantia, (3) errore iuris, (4) ui officii publici uel (5) ex alia iuſta cauſa commiſerunt falſum. cui dolus ſubeſt,

§. CCCCLXI.

s) POLAC *Syſt. Iurisp. G. ant.* III, 5, 2.
ſſ) BEIERI d. *de crimine falſi* c. 2. f.
t) KNIPSCHILD *de nobil.* I, 12. nr. 34. *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* lib. I. §. 96.

§. CCCCLXI.

quomodo puniatur?

Pœna criminis falſi arbitraria eſt *u*). In ea determinanda iudex attendere debet falſarii malitiam & quantitatem damni falſo dati. Tantum uero abeſt, ut quantitas damni, quæ furtum facit magnum, hic ad capitalem pœnam ſufficiat *x*), ut potius doloſus falſi reus mulctetur, priuetur fama, puniatur corpore, plectatur capite, prout alterius bonis, honori, ſanitati aut uitæ nocuit. Vbi damnum nondum datum, res falſa remouetur, & leuis pœna falſario dictatur.

§. CCCCLXII.

Adulteratio uini.

Qui (1) *uinum* cum aqua commiſcet, aut calce, ſulphure, ſpuma argenti uel aliis rebus ſanitati noxiis corrumpit, in delinquentibus eſt *y*), & ſi dolo malo egerit, punitur uarie, tamen prout aliorum bonis, ſanitati aut uitæ damnum reuera tulit *z*). Si uero nullum

u) CARPZOV *pr. crim.* qu. 93. nr. 16. ſeq.
x) KRESS. ad art. 112. §. 7. nr. 2.
y) *Rec. Rotenburg.* 1487. *Lindau.* 1497. *R. I. Wormat.* 1495. *Friburg.* 1498. tit. 72. *Auguſt.* 1500. tit. 33. *Ref. Pol.* de A. 1548. tit. 17. von Schiff- und Fuhrl.
z) *R. I. Friburg.* cit. art. 3.

lum adhuc damnum, uel exiguum tantum dederit, iubent leges: uas, quo uinum ſulphuroſum continetur, frangi, uinum effundi (§. pr.), & illius adulteratorem tot aureis rhenenſibus mulctari, quot amphoræ corruptæ ſunt *a*). Cauſam cur falſarius ob ſolum animum uitæ alicuius nocendi, ubi effectus deeſt, uita priuandus ſit, equidem a WEBERO *b*) demonſtratam non uideo.

§. CCCCLXIII.

Nec minus ille qui (2) *alienas literas dolo malo reſignauit* falſi criminis reus, & pro diuerſitate ſtatus illius, ad quem reſignatæ literæ pertinent, nec non criminis falſum concomitantis aut ſubſequentis, uaria pœna adficiendus eſt *c*). Contra ab omni pœna immunes ſunt; (a) iudex qui captiui uel ad captiuum miſſas literas reſignauit (§. CCCCLX, 4.); (b) qui alienas literas, caſu, (§. LII.) *d*), aut (c) quod eas iuſta de cauſa

Reſignatio alienarum literarum.

a) *R. Rotenb.* de A. 1498.

b) d. *de crimine adulterat. uinor.*

c) RINCK d. *de inſpect. alien. literar.* Frieſens d. *de eo quod iuſtum eſt circa literas reſignatas.*

d) Frieſe c. d. c. 2. §. 15.

ſa ſuas habuit, (§. CCCCLX, 2.) *e*), uel (d) ad eum, quem in poteſtate habet, directas uidit *f*), aut (e) ut ſaluti conſuleret publicæ (§.eod.5.), aperuit.

§. CCCCLXIV.

Iterata liberorum ad baptizandum oblatio.

Qui (3) *bis, ter & amplius* liberos ſuos *ad baptizandum obtulit*, ut ſæpius lucraretur munus luſtricum, fuſtigatus in perpetuum relegatur *g*). Pœna capitalis ex Receſſibus imperii *h*), ut quidam putant, probari nequit.

§. CCCCLXV.

Plura alia falſi genera.

Porro criminis falſi rei ſunt, qui ut cum damno alterius fierent locupletiores, dolo malo (4) *nomina mutarunt* ſua *i*); (5) alios adſciuerunt titulos, alia inſignia; (6) alienum partum ſuppoſuerunt *k*), (7) menſuram * adulterarunt, aut adulterata uſi ſunt *l*), (8) ſigilla, inſtrumenta **, literas, libros-

e) Id. c. l. §. 1.
f) MVLLER d. *de liter. amat.* th. 29.
g) CARPZOV c. qu. n. 43.
h) R. I. 1529. §. 6.
i) KREBS *de mutat. nomin.* p. 41. ſeq.
k) LYNCKERI d. *de partu ſuppoſ.*
l) STRVV d. *de eo quod iuſtum eſt circa menſuras & pondera* c. 4. nr. 45. ſeq.

librosue cenſuales corruperunt *m*) &c. Horum pœna iudicis arbitrio relicta eſt (§. CCCCLXI.).

* Hos media ætate grauiori pœna non adfectos eſſe, conſtat ex *I. P. S.* II, 13. *Sueu.* c. 114. *Weichb. Magd.* art. 19. ubi pœna fuſtigationis ſtatuitur, conceſſa tamen reo facultate iſtam pœnam redimendi.

** *Wiſigothi*, ut ex eorum legibus VII, 1. ſeq. cognoſcere licet, diſtinguebant in principis præcepto an in priuata quadam ſcriptura falſum commiſſum fuerit. *Ripuarii* eos, qui inſtrumento falſo in foro uſi fuerant, ſolidis mulctabant, ſi Cancellarium exceperis, cuius pollex dexter amputabatur *L. Ripuar.* LIX, 3. *Longobardi* ab eo, qui chartam non ex formula ſcripſerat, Widrigeldum *L. Longob.* I, 29, 2. ab auctore autem falſæ chartæ, amputatam nec ulla pecunia redimendam manum petebant *ib. leg.* I. Id quod & media ætate iuris fuit, *I. P. Sueu.* c. 384.

TIT. XL.

DE PERIVRIO.

§. CCCCLXVI.

Falſum (§. CCCCLVIII.) quod ſub iuriſiurandi * religione committitur, qualificatum eſt (§. LIV, 6.), & audit *periurium*. Periurium quid?

* Maiores noſtri, quibus omnes gentes inferiores erant fide TACITVS *Annal.* XIII, 54 ignorarunt fidem iuratam & ſic etiam illius

m) KRESS ad cit. art. §. 10. nr. 2.

illius uiolationem. Trita erant prouerbia: Ein Wort, ein Wort rc. Zuſagen macht Schuld. Ex quo uero fides germania cœpit eſſe gallica, ſimplex non amplius ſufficiebat, ſed requirebatur iurata, quam uiolans periurus dicebatur.

§. CCCCLXVII.

Vnde aperte fluunt axiomata:

I. Periurium ſupponit iusiurandum legitimum.

II. Periurium conſummatur damno per uiolationem fidei iuratæ dato.

III. Crimen periurii commiſſum ſit, nec ne? diiudicatur ex propoſito fidem iuratam frangentis (§. CCCCLX. ſeq. XXXII, 3.).

IV. Pro uarietate damni dati uariat pœna criminis periurii (§. CCCCLIX, 3.).

§. CCCCLXVIII.

Qui iusiurandum legitimum

Ex primo axiomate colligo, periuros non eſſe (1) qui non ſteterunt iis, quæ uel absque conteſtatione diuini numinis, uel ſola obteſtatione, uel ſub formulis: bey adelichen Ehren und Treuen *, an Eides ſtatt rc. promiſerunt; (2) qui infantes, furioſi, mente capti, ira ſumma uel amoris

ris æſtu ardentes, enormiter ebrii *n*), præſtiterunt iusiurandum, cui ſtare poſtea dubitarunt *o*); (3) qui fregerunt fidem, quam ui dolo aut metu adacti, uel contra leges aut bonos mores dederunt; (4) qui uiolauit fidem iuratam de eo, quod non ſatis intellexit, datam. Sic quoque praxis periuros non habet (5) eos, qui uiolant iusiurandum, quod haud conceptis uerbis, uel de dicenda ueritate non admoniti, uel non ſatis edocti, uel religioni non attemperatum cognoſcentes præſtiterunt (*Elem. I. Germ.* IV, 92.ſeq.).

* Apud Mennoniſtas periuris annumerantur uiolatores fidei, datæ ſub formula: bei Mannen und Trauen uel bei Mannen Wahrheit MATTHAEI *de criminibus* XLVII. tit. f. nr. 4.

§. CCCCLXIX.

Ex ſecundo (§. CCCCLXVII, 2.) recte inferas, (1) eum attentare tantum periurium, qui uiolatione fidei iuratæ, damnum alteri inferre uoluit, aſt reuera non intulit *oo*); (2) non omne menda-

cum damno tertii, ac

n) SETSER tr. *de iuramentis* I, 6.
o) FICHTNER d. *de iur. periur. pœn.* §. 20.
oo) CLASEN *comment. ad C. C.* p. m. 311.

mendacium iureiurando firmatum, periurium eſſe.

§. CCCCLXX.

dolo malo uolarunt,

Fallor aut ex tertio (§. CCCCLXVII, 3.) intelligere potes (1) criminis periurii reos eſſe, (a) qui iurant uera eſſe, quæ tamen falſa probe cognorunt, (b) qui iureiurando promiſerunt, de quo præſtando nunquam cogitarunt, uel (c) tempore iuriſiurandi præſtiti cogitarunt quidem, aſt illud præſtare noluerunt poſtea. Contra (2) ex numero reorum criminis periurii eximendos iudico (a) in quibus deeſt ſerius & deliberatus animus alterum circumueniendi, (b) quos, promiſſis iuratis quo minus ſtent, impedit uel deus uel natura *p*) uel moralitas ciuilis *q*), (c) qui, quod uerum habuerunt, uerum eſſe iurarunt *r*), (d) qui contra fidem iurato datam egerunt ob notabilem ſtatus mutationem *s*), (e) qui iure ſuo contra fidem iurato

p) LYNCKER *Reſp.* 87. nr. 33.

q) WILLENBERG d. *de periurio ueniali* ſect. I. §. 29. MATTHAEI *de crimin.* XLVII. tit. f. c. 1. nr. 7. p. m. 252.

r) WILLENBERG c. d. ſect. II. §. 2.

s) Id. c. d. ſect. I. §. 28.

to datam ſub certa pœna agendi uſi ſunt *t*).

§. CCCCLXXI.

Ex quarto (§. CCCCLXVII, 4.) denique colligere licebit (1) eo leuiorem pœnam criminis periurii reo dictandam eſſe, quo leuius damnum dedit (§. CCCCLXI.); (2) falſum teſtem in cauſa criminali maiorem pœnam luere debere, atque falſo teſti in cauſa ciuili iniungi poteſt; (3) eum, qui falſo teſtimonio alium morti tradidit, ſeueriore pœna adficiendum eſſe, quam ille, qui aliquem ſicut uoluit non potuit morti tradere; (4) damni dati reſarcitionem & remiſſionem in determinanda pœna attendi debere *u*). pro damni dati uarietate

§. CCCCLXXII.

Criminis periurii reorum ſocii ſunt, qui, ut falſum iuretur, dolo fecerunt malo, dum (a) peieraturos ui adegerunt *x*), (b) conduxerunt *y*), (c) perſuaſerunt, (d) iuſiurandum iis

 impru-

t) Id. c. d. ſect. II. §. 21.
u) BEYER ad C. C. art. 68. poſ. 35.
x) *I. P. Sueu.* c. 342. ed. MEISCHN. & p. 197. ed. BERGER.
y) GILHAVSEN ad art. 107.

imprudenter & incaute detulerunt &c. z).

§. CCCCLXXIII.

narie, plerumque manus amputatione puniuntur.

Qui in iudicio ſolemnibus uerbis, & admonitione de periurio uitando facta, hoc * commiſerunt (1) *pecuniæ ergo*, notantur infamia *a*) iuris *b*), & priuantur digitis **, quibus iurarunt; (2) in cauſa *criminali*, ubi affectui reſpondit effectus, pœnam talionis ſuſtinere debent *c*). Quid iuſtum ſit circa uiolatam urphedam, in parte docebo altera ***.

* Vbi germanorum fides, iurata etiam, in ſummum abire cæpit, omnibus indiſtincte doloſis periuris dextra manus amputanda *L. Longob*. II, 58, 2. *L. Baiuuar*. IX, 4. aut redimenda erat *L. Friſion*, X. Capit. IV, 23. & Caroli M. c. 10. ap. BALVZ. To. I. p. 197. dimidio wergeldo. *L. Cnuti R. Angl. Sax*. 33. ap. WILCKINS p. 139. ſi exceperis Saxones, qui pœna capitali notabant periuros ſcientes, neſcientes uero, manus amputatione *L. Saxon*. II, 8. 9. *Capit. Caroli M.* de part. Sax. c. 32. Subſequentibus uero temporibus nata eſt diſtinctio inter ſimplex & pacis periurium. *I. P. S*. III, 41. ſeu iudiciale & extraiudiciale *C. C. C.* art 107.

** Neque

z) LEYSER *Spec*. 167. m. 23.
a) *C. C. C.* art. 107.
b) CLASEN ad c. art. p. 310.
c) Interpretes ad C. C. art. 68.

** Neque peregrini neque patrii iuris ullam ſanctionem eſſe, qua admonitio clerici de uitando periurio introducta dici queat, ſtatuit MYLIVS in d. *admonitio de uitando periurio quae ſit per clericum* §. 2.

*** Interpretes hoc reſtringunt ad priores digitorum articulos. BERGER *Elect. Iuriſpr. Crim.* p. 24.

§. CCCCLXXIV.

Cui pœnæ locus eſſe nequit (1) ubi omne iusiurandum deficit, aut ſaltem ſolemne *d*) & legitimum (§. CCCCLXVIII.); (2) ubi periurium tantum attentatum (§. CCCCLXIX.), aut (3) damnum eo datum leue uel reſarcitum *e*), uel (5) a læſo remiſſum eſt (§. CCCCLXXI, 4.); (6) ubi dolus deficit (§. CCCCLXX.). Quibus in caſibus periuri mox numellis includuntur, mox pecuniariam pœnam ſoluere debent. Cauſæ pœnam mitigantes.

§. CCCCLXXV.

In *Saxonia f*); *Palatinatu g*) diſtrictu *Dithmarſico h*), prouinciis *Badenſibus* Iura prouincialia.

d) HEIL *iud. & def.* c. 6. §. 15. p. 362.

e) N. O. L. O. art. 91.

f) *Conſt. El.* 48. *p.* IV.

g) Chur-Pfälz. Maleſ. Ordn. tit. 10.

h) Dithmarſ. L. R. art. 119.

ſibus i), ciuitate *Mulhuſina k*) *&c.* uſu ſeruatur pœna, quam Nemeſis Carolina ſtatuit (§. CCCCLXXIII.). In *Morauia* uero & *Bohemia* capite *l*) ac in Com. *Tyrolenſi*, præter dextram lingua *m*) priuantur criminis periurii rei.

§. CCCCLXXVI.

Iudicium ciuile. Ea omnia, quæ periurus turpiter & quidem periurio ſuo acquiſiuit, læſo *reſtituere* debet *n*). Damnum uero quod dedit ſine lucro percipiendo, non reſarcit, pœnam ordinariam ſuſtinens *o*).

TIT. XLI.

DE

TERMINO MOTO.

§. CCCCLXXVII.

Termini *Terminorum* nomine ueniunt quæuis ſigna ad fines agrorum diſtinguendos rite poſita.

§. CCCCLXXVIII.

i) Bad. L. R. VII, 9.
k) *Statuta* der R. Stadt Mühlh. V, 4.
l) *Conſt. Crim. Ioſephina.* art. 19. §. 4.
m) Tyrol. L. R. VIII, 20.
n) *C. C.* art. 107. ibique CLASEN. HARTM. PISTOR obſ. 150.
o) Bad. L. R. c. l. §. 3.

§. CCCCLXXVIII.

Terminum mouere dicitur, qui id quod fines agrorum denotat, auellit, euertit, exarat, eiicit, transponit, alio dirigit, quod ad faciem adulterat, uel modo mutat alio *p*), ut cum damno tertii ferat quid commodi (§. CCCCLVIII.). moti

§. CCCCLXXIX.

Qui dolo malo (§. XXXI.) falſos reddit (§. pr.) terminos (§. CCCCLXXVII.) is in *crimen termini moti* incidere dicitur. Itaque in huius criminis reorum numero erit, (1) qui ut *fines* agri ſui, liberorumue ſuorum *dilataret*, aut (2) *litem* inter ipſum & uicinum de finibus regundis pendentem *obſcuraret q*), falſum fecit terminum; neutiquam uero (3) qui *furioſus*, aut (4) *caſu* fortuito, aut (5) ex *ignorantia* finales mouit lapides. criminis reos

§. CCCCLXXX.

Pœna pro uaria conditione & malitia *criminoſi*, nec non quantitate *damni* dati uariat * *r*). Mox enim mul- quæ pœna maneat?

S 4 ctæ,

p) BEIERI d. *de termino moto* c. 4. ſect. 9.
q) MENOCH *lib.* II. *caſ.* 393. nr. 18. ſeq.
r) *C. C. C.* art. 114. Oelſn. L. O. p. II. art. 15. Liegnitz. Dreydings Ordn. nr. 19.

ctæ, mox carceri, mox relegationi, mox fuſtigationi locus eſt.

* Nec olim quoscunque terminorum motores pœna manebat eadem. Nam *L. Wiſigoth.* X, 3, 2. *Longob.* I, 26, 1. ſeq. pœnam pecuniariam ſtatuunt; *L. Burgund.* LV, 3. uero ingenuos manu & ſeruos capite priuari iubet. *L. Baiuuar.* XI, 1, 1. ſeq. ſeruos flagellorum ictibus caſtigat, & ab ingenuis certos petit ſolidos. Media ætate doloſus arborum finalium motor 30. ſolidos ſoluere tenebatur, aut perdebat manum. *I. P. S.* II, 28. III, 20. 86. *Sueu.* c. 217.

§. CCCCLXXXI.

Cauſæ aggrauantes.

Autorem motionis terminorum territorialium, quam turbæ ſecutæ ſunt, capite plectendum eſſe ad unum fere omnes ſtatuunt *s*). Cur uero plurium terminorum priuatorum uno contextu facta euulſio, ut putat ERTL *t*), capitalis ſit, equidem non uideo *u*).

§. CCCCLXXXII.

Iudicium ciuile.

Olim Francofurti coram ſingulari iudicio, dem Acker-Gericht, querela de termino moto inſtituebatur. Hodie coram quolibet inſtitui poteſt. *I. Mulhuſino*

s) BEYER ad h. t. ff. p. 630. LEYSER ſp. 114. m. 6.

t) von der Nieder-Gerichtb. c. 6. obſ. 6.

u) HILDEBRAND d. *de diuerſ. lapid. final.* p. 41.

huſino x) is, qui pendente lite lapidem mouit, cauſa cadit, & præterea aduerſario expenſas iudiciales reſtituere ac mulctam ſoluere tenetur.

TIT. XLII.
DE
DECOCTORVM VITIO.

§. CCCCLXXXIII.

Ad falſarios etiam pertinent, qui ſuo uitio ſunt bonis & fide exuti, quos decoctores, fallitos, *bancoruptores y*) dicimus. Bancoruptorum

§. CCCCLXXXIV.

Crebris conuiuiis, uoluptate uenerea, luſu immodico, amictu pretioſo, uita otio transacta an alio modo dilapidata ſint bona, perinde eſt *z*).

§. CCCCLXXXV.

Bancoruptorum pœna olim addictio ad manus erat *a*). Hodie infamia eſt *b*), quæ populo ſignificatur uarie. Praeterea decoctores in urbibus *Hanſeaticis*, numellarum & pœna &

x) *Statuta* der St. Mühlh. V, 35. §. 2.
y) ZIPFELS tr. von denen vorſetzl. *Banquerottiren* qu. 3.
z) GERDES tr. *de decoctoribus* §. 3. ſeq.
a) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* III, 211. ſeq.
b) *Ref. Pol. Aug.* 1548. *Ord. Pol.* 1577. tit. 23.

relegationis *c*); in terris uero Boruſſico-*Brandenburgicis*, pro qualitate cauſarum, numellarum, relegationis, fuſtigationis immo laquei * pœnam *d*), creditorum interceſſione uix declinandam, ferre tenentur.

§. CCCCLXXXVI.

fugitiuorum perſecutio.

Vbi fuga elapſus eſt decoctor, iudex illius perſonam perſequitur literis arreſtatoriis, nomen & imaginem uero furcæ adſcribit, ac per nouellas cuique ſignificat *e*).

* Iam Carolus V. Ed. de A. 1531. d. 7. Oct. & 1540. d. 6. Oct. in prouinciis ſibi hereditario iure ſubiectis ad laqueum condemnauit doloſos decoctores. Iure uero, an iniuria hæc ſumatur pœna? diſquirit IO. TOB. HOFFMANN d. *de iuſtitia pœnæ capit. debitoribus oberatis imponendæ.*

TIT. XLIII.
DE
PRAEVARICATIONE.

§. CCCCLXXXVII.

Præuaricatores

Qui cauſam, quam defendendam ſuſcepit, prodit aduerſario in com-

c) BESOLD *theſ. pr.* u. banquerot MEVIUS *diſcuſſ. leuam.* p. 380.

d) *General Edict* von *Banq.* d. 12. Ian. 1715.

e) ZIPFEL c. tr. qu. 18.

committentis detrimentum, *præuaricator* dicitur.

§. CCCCLXXXVIII.

Itaque præuaricatores nominare nullus dubito (1) *aduocatum* uel *procuratorem*, qui (a) a parte actoris ſtans propenſus eſt in reum, aut (b) utrique litiganti uel ipſe uel per alios *f*) præſtat patrocinium; (c) qui in gratiam partis aduerſæ tranſit dicenda, uel (d) curſim & breuiter attingit, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda; (e) qui a cliente ſuo ſibi concredita merita cauſæ aduerſario *g*), uel delicta magiſtratui *h*) denuntiat atque reuelat; (f) qui clientem ſuum iuſta de cauſa litigantem indeſinenter hortatur de tranſactione ſub iniquiſſimis conditionibus ineunda *i*) &c. (2) *delatores publicos*, qui commiſſa crimina, & (3) *chirurgos*, qui uulnera, quæ medicantur, magiſtratui, prout eos decet, non denuntiant; (4) *theologos*, qui ad iuſſum principis, religionis ſuæ principia defenſuri, obtrectatoribus leui-

quicunque ſint,

f) PLACCIVS *de præuaricat.* tit. 6.
g) BOSS tit. *de preuar.* pr.
h) LEYSER *ſp.* DLIV. m. 9. ſeq.
i) Ill. BOEHMER *Conſultat.* To. II. *Reſp.* 1105.

leuiter reſpondent, & in eorum eruditione laudanda tempus omne conſumunt *k*). Contra in claſſem præuaricatorum referas nolim (5) eum, qui prodit cauſam, *de qua ſuſcipienda ſpem fecit*, quam tamen defendendam reuera non ſuſcepit *l*); (6) eum, qui unam litem Caio nomine Titii, & aliam Titio nomine Caii intendit. Num (7) is, qui poſtquam Syndicus ciuitatis creatus eſt, huius cauſas agit contra eos, quibus antea patrocinio ſuo adfuit, in crimen præuaricationis incidat? diſquirit IO. GVIL. HOFFMANN *m*).

§. CCCCLXXXIX.

pro uarietate damni dati puniuntur.

Præuaricatio in falſis eſt. Hinc qui eam dolo malo commiſit, fama priuandus, ac arbitrarie *n*) *, & quidem pro quantitate damni dati *o*) puniendus eſt. Ne fuſtigari quidem poſſe præuaricatores doloſos, ſunt qui ſtatuunt *p*). Equidem & capitali pœnæ

k) LEYSER *c. ſp.* coroll. 1.
l) ID. c. ſp. m. 12.
m) *Sylloge obſeru. quæ ad uſum fori ſpectant* nr. 37.
n) C. C. C. art. 115. §. 1. n. 4. ibique KRESS.
o) CARPZOV *pr. crim.* qu. 93. nr. 48.
p) LEYSER c. ſp. m. 31.

pœnæ locum eſſe putarem tunc ubi doloſa præuaricatio cauſam dedit alicuius morti.

* *Ius Sueu.* c. 133. ed. SCHANNAT lingua, & *Ius Bohemicum* XVIII, 15. capite priuari iubet, quotquot dolo malo præuaricati eſſent.

§. CCCCXC.

Præuaricator, qui neque corporalem neque capitalem pœnam ſuſtinet, *damnum*, ſi quod dedit, *raſarcire* tenetur. Nimirum *proditor arcani*, ignominiam continentis, factum deprecari & honorem declarare; is uero qui pecuniæ clientis ſui damnoſus fuit præuaricatione ſua, damnum emergens pariter atque lucrum ceſſans præſtare tenetur *q*). **Iudicium ciuile.**

§. CCCCXCI.

Aduerſarius qui cum præuaricatore colluſit, *perdit cauſam* ſuam. Habetur enim confeſſus & conuictus, ſi cauſam ſanguinis & matrimonii exceperis *r*). **Colludens cum præuaricatore.**

TIT.

q) KRESS ad art. 115. §. 2. nr. 1.
r) BERGER *El. Proc. Matr.* th. 43.

TIT. XLIV.

DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.

§. CCCCXCII.

Hactenus de criminibus, quibus primario ciuitatis membra læduntur. Itaque ſequitur, ut iam ſiſtamus ea, quibus *maieſtas* uiolatur. Hoc quum uaria ratione fieri poſſit, intelligi poteſt, cur ſub generali læſæ maieſtatis nomine, læſam maieſtatem in ſpecie ſic dictam, *perduellionem* ſeu proditionem, *ſeditionem* & *falſam monetam* comprehendi, ſtatuant Dd. Nos de ſingulis ſigillatim acturi ſumus.

MEMBRVM I.

DE LAESA MAIESTATE IN SPECIE SIC DICTA.

§. CCCCXCIII.

Læſa maieſtas *Læſa maieſtas* dicitur quælibet iniuria (§.CCLXXXV.), quam quis in principem ſuum contulit.

§. CCCCXCIV.

tam directa quam obliqua Vnde conſequitur (1) ut maieſtas & *directe* & *oblique* lædi poſſit (§. CCLXXXVII.),

CCLXXXVII.), *directe*, ubi (a) principis ſtatus uel dignitas uel amplitudo aut poteſtas uocatur in dubium, aut (b) illius perſona uel nomen maledictis roditur (§. CCLXXXIX.) *s*) &c. *oblique* uero maieſtatem lædit, (a) qui ſaluum conductum a principe conceſſum temerat, (b) principis ſigillo utitur, aut (c) alia iura uſurpat; (d) qui miniſtrum principis intuitu officii iniurioſis uerbis proſequitur *t*), (e) qui ſtatuam principi conſecratam ſaxis petit aut conſpurcat, (f) qui dignitates a principe alicui collatas uilipendit *u*) &c.

§. CCCCXCV.

Ex eodem porro conſtat (2) non niſi ab iis, quorum eſt uenerari maieſtatem, hanc lædi poſſe *x*). Hinc læſæ maieſtatis rei eſſe nequeunt extranei *y*), attamen ciues & incolæ, ſint maſculini an feminini ſexus *z*), clerici

non niſi a ciue committitur.

s) LEYSER ſp. DLXIX. m. 7.

t) ID. c. l. m. 24. ſeq.

u) Ill. LVDWIG ad A. B. p. 363.

x) GIGAS *de crim. leſ. mai.* lib. III. qu. 1. nr. 11.

y) MATTHAEI *de crimin.* h. t. c. 1. nr. 7.

z) Ill. LVDWIG c. l. p. 405.

clerici *a*) an laici, ſublimioris an inferioris conditionis. Sic quoque perinde eſt, num ſinguli an ciuitates iniuriam in principem contulerint *b*).

§. CCCCXCVI.

Crimen læſæ maieſtatis,

Quia nulla iniuria, niſi dolo malo facta, crimen uocari poteſt (§. CCXCI.) nec læſæ maieſtatis crimen commiſſum erit (1) ubi quis eum, quem iniuriauit, *non cognouit principem*, aut (2) *iocandi* libertatem ſibi dediſſe probabili ratione ductus credidit.

§. CCCCXCVII.

illiusque pœna.

Criminis læſæ maieſtatis reos tempore iuris Sueuici *c*) gladius perſequebatur. Hodie uero extraordinariæ tantum pœnæ locus datur *d*), ſi exceperis famoſum libellum, qui quandoque capitalis eſt.

* Wiſigothi inter honeſtiores & uiliores diſtinguebant, illorum dimidiam partem facultatum publicantes, horum uero perſonas & res in poteſtatem regis redigentes. *L. Wiſig.* II, 1, 8.

§. CCCCXCVIII.

a) Ill. HEINECCIVS *El. I. Germ.* lib. II. † §. 126. * WILLENBERG d. *de femina crim. leſ. mai. rea* §. 13.

b) Id. c. d. §. 12.

c) LVDWIG *ad A. B.* p. 359.

d) CARPZOV *pr. crim.* qu. 41. nr. 109.

§. CCCCXCVIII.

Criminis læſæ maieſtatis accuſato proſunt quidem (1) *imprudentia* & *ruſticitas*, (2) *error* in facto commiſſus, minime uero (3) exceptio *ioci e*). **Cauſæ mitigantes.**

MEMBRVM II.

DE PERDVELLIONE.

§. CCCCXCIX.

Qui hoſtiliter agit, & ſic ſummum imperantem uel rempublicam, cui nomen dedit, priuat ſecuritate, *perduellis* eſt. **Perduelles ſunt,**

§. D.

Vnde fluunt ſequentia:

I. Perduellio hoſtili actu abſoluitur.

II. Non niſi in maieſtatem aut remp. perduellis eſſe potes.

§. DI.

Ex primo principio (§. pr. 1.) recte colligunt ICti, in perduellium numero eſſe (1) qui ſceleſtam *factionem* inierunt, aut factionis iusiurandum ſuſceperunt uel dederunt *de nece* **qui hoſtilem actum ſuſcipiunt**

e) LEYSER *ſpec.* DLXIX. m. 26.

nece imperantis, aut (2) de *armis contra remp.* ferendis, licet euentus conſilio non reſponderit *f*); (3) qui *cum hoſte* maligna *conſilia ceperunt* contra ſummum imperantem & remp., ſi uel maxime animum ea exſequendi non habuerint *g*); (4) qui *hoſtem reip.* concitarunt, aut (5) aduentantem iuuerunt auxilio, conſilio, commeatu, armis, telis, pecunia alioue modo; (6) qui fecerunt, ut obſides iniuſſu principis interciderent; (7) quorum opera ciues ceperunt arma, ad faciem reip. immutandam.

§. DII.

in principem,

Secundum (§. D, 2.) docet, perduellionem in Germania committi in imperium, Imperatorem, Regem Romanorum *h*) & Electores *i*), non uero in Auguſtam *k*), Electorum uxores, principem hereditarium *l*), aut magiſtratus ſubalternos. De nece uero eorum, qui Imperatori ſunt a conſiliis rei publicæ uel militaris

f) A. B. c. 24. pr.
g) LEYSER *ſpec.* DLXVIII. m. 4.
h) CARPZOV *pr. crim.* qu. 41. nr. 47.
i) *A. B.* c. l.
k) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 119.
l) CARPZOV c. l. nr. 14.

litaris intimis *m*), conſpirans tempore, quo Imperatoris nomine tranquillitatem curant publicam, pacem cum hoſtibus ſancire uolunt &c. etiam perduellis eſt.

§. DIII.

Sicut maieſtatem lædere, ita perduellionem committere poſſunt ſoli ciues, ſuperhabita ratione ſexus, dignitatis, diuitiarum &c. quem uenerari deberent.

§. DIV.

Perduelles (§. DI.) doloſi, ubi (1) fama * & bonis omnibus *n*) ** tam feudalibus quam allodialibus *** ſunt priuati, (2) in quatuor partes diſſecantur, ſi maſculi ſint; ſin feminæ, culleo inſuuntur *o*) ****. Pœna.

* Media ætate ſupplicium prius non ſumebatur, quam perduelles nobiles canem, miniſteriales ſellam, & ruſtici aratri rotam ex uno comitatu in alterum portauerant. GVNTHER *Ligur.* V, 194 ſeq. KLVVER *Elect. de iure canum* c. 2. MEIBOMII ep. de *κυνοφορια*.

** Hinc ex teſtamento perduellis tam ante quam poſt perduellionem condito non dari ſucceſſionem ad unum fatentur omnes ICti

m) LEYSER *de perduell. obſ.* nr. 6.
n) *C. C.* art. 218.
o) arg. C. C. art. 124.

LEON. LVDOV. MENCKE d. *de crimine perduell.* §. 24. de eo autem ſerram contentionis reciprocant: num a die commiſſi criminis, an latæ ſententiæ fiſco cedant perduellis bona? MATTHAEI *de crimin.* h. t. c. 3. nr. 21. CASP. a RHEDEN d. *de iis, quæ in crimine læſæ maieſt. occurrunt ſingularia* §. 18. WILLENBERG d. *de femina criminis l. m. rea* §. 28. MENCKE c. d. §. 17. Aſt, me quidem iudice, ſine cauſa contendunt. Verba enim *A. B.* c. 24. §. 11. clara ſunt quam maxime.

*** Allodialia fiſco principis læſi, feudalia uero domino directo addicuntur. *Capit. Ferdinandi III.* art. 28. WILLENBERG c. d. §. 8. MENCKE c. d. §. 27. 36.

**** Perduelles & proditores olim arboribus ſuſpendebantur TACITVS de *M. G.* c. 12. poſt lapidibus obruebantur GREGOR. TVRONENS. *Hiſtor.* IV, 44. uel aliud ſupplicium ab iis ſumebant maiores. *L. Sax.* III, 1. ſeq *Capit. Caroli M.* de partibus Saxoniæ c. 10. CAROLVS M. *ad L. Sal.* III, 7. *L. Alamann.* tit. 24. 25. proditores non abſciſſe capitis damnat. V. GVNDLING *ſingul. de crim mai.* c. 2. § 6. ſeq. *I. P. Sax.* II, 13. iubet frangi proditorum crura. Poſt Carolus IV. conſtitutionem Arcadii probaſſe uidetur *A. B.* tit. 24.

§. DV.

Porro (3) perduellium *memoria* damnatur *, nec non (4) eorum *liberi*, ſint ante an poſt commiſſum crimen perduellionis nati *p*), a ſucceſſione,

p) WILLENBERG c. d. §. 45.

ſione, atque ab omni honore, titulo & nomine paterno excluduntur *q*).

* Nimirum perduellis (a) *nomen*, ſi quod in faſtis, monumentis aut aliis uirorum honeſtorum catalogis legatur, deletur, (b) *arma* & inſignia, ſi quibus uſus, conuelluntur, (c) *ſtatua* euertitur & (d) *domus* ſolo adæquata ſale ſpargitur. Quæ omnia fiunt iſtius liberis & agnatis præſentibus. GRASS *collat. I. Ciu. Ro.* p. 760. ſeq. Ill. LVDWIG *ad A. B.* p. 420.

§. DVI.

Quando ceſſet aut mitigetur pœna?

Quæ tamen pœna (1) *ceſſat*, ubi ciuis ab hoſte captus & coactus eſt ad uim ciuitati ſuæ inferendam (§. XXXVII.); (2) *mitigatur*, illius intuitu, qui crimen & criminis ſocios detexit prius quam damnum daretur principi uel reipublicæ *r*).

§. DVII.

Socii.

Perduellionem participant, qui eam dolo malo (1) *mandarunt*, (2) *conſuluerunt*, (3) *auxilio* ſuo promouerunt; (4) pro concione *laudarunt s*), (5) ſibi ſatis notam *non reuelarunt* principi *t*) &c. Sic quoque (6) es illius per-

T 3

q) *A. B.* §. 1.

r) *A. B.* §. 7.

s) LEYSER *ſpec.* DLXVIII. m. 18.

t) *A. B.* §. 6. GVNDLING c. l. c. 4. LEYSER c. ſp. m. 6.

perduellis ſocius, quem *ex carcere publico liberaſti u*).

§. DVIII.

Singularia huius criminis.

Singularia huius criminis hæc ſunt: (1) quod *attentatum pro conſummato* habeatur (§. DI, 2.) *x*); (2) quod pœna *liberos* teneat (§. DV.); (3) quod *mortuus* accuſari queat *y*); (4) quod *conſcius criminis* habeatur ſocius, ubi illud non reuelauit (§. pr. 5.); (5) quod *interceſſio* pro perduelle teſtari uideatur de inita ſocietate criminis z). Reliqua ſingularia, quæ Dd. tradunt, nec legibus nec ratione iuris fundata habeo *a*).

§. DIX.

II. prouinciales.

Quæ de perduellione & proditione diximus, omnium fere prouinciarum germanicarum legibus firmari, inter omnes adeo conſtat, ut ſtatuta *Mulhuſina b*), leges *Badenſes c*) *&c.* laudare ſuperuacaneum eſſe ducam.

MEM-

u) LEYSER c. ſp. m. 8. ſeq.
x) ID. d. *de perduell. obl.* n. 14.
y) *A. B.* §. 16.
z) *A. B.* §. 2. LVDOVICI d. *de interceſſ. innoc.* §. 13. 15.
a) MATTHAEI *de crimin.* h. t. c. 4.
b) V, 8.
c) Bad. Land-R. VII, 13.

MEMBRVM III.
DE SEDITIONE.

§. DX.

Seditio eſt tumultus ad contemnenda magiſtratuum iuſſa ciuitati iniectus. Seditionem

§. DXI.

Seditionis auctores pariter atque fautores pœnam dant arbitrariam, pro eorum malitia nec non modo & effectu ſeditionis determinandam *d*). Itaque cum iis ſentio minime, qui quemuis ſeditionis auctorem putant plectendum capite. Ille enim, qui magiſtratus mala adminiſtratione uel alia cauſa probabili ductus anſam dedit tumultui, nunquam gladio, & ſæpe leuiori pœna plectitur *e*). quæ pœna maneat?

§. DXII.

Quorundam locorum ſtatuta iubent (1) auctorem tumultus pro rerum circumſtantiis uel capite truncari, uel in perpetuum relegari *f*), (2) arma & equos tumultuantium addici fiſco *g*). Vſus forenſis.

d) *C. C. C.* art. 127.
e) KRESS ad c. art. §. 2. nr. 2.
f) *Stat. Mulhuſ.* V, 7.
g) MYLIVS ad BEYER. c. art. poſ. 4.

TIT. XLV.
DE
DIFFIDATIONIBVS ET FRACTA PACE PVBLICA.

§. DXIII.

Diffidationes

Temporibus Taciti *h*) quilibet ius ſuum ui perſequebatur, etiam cum uitæ, ſanguinis & bonorum alterius periculo. Poſtea uero *Baiuuarii i*) iis, qui ius ſibi manu dixerant, & *Alamanni k*) iis, qui ui & armata manu alienam domum intrauerant, irrogabant mulctam.

§. DXIV.

uario modo limitatas

A temporibus Henrici IV. ius manuarium adeo frequens eſſe cæpit, ut ei impares eſſent leges. Hinc Fridericus I. Philippus & Imperatores ac reges inſequentes, tantum non omnes uel *diffidationibus ponebant terminos* (ut non niſi ante tres dies in domo diffidandi denuntiatæ interdiu fierent *l*)) uel

h) *de M. G.* c. 21.
i) *L. Baiuuar.* X, 1, 1. & 2, 1. 3.
k) *L. Alamann.* X, XI.
l) *A. B.* tit. 17. §. 2. ibique Ill. de LVDWIG.

uel *inducias* magis paciſcebantur, quam leges ferebant de pace ſeruanda *m*).

§. DXV.

Denique Maximilianus I. ſupremum tribunal conſtituens hac peſte liberauit germaniam per conſtitutionem Wormatienſem de A. M CCCCXCV, cuius ſæpius & iterum firmatæ tenorem tradit Ill. HEINECCIVS *n*). **ſuſtulit Maximilianus I.**

§. DXVI.

Ciuis, qui ſuperhabita Conſtitutione Maximiliani I. (§. pr.) tranquillitatem imperii armis & coadunatis hominibus turbat, *pacem publicam frangere*, &, ſi dolo malo iſtam turbationem fecerit, *crimen fractæ pacis publicæ* commiſiſſe dicitur. **Eum, qui p. p. uiolauit**

§. DXVII.

Vnde non difficile eſt intellectu (1) cur unicus pacem publicam frangere *o*), ac (2) qui uim iniuſtam armis & coadunatis hominibus repulit, reus criminis fractæ pacis publicæ dici nequeat **dolo malo,**

m) Ill. HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ.* To. II. lib. II. §. 235.
n) c. l. §. 237.
o) CARPZOV. *pr. crim.* qu. 40. nr. 3.

queat *p*); (3) cur conſtitutio Maximiliani uix adplicari queat ad uiolentias ex controuerſiis uicinorum ortas.

§. DXVIII.

quæ pœna maneat, & Reus criminis fractæ pacis publicæ (1) omnibus iuribus, actionibus & priuilegiis ab imperatore conceſſis priuatur *q*), atque (2) ad ultimum rapitur ſupplicium *r*). Præterea uiolatus ad mulctam *s*), is uero, cui alter frangendam pacem minatus eſt, ad cautionem, a qua immobilium bonorum poſſeſſio non liberat, agere poteſt.

§. DXIX.

quæ hanc mitigent cauſæ? Quæ tamen pœna ceſſat (1) ubi ciuis corripuit arma hominesque coadunauit *ex permiſſu* ſummi *principis*, aut (2) ut ſe ab iniuria *defenderet* (§. DXVII, 2.); (3) ubi ius ſuum defenſurus arma tantum apportauit non autem adhibuit; (4) ubi homines con-

p) GAIL. *de P. P.* I, 16. nr. 18.
q) *R. I.* 1521. tit. von Landfried.
r) *C. C. C.* art. 128.
s) *Ref. Frideric.* 1442. *Ordin. Cam.* p. II. tit. 9. §. Wir wollen auch ꝛc.

confluxerunt uimque alicui fecerunt temere & ueluti *caſu t*).

§. DXX.

Complices habentur (1) qui pacem publicam turbantibus *ope conſilioue* adſtiterunt, (2) iis *receptum dederunt*, (3) alioue modo fauerunt, itidem (4) *magiſtratus*, qui uiolatores pacis publicæ *non puniuerunt*. Socii criminis.

§. DXXI.

Quia communis eſt opinio: neminem ſibi ſubiectis uim inferentem frangere pacem publicam: conſequitur (1) ut *magiſtratus* cuidam ſibi ſubiectorum de facto uim inferens & *iurisdictione ſua abutens*, crimen fractæ p. p. non incurrere *u*), ne quidem (2) tunc, ubi de ſubiectitia qualitate dubium ſupereſt. An, qui uim ſibi ſubiectis infert, frangat p. p.?

§. DXXII.

Denique notes uelim, *pacem religioſam* non ſolum armis & coadunatis hominibus, ſed & uerbis, ſcriptura immo pictura uiolari poſſe *x*). Fracta pax religioſa.

TIT.

t) MEVIVS *p.* I. *deciſ.* 105.
u) STRYK d. *de facto ind. de facto.*
x) *I. P. W.* art. 2.

TIT. XLVI.
DE
VIOLATA SANCTITATE, QVAM LEGES CERTIS PERSONIS LOCISVE TRIBVVNT.

§. DXXIII.

Violatio ſanctitatis in genere.

Qui dolo malo & ſine iure uim intulerunt uel perſonis uel locis ſanctitate munitis, pro ratione circumſtantiarum puniuntur exilio, fuſtium ictu, manus amputatione, & quandoque capite.

§. DXXIV.

I. Violatio *excubiarum* publicarum,

Qui I. *excubias* publicas dolo malo uiolant tempore belli, plerumque capitalem *y*); tempore pacis uero, manus amputationis, fuſtigationis, & quandoque relegationis z) pœnam ſuſtinere debent. Illud quoque notandum erit, quod milites in excubiis turbati turbantem occidere poſſint *a*).

§. DXXV.

y) Schwed. L. R. art. 46. Mecklenb. art. Br. art. 34.

z) CARPZOV *Iurispr. for.* p. IV. c. 13. d. 5.

a) Kern. *Chronic.* 1702. m. Mai. p. 57.

§. DXXV.

Vis II. *magiſtratui* officium ſuum facienti dolo malo illata quandoque, illa autem quæ magiſtratus miniſtris & apparitoribus infertur, nunquam capitalis eſt. Qui uim magiſtratus ſine dubio iniuſtam ui repulit ab omni pœna tutus eſt *b*). II. *magiſtratus* officium ſuum facientis,

§. DXXVI.

Qui III. uim ædibus ſingulari ſanctitate munitis intulit, *priuatur manu c*). III. Des Burgfriedens,

§. DXXVII.

IV. *Violatio ſecuritatis domeſticæ*, iam olim notata *d*), arbitrarie *e*) & hodie non niſi carcere & mulcta punitur. Iſtam ſecuritatem uero uiolaſſe non cenſetur, qui in alienas ædes irrupit, (1) ut ſtuprum inferat feminæ, quæ eum expectat anxie; (2) ut conuiuas nuptiales ſaltare uideat. IV. *ſecuritatis domeſticæ.*

§. DXXVIII.

---

b) LEYSERI d. *de ui publ.* m. 12.

c) BESOLD *th. pract.* u. Burgfriede.

d) DITMAR *Chron.* lib. VII. ap. LEIBNITIVM To. I. Script. Brunſu. p. 402. *Weichb.* art. 88.

e) BEYER d. *de uiolat. pac. domeſt.* GERDES *To.* II. *Opuſc.* p. 225. ſeq.

§. DXXVIII.

V. *Obſeſſio uiarum*

V. *Obſeſſio uiarum* eſt uiolenta prohibitio, ne hic uel ille per uiam publicam tranſeat.

§. DXXIX.

ad uiolandam pacem uel ſanctitatem facta

Quæ ubi ad uiolandam pacem publicam uel ſanctitatem ciuilem *f*) dolo malo facta eſt, capite debet lui.

§. DXXX.

crimen conſtituit.

Vnde dignoſci poteſt facile (1) obſeſſionem uiarum præcedere poſſe omnis generis criminibus; (2) crimen non conſtitui per ſolam uiarum obſeſſionem, ſed ubi huic pacem publicam aut ſanctitatem ciuilem uiolandi accedit declaratus animus. Vt (3) *læſio* ſequuta fuerit, non requirunt leges *g*).

§. DXXXI.

Quæ cauſæ tollant mitigentue pœnam?

Porro inde conſtabit (4) cur omnis pœna ceſſet in eo, (a) qui uias obſedit, ut ne hoſtis publicus terras depopulaturus tranſire poſſit; (b) qui ad iuſſum magiſtratus fugiti-

f) SIMON d. *de obſeſſ. uiar.* c. 3.
g) *C. C. C.* art. 128. u. unangeſehen.

gitiuum clanculum expectauit *h*); (5) cur ordinaria minor dictari debeat ei (a) qui ad ſua *iura tuenda* uias obſedit, (b) qui aduerſario, cui in uia publica *caſu fortuito* obuiam proceſſit, uim quandam intulit, (c) qui alios in uia priuata, aut publica quidem aſt *petulantiæ* ergo *i*) expectauit, (d) qui minas de obſidendis uiis ſparſit, nec tamen domo ſua exiit *k*). Hos praxis pro ratione admiſſi relegandos, fuſtigandos *l*) uel manu truncandos *m*) cenſet. Capitis ea neminem damnat, niſi eum, qui ſimul homicidii reus eſt.

§. DXXXII.

Huc VI. pertinet *uiolatio ſepulcri*, &, quod inde ſequitur, læſio uel ſpoliatio cadaueris ſepulti. Germani enim antiquitus rebus ſanctis annumerarunt *ſepulcra n*). VI. Criminis *uiolati ſepulcri*

§. DXXXIII.

h) CARPZOV *pr. crim.* qu. 111.
i) BERLICH *p.* IV. *concl.* 20. nr. 10. 28.
k) *C. C. C.* art. cit.
l) BESOLD *theſ. pr.* u. Weglagern. THEODORICI *Colleg. Crim.* c. VI. aph. 10. n. 3. p. 893.
m) HEIL *iud. & defenſ.* c. VI. §. 35. p. 401. CRELL d. *de iure manuum & pœnis* p. 43.
n) Ill. HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ.* To. II. lib. II. §. 340.

§. DXXXIII.

pœna antiqua &

Quod ad antiquam pœnam criminis uiolati ſepulcri attinet: (1) ea apud *Oſtrogothos* capitalis *o*), apud *Francos p*) uero, *Alamannos q*) *Baiuuarios r*) & *Longobardos s*) pecuniaria erat; (2) *Wiſigothi t*) ingenuum libra auri mulctatum centies flagris cædebant, ſeruum uero flammis ardentibus exurebant, & in cuiusuis conditionis homines, qui ſarcophagum, ut haberent remedium, abſtulerant, leniores erant. (4) *I. P. S. u*) crurifragium omnibus indiſtincte profanis ſepulcrorum uiolatoribus dictat, *Sueuicum x*) autem diſtinguens: uimne quis intulerit ſepulcro, an aliquid, pretium XXX. nummorum excedens, abſtulerit? illius crura frangi, huius corpus fuſtibus cædi ſolere refert.

§. DXXXIV.

hodierna.

Quia uero hæ pœnæ iuſto atrociores ſunt, nec quid noui diſpoſuit Carolus:

o) *Edict. Theod.* c. 110.
p) *L. Sal.* XVII, 1. ſeq. *Ripuar.* LIV, 1. ſeq.
q) *L. Alamann.* L. 1.
r) *L. Baiuuar.* XVIII, 1.
s) *L. Longob.* I, 12, 1.
t) *L. Wiſig.* XI, 2, 1. ſeq.
u) II, 13. SCHILTER *exerc.* XLIX. §. 37.
x) cap. 114.

rolus: hodie arbitraria pœna eſt, quæ tamen ad mortem usque extenditur *y*), (a) ſi quis plura cadauera diuerſo tempore, aut (b) unicum armata manu ſpoliauit, aut (c) ſine armis ſpoliatum terræ non mandauit iterum.

§. DXXXV.

Delictum eiusdem conditionis eſt VII. *patibuli uiolatio.* Violatur autem patibulum, dum uel ipſum deſtruitur, uel ex eo cadauer, aut cadaueris ueſtes detrahuntur. VII. *Patibuli uiolatio*

§. DXXXVI.

Sicut maiores attendendum putabant: quis ex furca detractus fuerit, uiuus an mortuus *z*)? ita hodierni mores (1) animum detrahentis perpendi iubent. Is enim qui cadauera punitorum aufert *ſepulturæ* aut *anatomiæ* cauſa, mulcta carcere uel relegatione punitur; qui uero ea *ludibrio* habiturus, aut ad *uſus magicos* aliosue reprobatos adhibiturus ſurripuit, fuſtigatur, immo quandoque truncatur capite *a*). quomodo puniatur?

§. DXXXVII.

y) *Conſtit. Elect. Sax.* 34. p. IV.
z) *L. Sal.* XLIV. & LXIX, 1.
a) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 52.

§. DXXXVII.

Sic quoque praxis: (2) num ſpoliator ſuſpenſo ueſtes, an numos tantum ex ueſtibus ſubtraxerit? diſquirens illum fuſtigandum, hunc pecunia multandum cenſet *b*).

TIT. XLVII.
DE
FALSA MONETA.

§. DXXXVIII.

Circa monetam

Circa monetam uarie delinquunt homines. Alii *falſum*, alii *læſam maieſtatem*, alii *utrumque* committunt.

§. DXXXIX.

mox falſi,

Falſum committunt (1) qui iure monetandi, quo gaudent, uſuri (a) ex reproba *materia*, uel (b) *liga* ſuperhabita *c*), uel (c) ſub alterius *principis nomine* numos cudunt; (2) qui a principe quodam cuſos tingunt *d*), radunt alioue corrumpunt modo

b) Id. c. l. p. 51. HEIL *iud. & defenſ.* p. 447.
c) *R. I.* 1559. § 71. DAMHOVDER *pr. crim.* c. 65. nr. 4. BEYER h. art. poſ. 9. 10.
d) CARPZOV *pr. crim.* qu. 42. nr. 82.

do *e*), aut (3) monetam grandiorem reflant *f*).

§. DXL.

Maieſtatem lædit, qui absque priuilegio ab ea impetrato monetam, pondere tamen ac materia bonam, cudit *g*). mox læſæ maieſtatis,

§. DXLI.

Denique *falſi* pariter atque *læſæ maieſtatis* rei ſunt (1) qui, quum ſint deſtituti iure monetandi, quod in regalibus eſt *h*), falſos numos * cudunt ſub ligæ probatæ nomine & cuſos expendunt. mox utrique

* Generica uoce utor Nihil enim intereſt, num aurei an argentei, maioris an minoris ualoris nummi fuerint cuſi, *Edict. mon.* 1552. §. 169. STRYK d. *de temerat. iur. monet.* c. 3. §. 8.

§. DXLII.

Quia falſum & læſa maieſtas tunc demum in uerum crimen abeunt, ubi ſunt crimen committitur.

V 2

e) *R. I.* 1551. §. dahin & 1559. §. Wir wollen.

f) R. I. 1571. §. Aber damit 1559. §. wir ordnen.

g) C. C. art. III. STRYK V. m. ff. h. §. 4. & d. *de temerat. iur. monet.* §. 5.

h) *L. Longob.* I, 28, 1. *I P. Suev.* c. 12. *A. B.* X. f. *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* III, 61. *

ſunt dolo malo facta (CCCCLVIII. CCCCXCVI.): conſequitur, ut (1) qui doli non capaces, aut (2) ex ignorantia circa monetam deliquerunt, neque falſi (§. DXXXIX.), neque læſæ maieſtatis (§. DXL.), neque utriusque (§. DXLI.) criminis rei dici poſſint.

§. DXLIII.

An crimen pro uarietate damni dati uariet?

Quumque ea demum ueritatis immutatio, qua damnum fertur tertio, dicatur falſum (§. CCCCLVIII.), colligo (1) falſæ monetæ qualitatem pro uarietate *damni dati* uariare (§. CCCCLIX, 3.). Itaque uidendum eſt, (a) num nummi, quos quis falſos cuſit, fuerint *expenſi* &, (b) ſi hoc, num magnæ an exiguæ *quantitatis?* (c) num damnum falſa moneta datum a lædente *reſarcitum*, aut a læſo *remiſſum* ſit nec ne?

§. DXLIV.

Ex eodem diiudicatu erit facile, (2) cur non niſi *attentatæ falſificationis* monetæ reus ſit, qui non expendit nummos, quos corrupit aut falſos reddidit (§. CCCCLIX, 4.); (3) cur falſum circa monetam commiſiſſe non dicatur, qui ad memoriam illu-

illuſtris facti conſeruandam nummos quosdam cuſit.

§. DXLV.

Ius Carolinum *i*) iubet (1) eum, qui conſummati criminis falſi & læſæ maieſtatis ſimul reus eſt, *comburi*, (2) reliquos autem, qui crimen alterutrum circa monetam commiſerunt, pro damni dati quantitate & contemtus principis grauitate, uel *pecuniariam* uel *corporalem* pœnam * luere *k*), niſi moneta, quam raſerunt, exceſſerit pondus iuſtum ac legitimum *l*). **Pœna.**

* Olim monetarum falſarius uel manu uel bonis priuabatur *L. Wiſig.* VII, 6, 2. *L. Longob.* II, 51, 10. 11. Tamen *Conſt. Sicul.* III, 40. præcipiunt: *eos*, qui dolo malo falſam monetam cuſerunt uel acceperunt, capitis damnari eorumque bona fiſco addici, *illos* autem, qui monetæ bonæ aliquid detraxerunt, bonis priuari. Idem fere *I. P. S.* II, 26. & *Sueu.* c. 199. diſpoſitum legimus.

§. DXLVI.

Itaque pœnæ uiuicomburii non eſt locus (1) ubi quis monetam *prouincialem* **Cauſæ mitigantes.**

i) *C. C. C.* art. 111.

k) eod. art. *Ord. monet. Ferdin.* de A. 1559. §. 161. R. I. 1570. §. 143. STRYK V. m. ff. tit. de falſ. §. 6.

l) STRYK d. *de temerat iur. monet.* c. 3. §. 10.

cialem (§.DXXXIX.) *m*) falſam fecit, aut (2) *imperialem* * quidem, aſt eam uel plane non (§. DXLIII.), uel (3) in ludo tantum *n*) ** *expoſuit*; (4) qui *principis extranei* effigiem monetæ dedit *o*), ſiue hæc falſa ſit ſiue legitima. *Minorennitatem*, *ignorantiam*, aliasque cauſas generales, pœnam ordinariam mitigantes, lubens iam prætereo.

* *Imperialis* non illa tantum dicitur, quæ fert effigiem Imperatoris, ſed omnis illa, quæ ad ligam in imperio adprobatam cuſa eſt, uel ſaltem cudi debuit. ROTHII *d. de falſa moneta* c. 2. §. 13.

** Qui mitiorem pœnam ſtatuendam putant iis, qui monetam imperialem, quam cuſerunt falſam, non ipſi ſed per alios expenderunt, a regia aberrare uidentur mihi.

§. DXLVII.

Socii. Societate ſceleris uidentur iuncti monetæ temerator, & (1) qui hunc auxilio, conſilio alioue modo iuuit, ſpeciatim (2) qui inſtrumenta monetaria & metalla procurauit, aut (3) nummos falſos erogauit. Hi cum architecto ſceleris non ſemper in eodem

m) BEYER ad c. art. poſ. 9.
n) KIZZEL *de iure monet.* p. 473. nr. 45.
o) CLASEN ad h. art. CARPZ. qu. 42. n. 71. Diff. STRYK c. d. c. 3. §. 9.

dem reatu ſunt. Qui enim ignoranter, nulla, & qui extra actum monetandi uel abſque ſocietate ad facinus perpetrandum concurrerunt, extraordinaria plectuntur pœna. Princeps qui conniuit in moneta temeranda, iure monetandi, & qui domum ſuam ad fabricandos nummos commodauit, hac priuatur *p*).

§. DXLVIII.

Hodie confiſcationem bonorum ceſſare *q*), ſatis docuit KRESS *r*). Itaque fruſtra quæris: Num bona ipſo iure in commiſſum cadant, nec ne? *An confiſcationi bonorum locus ſit?*

* Nummos falſos domino territorii committi, illud eſt, de quo nemo dubitat (§. CCCCLXI.).

TIT. XLVIII.

DE RELIQVIS DELICTIS QVAE GERMANORVM LEGES VINDICANT.

§. DXLIX.

Qui dolo malo VSVRARIAM PRAVITATEM exercuit * ſeu uſuras mo- *Vſuraria prauitas.*

p) C. C. C. c. art.

q) R. I. de A. 1578. §. 75.

r) KRESS ad C. C. c. art. §. £

dum legitimum excedentes a debitore ſuo exegit, priuatur fama, quarta parte ſortis, iure teſtandi & honeſta ſepultura *s*).

* Itaque huc non pertinent (a) qui quidem ſibi ſtipulati ſunt, non tamen petierunt, uſuras centeſimas; (b) qui uſuras ultra alterum tantum exegerunt.

§. DL.

Abigeatus. ABIGEOS ſeu fures pecorum manſuetorum doloſos *Oſtrogothi t*) gladio feriebant, *Ripuarii u*) uero DC. ſolidis, præter capitale & dilaturam, mulctabant. *Salii x*), inter pecorum genera numerum & ætatem diſtinguentes, non unam mulctam uoluerunt ſolui. Hodie abigei ut fures puniuntur *y*). Ceſſat tamen ordinaria pœna in eo (1) qui abegit pecora, ſine lucrandi animo, aut (2) ea, de quorum proprietate litigat *z*) (§. CXI, b.).

§. DLI.

s) *Ref. Polit.* de A. 1530. tit. 26. §. 7. de A. 1548. tit. 17. §. 7. de A. 1577. tit. 17. §. 8.

t) *Edict. Theod.* c. 56. ſeq.

u) *L. Ripuar.* XVIII, 1. ſeq.

x) *L. Sal.* tit. II.

y) CARPZOV *pr. crim.* qu. 86. nr. 36. LEISSER *iure georg.* II, 13, 32. BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 61. THOMASIVS d. *de abigeatu* §. 91.

z) THOMASII d. *de abigeatu* §. 65.

§. DLI.

CARCEREM EFFRINGVNT uel *commentarienſes* uel *incarceratus* uel *alii. Iſti* ſimili ſupplicio adficiuntur, ubi reum ſententia iudicis iam condemnatum e carcere dimiſerunt, aut, ut euadere poſſet, opem & auxilium præſtiterunt *dolo* malo; ſin *culpam* tantum commiſerint, pro huius diuerſitate uariam pœnam, & quidem mox fuſtigationis mox relegationis mox carceris, mox pecuniariam ſuſtinent, atque præterea ſumtus, ad recuperandum reum carcere elapſum erogatos, ferre tenentur *a*). Quod denique nulla pœna commentarienſes maneat, ex quorum ſingulari uafritia deceptorum *b*) cuſtodia aufugit, caſuue elapſus eſt reus, res ipſa loquitur. *Carceris effractio a commentarienſibus,*

§. DLII.

Incarceratus effringendo carcerem ſe (1) magis ſuſpectum reddit de commiſſo crimine, cuius accuſatus eſt *c*), non tamen (2) ulli pœnæ propterea hodie ſubiacet, præſertim ubi conni- incarcerato uel

V 5 uentia

a) C. C. art. 180. LEYSER ſp. DLXIV. m. 4. 8. 9.
b) Id. c. ſp. m. 11.
c) C. C. art. 25.

uentia & negligentia cuſtodum aufugit, nulla ui ſingulari adhibita.

§. DLIII.

aliis facta. *Exteri*, qui effracto carcere fecerunt, ut incarceratus effugeret, pro modo effractionis & grauitate criminis incarcerati puniuntur. Scilicet qui per ſeditionem effregit, ut reus fractæ pacis publicæ punitur *d*); ſin effractio per aliam uim atrociorem facta, arbitraria pœna locum ſibi uindicat, niſi ex carcere dimiſſus reus fuerit criminis *perduellionis* (§. DVII, 6.). Denique hic notes uelim quod mitius agi debeat cum iis, (a) inter quos & dimiſſum e carcere intercedit agnatio; (b) qui cauſam, qua dolus imminuitur, laudare poſſunt.

§. DLIV.

Cr. *dardanariatus* *Dardanariatus* crimen dicitur quilibet actus dolo malo ad id ſuſceptus, ut annona fieret carior. Itaque fraudulenta rerum, quæ ad uictum pertinent, coemtione, ſuppreſſione, prohibito propolio & alio modo committitur.

§. DLV.

d) KRESS ad art. 180. §. 4.

§. DLV.

Cuius criminis pœna, quæ in publicatione bonorum & relegatione conſiſtit *e*), infligi nequit ei, qui merces carius uendidit, quas (1) ex longinquo magnis ſumtibus attulit *f*); aut (2) coemit, ut ſe aliosque a futura inopia defenderet *g*), (3) quas principe iubente uel permittente coemit & adſeruauit ad tempus usque caritatis *h*). pœna.

§. DLVI.

Collegium quod ſine principis conſenſu coiit, diſſoluitur & illius membra coercentur ex iudicis, cauſam collegii & qualitatem coeuntium attendentis, arbitrio *i*). *Collegium illicitum.*

§. DLVII.

Crimen *peculatus* ſeu pecuniæ fiſco ab iis ſurreptæ, quorum periculo pecunia non fuit, ceu crimen furti coercetur *Peculatus.*

---

e) *Ord. Polit.* 1548. tit. 18. §. 2. 5. & de A. 1577. tit. 18 §. 1.

f) BRUNNEMANN *de Dardanariis* c. 4. n. 7.

g) HEIL *iud. & defenſ.* p. 444.

h) KRESS. probl. *Vtrum Ioſephus fuerit Dardanarius?* §. 11. 12.

i) HEIL c. l. p. 452.

cetur hodie *k*). Apud *Oſtrogothos* quadruplum *l*), apud *Wiſigothos* nouecuplum *m*) reſtituere cogebatur peculator.

TIT. XLIX.

DE

DELICTIS MINISTRORVM PRINCIPIS.

§. DLVIII.

Miniſtri principum quando delinquant &

Miniſtri principum uario delinquunt modo, ſpeciatim ubi (a) munera ſua exequuntur uetitis artibus, (b) principi in deum aut ſuperiorem peccanti adſiſtunt *n*), (c) arcana principis reuelant amicis & domeſticis ſuis, (d) largis muneribus ſe corrumpi patiuntur, (e) officia publica principe prohibente negotiantur *o*) &c. Eorum pœna eſt priuatio ſalarii, honoris, muneris & pro qualitate damni, principi aut reip. dati, corporis adflictiua uel capitalis.

§. DLIX.

k) THEODORICI *Colleg. Crim.* c. IX. aph. 3.
l) *Edict. Theod.* c. 115.
m) *L. Wiſig.* VII, 2. 10.
n) LEYSER *ſpec.* DLXXI. m. 20.
o) Id. c. ſpec. m. 38.

§. DLIX.

quando delinquere uideantur.

Contra in delinquentibus non ſunt (1) qui iuſſis principum, legi diuinæ contrariis *p*) aut ſuperiori principi iniurias adſerentibus *q*), obſequi, uel (2) iniuſta principis facta defendere & excuſare nolunt *r*); (3) qui miniſtriſſimatum legitimis modis obtinent *s*); (4) præcipui miniſtri, qui negotium reip. damnoſum ex conſiſilio totius ſenatus gerunt *t*); (5) qui ab iis, quos extra muneris ſui rationem interceſſione uel opera ſua iuuit, accipit dona *u*).

§. DLX.

Barattariæ

Barattariæ * ſeu *repetundarum* reus eſt miniſter publicus, qui δωροδοκος in officio ſuo facienda omiſit, uel omittenda fecit *x*) (§. DLVIII, 1.).

* Cuius nominis rationem euoluit GOD. LVD. MENCKE d. *de crim. baratt.* th. 3.

§. DLXI.

p) LEYSER ſp. DLXX. m. 6.
q) Id. c. ſp. m. 13.
r) Id. c. l. m. 7.
s) ID. c. ſp. m. 21. ſeq.
t) ID. c. ſp. m. 27.
u) ID. c. ſp. m. 39.
x) MENCKE d. *de crim. baratt.* th. 15.

§. DLXI.

crimen Itaque (1) donorum * acceptatio, (2) munus publicum & (3) dolus accipientis, nec non (4) animus magis aut minus faciendi officium, conſtituunt crimen barattariæ.

* Donata fuerit pecunia an res alia, perinde eſt. Sic quoque huc pertinet emtio nummo facta.

§. DLXII.

arbitrarie punitur. Crimen barattariæ, quia falſo non admodum diſſimile eſt, arbitrarie *, & quidem pro diuerſa malitia delinquentis & quantitate damni dati diuerſimode (§. CCCCLXI.), u. c. priuatione famæ ac dignitatis, relegatione &c. punitur *y*). A qua pœna non liberant (1) beneuolentia donatoris, aut (2) iuſtitia cauſæ, quam iudex donorum intuitu promouit *z*), attamen (3) illud, quod ob pecuniam acceptam haud magis minusue fecerit officium *a*).

* Olim iudices & magiſtratus criminis repetundarum reos dignitate priuabat & X. libr. auri mulctabat *L. Wiſigoth.* XII, 1, 2. redhibitionem lucri ac pœnam pecuniariam iis impo-

y) CARPZOV *pr. crim.* qu. 93.
z) ZIEGLER *Dicaſt.* concl. 20. 11.
a) HEIL c. l. p. 407.

imponebat *L. Baiuuar.* II, 18. Aſt *L. Ripuar.* LXXXVIII. hoc crimen ſemper, ex diſpoſitione uero R. Theodorici tunc capitale erat, ubi pecunia corruptus innocentem ad mortem condemnauerat. *Ed. Theod.* 1. ſeq.

§. DLXIII.

Qui ſimulato officio, aut magiſtratus iuſſu alicui terrorem incutit pecuniæ uel alterius rei extorquendæ gratia, *concuſſionis* reus eſt, & arbitrarie punitur. Sufficit hic metus accuſationis, fidei amittendæ aliusue incommodi *b*). Concuſſio.

§. DLXIV.

Qui reditus publicos, quorum adminiſtrationem in ſe ſuſcepit, dolo malo conuertit in ſuos uſus, crimen *de reſiduis* commiſiſſe dicitur. De quo crimine in antiquis legibus quicquam me legere non memini. Hodie uero ſingulares illæ conſtitutiones, quæ vom anvertrautem Guthe, publicatæ ſunt in *Saxonia Electorali c*), *Marchia d*) & *Ducatu Brunſuicenſi e*), ſuam De reſiduis.

b) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 29. n. 5.
c) *p.* IV. *conſt.* 41. *Mand.* de A. 1705.
d) *Edict.* 1683. d. 22. Ian.
e) *Conſtitutio Henrici Iulii* d. 1. Aug. 1594. wegen untreuer Diener und Boten.

ſuam pœnam in fraudulosſos adminiſtratores ſtatuunt. Huic tamen locum non tribuit praxis (1) ubi adminiſtrator iureiurando non fuit obſtrictus de officio ſuo rite ſubeundo *f*), aut (2) conſtitutionem pœnalem ignorauit *g*), aut (3) culpam tantum in adminiſtratione commiſit *. Iis, qui (4) reſtitutionem ablati, uel (5) animum ſurreptam pecuniam in expenſas, ſumtus depoſitionis aliaque debita imputandi, a pœna ordinaria liberare ſtatuunt, repugnat lex pariter atque praxis Saxonica *h*).

* Lectu digna eſt defenſio huius theſeos, quæ deprehenditur apud IO. DAV. THOENIKERVM *Aduoc. prud.* c. 17.

§. DLXV.

Syndicatus. Iudex qui uel odio uel alio adfectu motus aliquem male iudicauit, torturæ ſubiecit &c. reus eſt *ſyndicatus* & arbitrarie punitur (§. CCCCLXI.) atque ſententia, quam pronunciauit, quum ſit ipſo iure nulla (§. eod.) in rem iudicatam nunquam tranſit.

§. DXLVI.

f) CARPZOV *Iurispr. forenſ.* I, 42, 2.
g) CARPZOVII d. *de crimine reſidui* nr. 8.
h) Id. c. d. n. 19. 25.

§. DLXVI.

Ambitus & *Simoniae* crimina praetereunt germanorum leges. Hinc eorum naturam ac poenas ſciſcitaturum ablego ad ius ciuile Ro. & Canonico-Pontificium.

TIT. L.
DE
DELICTIS MILITARIBVS ET MARITIMIS.

§. DLXVII.

Delicta *militaria* & *maritima*, quae una cum feudalibus & eccleſiaſticis alibi multis deducere lubet, iam per transennam tantum adſpicere, & de illis ſequentia notare licebit: (1) Quicquid cum fide aut diſciplina militari pugnat, *delictum militare* eſt, quod *ira* & *ebrietas* quandoque grauius, nunquam autem leuius reddunt *i*). (2) *Ignominia* notantur, qui languorem ſimularunt, aut digitos reſecuerunt *k*). (3) *Arbitrarie* puniuntur, Delictorum militarium alia arbitrarie

i) BEHAIMB *mil. delinqu.* obſ. 44.

k) ID. c. l. obſ. 58. FR. BENED. CARPZOVII d. *de murcis.*

tur, qui (a) locum, quo ſtare iuſſi erant, dereliquerunt *l*), (b) ex agmine exceſſerunt, prædam facturi *m*), (c) teſſeram, prout decet, non reddiderunt, (d) ueſtes militares alea perdiderunt *n*), (e) in hoſpites ſuos uerberibus ſæuierunt *o*) &c.

§. DLXVIII.

alia capitaliter puniuntur.

Porro notabis (4) quod *capitis damnentur* (a) qui præcipua arma ſua citra neceſſitatem alienarunt *p*), (b) in caſtris manum leuarunt in præpoſitum *q*), aut (c) gladium ſtrinxerunt in commilitonem *r*), (d) qui extra caſtra manus intulerunt præpoſito *s*), aut (e) hunc contra uim iniuſtam non defenderunt *t*); (f) qui tempore belli excubias deſeruerunt, (g) muros tranſcenderunt *u*), (h) primi ex acie fugerunt *x*), (i) præter

l) R. B. art. 59. 82. 83. F. B. art. 12.
m) BEHAIMB c. l. *obſ.* 57.
n) Id. c. l. *obſ.* 62.
o) Id. c. l. *obſ.* 47.
p) ID. c. l. *obſ.* 56.
q) ID. *obſ.* 52.
r) ID. *obſ.* 54.
s) ID. *obſ.* 53.
t) ID. *obſ.* 51.
u) ID. *obſ.* 62.
x) ID. *obſ.* 64.

ter neceſſitatem ad arma conclamarunt, (k) diſpoſitis excubiis ſclopetum exonerarunt, (l) res, quibus militia carere nequit, corruperunt, (m) quæ ad caſtri defenſionem ſpectabant, ad ducis imperium agere detrectarunt *y)*, (n) hoſti teſſeram uel alia ſecreta prodiderunt *z)* &c.

§. DLXIX.

Militares (5) POENAE ſunt uel IGNOMINIOSAE uel CORPORALES uel CAPITALES *a)*. ISTAE ſunt: (a) *ordinis* militaris imminutio das Abſetzen vom carico, (b) *diſcinctio* (c) *miſſio* ignominioſa, ohne Abſchied von der compagnie verſtoſſen *b)*, (d) *exauctoratio c)*, (e) *nominis* & *effigiei* ad patibulum affixio *d)*, (f) excubiæ extra uallum & caſtra. ILLAE ſunt (a) abſciſſio naſus & aurium *e)*, (b) ictus Militares pœnæ

 fuſtium

y) ID. *obſ.* 50.
z) ID. *obſ.* 71.
a) BVRGER *obſeru. iuridico - politico - milit.* ceht. 2. obſ. 65. p. 360.
b) BEIER *iuris milit. prud.* nr. 572.
c) Stein d. *de eo quod iuſtum eſt circa pœnas milit. ignom.* §. 18.
d) Id. c. d. §. 20. LVDOVICI Einl. zum Kriegs-*Pr.* c. 13. §. 8. p. 206.
e) Stein c. d. §. 19.

fuſtium Gaſſenlaufen, (c) caſtigatio quæ fit uitibus das Prügeln zwiſchen den Picken *f*). Sic quoque ſæpe debent (d) aſino inſidere adpenſis quandoque ad eorum pedes ponderibus, (e) foſſam fodere, (f) ceſpitem ferre, aut, ubi equites ſunt, (g) ad palum ſtare, (h) ephippia portare &c. HAEC eſt, ubi miles globulis, quos ex machinis bellicis manuariis eiecerunt commilitones, occiditur, wird arquebuſiret *g*).

§. DLXX.

quænam ſint famoſæ?

Illud porro quin adducam me temperare nequeo, quod (6) illæ tantum pœnæ, quas infligit carnifex, habeantur famoſæ *h*).

§. DLXXI.

Centurionis delicta.

Denique uolunt leges (7) militiæ gradu pelli *centurionem* (a) qui ſtipendium militibus non ſoluit *i*), aut (b) æs militare legendis militibus deſtinatum interuertit *k*), (c) in numerandis

f) BEIER c. l. p. 573.
g) LVDOVICI c. l. §. 7. p. 202.
h) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* I, 442, 9.
i) BEHAIMB c. l. *obſ.* 29.
k) ID. c. l. *obſ.* 30.

randis & luſtrandis militibus falſum commiſit *l*). Vbi centurio his aliisne delictis graue damnum dedit, aut ſimul proditor fuit, pœnæ capitali locus eſt.

§. DLXXII.

Deſertor eſt qui a ſignis, quibus ſe addixit, abiit animo nunquam redeundi. Deſertoribus

§. DLXXIII.

Deſertio, quam antiqui uocarunt *heriliz* uel *herisliz*, pro uarietate ordinis, ſtipendiorum, gradus militiæ, uitæ anteactæ delinquentis &c. uarie punitur *m*), plerumque capite *n*), præſertim in iis, qui primi ſe ex acie in fugam conuerterunt *o*), excubias deſeruerunt, muros tranſcenderunt, aliaue ſimul commiſerunt crimina *p*). pœna

§. DLXXIV.

Contra pœna ordinaria ceſſare debet, (1) ubi deſertor non eſt legitime lectus, mitigata quando dictetur?

X 3

l) Id. c. l. *obſ.* 33.

m) BVRGERS c. l. cent. 2. obſ. 23.

n) WILDVOGELII d. *de deſertor.* c. 1. §. 12.

o) *Carl. Guſtau. A. B.* art. 51. Brand. K. R. art. 34.

p) SCHOEPFFER d. *de mil. deſert.* c. 3. nr. 2. ſeq.

lectus, (2) iuſiurandum militare nondum præſtitit; (3) ſtipendium non accepit, aut (4) per tempus pacto ſtatutum iam ſeruiuit; (5) ubi deſertio reipublicæ parum aut nihil damni attulit; (6) ubi cauſæ adſunt ſpem emendationis promittentes; (7) ubi neceſſitas aut alia iuſta cauſa deſertionem ſuaſit q); (8) ubi milites magni numeri ſigna deſeruerunt r).

§. DLXXV.

Transfuga. A deſertore differt *transfugæ*, qui ſimul proditor uidetur eſſe. Laqueo s) * non autem ſectione punitur t), niſi hoſtem conſiliis armisue iuuerit.

* Iam olim transfugæ ex arboribus ſuſpendebantur. TACITVS *de M. G.* c. 12. *Capitul.* II. A. 812. §. 2. 9.

§. DLXXVI.

Claſſi præfectus delinquens quomodo puniatur? Claſſi præfectus, qui caſtellum aquaticum ad extremam neceſſitatem nondum adactus hoſti tradidit, aut ad eum nauibus ſuis fugit uel fugere conatus eſt, capitis damnatur.

§. DLXXVII.

q) ID. c. l. nr. 31. ſeq.
r) BEHAIMB c. l. *obſ.* 73.
s) Brand. R. R. art. 46. R. *Leopoldi* A. B. art. 44.
t) Diſſ. SCHOEPFER c. d. c. 2. nr. 29.

§. DLXXVII.

Piratas, quibuscum confundas nolim excurſores maritimos *u*), uel ſuspendii uel gladii pœna manet. Hoc caſu eorum caput iuxta portum palo infigitur *x*). Piratarum pœna.

§. DLXXVIII.

Qui nauim ſuam diuerſis uocauit nominibus in fraudem reipublicæ, & nauim & merces amittit.

§. DLXXIX.

Qui dolo malo collidit naue ſua in nauem alterius, ut alterutra conquasſetur aut damnum capiat, damnum, ſi quod dedit, reſarcire, & pœnam capitis ſubire debet *y*). Colliſio nauium.

---

u) WILLENBERG d. *de excurſ. marit.*
x) HARTMANN *obſ. ſing.* 174. VOET *iure milit.* c. 4. nr. 52.
y) STRYK d. *de colliſione nauium.*

LIB. II.

LIB. II.

TIT. I.

DE IVRISDICTIONE CRIMINALI.

§. I.

Iurisdictio criminalis

Iuriſdictio criminalis nihil aliud eſt quam poteſtas cauſas criminales dirimendi *a*).

§. II.

quibus tempore Taciti,

Antiquiſſimis temporibus crimina in bello aut comitiis peracta iudicabant ſacerdotes *b*); ea uero quæ pacis tempore & extra conuentus publicos erant commiſſa, principes cum ſuis centenariis * *c*).

* Ita dicti a centenis, in quas t. t. tota germania diſtributa erat. V. MEINDERS *de iudic. cent.* c. 2.

§. III.

ſub Francis &

Sub Francis per pagos ſeu gowas ius in cauſis criminalibus dixerunt Comi-

a) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* IV, 1.

b) TACITVS *de M. G.* c. 12.

c) KRESS d. *de uariis iurisd. crim. in germania generibus* obſ. 2.

Comites *d*). Cauſa cur reges (1) adpellationem a ſententia Comitum interpoſitam acceperint, (2) cauſas criminales maiorum perſonarum ipſi cognouerint *e*), & (3) ſuo tempore miſerint qui Comites ſiniſtros iuſtitiæ ſacerdotes corrigerent *f*), uel ex eo conſtat, quod a regibus eligerentur, atque conſtituerentur comites.

§. IV.

Reges ſtemmatis Saxonici res criminales cognoſcebant uel *ipſi*, ubi palatinorum quidam *g*) uel *per duces*, ubi maior nobilitas ueluti Epiſcopi ad concilium prouinciale uocati, comites cuiusuis generis, ſi palatinum exceperis, deliquerant *h*); uel *per comites i*), ubi homines leuioris conditionis contra leges egerant. Quia itaque regis nomine crimina iudicabant duces comitesque, non potuit

Saxonibus competierit, ac

d) *Capitul.* III, 79. IV, 497. BIGNONIVS not. ad MARCVLFI *formulas.*

e) *Capitul.* VII, 170.

f) BRVMMER *de Scabinis* c. 6. FRANC. de ROY *de miſſis domin. ad iuſtit.* c. 7.

g) KRESS c. d. obſ. 4. §. 18.

h) Id. c. l. §. 4. Burgermeiſter Grafen Saal p. 113.

i) *I. P. S.* III, 64.

tuit non, illo præſente, horum poteſtas quieſcere *k*).

§. V.

quibus competat hodie?

Ex quo ſuperioritas territorialis nata eſt, atque illius pars cæpit eſſe iuriſdictio criminalis, der Blut = Bann, der Königs=Bann: factum eſt, ut (1) DVCES (2) Burggrauii *l*), Palatini, Marchiones, Landgrauii reliquique COMITES *m*), & (3) poſt aliquod temporis ſpatium, EPISCOPORVM reliquorumque prælatorum imperio noſtro immediate ſubiectorum *n*) ii, qui ab Aduocatis * Vögten ſunt liberati, nec non (4) CIVITATES regiæ *o*), & (5) NOBILES IMMEDIATI *p*) proprio iure de cauſis criminalibus ius dicerent in ſuis quique territoriis.

* Hi olim quamuis iuriſdictionem in Epiſcopatibus exercebant. OCKEL *de palat. regio* th. L. ſeq. Conſtituebant eos ab initio reges,

k) KRESS c. d. §. 15. *Elem. Iur. Germ.* IV, 4.
l) HORN d. *de Burggrauiis.*
m) *I. P. S.* III, 64. KRESS. c. l.
n) BOEHMER *Elem. Iur. Cr.* ſect. I. §. 47. KRESS c. d. p. 80. MEINDERS *de iud. cent.* p. 195.
o) KRESS c. d. obſ. V. p. 66.
p) BVRGERMEISTER *Cod. dipl. equeſtr.* cont. p. I. p. 291. ſeq.

ges, dein ipſi Prælati. RECHENBERG *de Aduocatis & Aduocatiis German.*

§. VI.

Succedente tempore NOBILES quoque MEDIATI & MVNICIPIA criminalem aliquam iurisdictionem in ſe deriuarunt, deriuatamque mox præſcriptio *q*), mox mores & conſuetudo loci, mox inueſtitura, mox priuilegia, mox pacta probarunt.

§. VII.

Vnde colligere licebit cauſam (1) cur ordines imperii (§.V.) in ſuis quique territoriis exerceant iurisdictionem criminalem, & quidem eam (2) quæ neque Cæſare præſente quieſcit *r*), neque (3) concurſum Cæſareæ iurisdictionis agnoſcit *s*); (4) cur ſingularis & hinc probanda ſit iurisdictio criminalis, quam quis in alieno territorio exercere contendit. Ius ordinum imperii ac

§. VIII.

Sic quoque conſtabit (5) cur iurisdictio criminalis nobilibus mediatis aut nobilium mediatorum.

q) WEHNER *obſ. pr.* u. Zent.

r) ALTESERRA *de duc. & comit.* III, 7. GVNDLING Pr. p. 143.

s) KRESS c. l. §. 16. p. 73.

aut municipiis competens mox ſit omnimoda, mox uero temperata, & quidem (6) uario modo. Alibi enim (a) iudiciis nobilium & municipalibus præſidet ſcultetus, aut (b) adſident Scabini, principis territorialis nomine *t*), alibi (c) ante ſententiam criminalem exequendam principis conſenſus rogandus eſt &c.

§. IX.

Sic quoque intelligere potes (7) cur ſpeciem iurisdictionis criminalis, quam ſibi adſcribunt, probare debeant nobiles mediati uel municipia; (8) cur ex dominica poteſtate iurisdictio criminalis deriuari nequeat *u*), niſi hoc probent leges moresque prouinciales; (9) cur iudex criminalis in urbe, non ſemper gaudeat iurisdictione criminali in ſuburbio *x*); (10) cur cauſæ, quæ alibi ad altam iurisdictionem pertinent, alibi ad baſſam referantur; (11) cur Dd. iurisdictionem criminalem diuidant (a) in *uniuerſalem* & *particularem*, ſeu *omnimodam* & *limitatam*, (b) in *delegatam* & *propriam*.

§. X.

t) Id. c. l. p. 63.

u) KRESS c. d. obſ. V. §. 6. p. 55. ſeq. & ad C. C. art. 2. §. 4.

x) Id. c. obſ. §. 11. p. 65.

§. X.

Iurisdictio criminalis hodie in diuerſis prouinciis diuerſa ſortitur nomina. Audit **Bann**, Blut-Bann, Königs-Bann, Cent, Cent-Gericht, Cent-Recht, hohe Cent, **Fraiß**, hohe Fraiß, Fräißliche Obrigkeit, Ober-peinliche-Halß-Gerichte, Gerichte zu Halß- und Hand, Gerichte über Ehre, Gut und Blut, Malefitz-Vitzdom-Gerichte, dat Geding der Haarſcharen *y*), Hochgericht, Wizzegeding, Peinlichkeit, Semner-Amt *z*), Ungerichte *a*) *. Iurisdictionis criminalis, quae

* In praeſulatibus inferioris Saxoniae uenit quoque ſub Vogteiae nomine, ut uidemus Quedlinburgi, Helmſtadii &c. Ibi enim ſuperſunt Aduocati (§. V, 3.).

§. XI.

Eſt (1) uel *omnimoda* uel *limitata* (§. IX, 11.). *Illa* eſt poteſtas in omnia * omnino crimina ** ubiuis commiſſa inquirendi eorumque auctores puniendi; *haec* ſaepe reſtringitur (1) ad certa *loca*. Vnde die Dorf- *b*) und Straſſen-Gerichte; (2) ad certa *criminum* genera. 1) uel omnimoda uel limitata,

y) *Apolog. Colonienſ.* p. 403.

z) Mulhäuſ. *Statuta* I. 20.

a) KRESS d. *de iurisd. omnimoda ſ.* Richt und Ungericht *in feudum conceſſa.*

b) STRYK d. *de iurisd. circumſepta.*

nera. Sic centena, qua quis in alieno territorio gaudet, tribuit tantum poteſtatem coercendi Mord, Brand, Nahm (Diebſtahl oder Raub) und Nothzucht *c*), quippe quæ crimina olim ſola capitalia erant; (3) ad certas *perſonas*. De qua iurisdictione limitata tit. IV. dicemus.

* De quo ſæpe in Franconia diſputatur. Principes enim ſeculares quæuis delicta, tam grauiora quam leuiora; Prælati uero & nobiles immediati grauiora tantum, non uero leuiora, quæ dicuntur exceſſe Freuel, liederliche iniurien, intelligi ſtatuunt. Me quidem iudice quæuis crimina, pœna uel capitali uel corporali ex legum morumue uniuerſalium præſcripto luenda, cognoſcit & punit, quid? quod mulctam in pœnæ corporalis locum ſurrogatam lucratur illimitatæ centenæ dominus. HILDEBRAND *iurisd. uniu.* c. VI. poſ. 7. 10. p. 55. 57.

** Itaque ſub nomine der 4. Hauptwrogen, non ueniunt omnia crimina, quæ uel corporalis uel capitalis pœna manet LINCK. *de centen.* c. I. §. 6.

§. XII.

2) uel ſolitaria uel ſimultanea

Diuidi ſolet (2) in *ſolitariam* & *ſimultaneam*, prout ea uni aut pluribus in uno eodemque loco competit *d*).

§. XIII.

c) Mit Anmerk. verſehene Nürnb. *Reform.* To. I. p. 243.

d) BOECKELMANN *de centen.* th. 42.

§. XIII.

Alicubi (3) diuiditur (a) in die hohe Cent, quæ alicui ui ſuperioritatis territorialis competit, (b) allgemeine Cent, (c) Fraiß-Cent, quarum hanc limitatam, illam omnimodam modo diximus (§.XI.), (d) Mittel-Unter- oder Nieder-Cent, quam alii dicunt immediatam imperii Vogteiam, eine unmittelbare Reichs Vogteiligkeit *e*). 3) uel ſumma, media &c. eſt,

§. XIV.

Dominus centenæ poteſt (1) irrequiſito Vogteiæ domino criminoſos prehendere *f*), atque captiuos ducere *; (2) ea omnia agere, ſine quibus inquiſitio inſtitui nequit. Illius itaque eſt den entleibten Cörper aufzuheben, das Fraiß-Pfand zu hohlen, Stich und Wunden abzumeſſen *ff*); (3) fructus iurisdictionis criminalis percipere *g*); (4) fidelitatem centenicam nec non (5) ea quæ in recognitionem centenæ præſtari moris eſt, ueluti Cent-Rüge-Haber, Land-Knechts-Büttel dominus, quibus gaudeat, &

e) PRAEBES d. *de iniuſta centenæ extenſ.* th. 4.
f) LINCK *de centen.* c. 3. §. 14.
ff) HILDEBRAND *iurisd. uniu.* c. VI. poſ. 14.
g) GRAMIZER d. *de fructibus iurisd.* c. 3. §. 1.

tel oder Frey-Brod ꝛc. exigere *b*). Quid uero iuris ei competat circa iudicium centenicum ordinandum ac muniendum, expenſas executionum criminalium repetendas &c. ſuis locis uidebimus.

* Id quod tamen multis in locis tunc demum poteſt, ubi (a) gaudet centena omnigena, aut (b) in facinoroſo capiendo captoque remittendo moras nectit Vogteiæ dominus. HILDEBRAND c. l. poſ. 15. p. 61.

§. XV.

quibus non gaudeat iuribus?

Num ius (1) delicta finium intuitu commiſſa coercendi, (2) molendina & (3) columbaria uiſitandi, (4) encænia protegendi &c. ad centenam, an ad Vogteiam pertineat? quotidie diſceptatur in Franconia. Videtur mihi ad uogteiam ſpectare *i*), niſi eo utendum ſit ad detegendum illud criminis, quod uel corporalis uel capitalis pœna manet *k*).

§. XVI.

Præſertim centenæ falſo adſcribitur (1) ſuperioritas territorialis *l*), (2) ius

b) HILDEBRAND c. l. poſ. 10.
i) LINCK c. d. c. 3. §. 20 ſeq.
k) HILDEBRAND c. l. poſ. XI.
l) PRAEBES c. d. th. V. ſeq.

iūs reformandi religionem *m*), (3) poteſtas peragendi quæ ad Vogteiam pertinent u. c. cognoſcendi die Frevel-Händel *n*), conſtituendi ac inſpiciendi pondera & menſuras &c.

§. XVII.

Quis iurisdictionem criminalem alicubi poſſideat, loquuntur (1) die Fraiß-Acht-Straf- und Urphed-Bücher *o*), his enim actus criminales quouis tempore exerciti inſcribuntur hodie, ſicut olim ſigna corporum occiſorum; (2) uaria ſymbola, utpote chirotheca *p*), loca ad torturam apta ſuisque inſtrumentis inſtructa, ſtatua Rolandi *q*), murus decollationi deputatus, Rabenſtein ꝛc. *r*) * &c. non uero (3) gallina fumoſa, quam quis exigere poteſt *s*). **Iur. Crim. quibus ſymbolis poſſideatur, &**

* Quod a defectu furcæ ad defectum iurisdictionis criminalis argumentari non liceat, res per ſe clara eſt.

§. XVIII.

m) IDEM c. d. th. VIII. ſeq.
n) Id. c. d. th. XI.
o) WEHNER *obſ. pr.* h. u.
p) SPEIDEL u. Handſchuh.
q) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* I, 138. 2. GRYPHIANDER *de Weichb. Sax.* p. 189.
r) ENDTER d. *de ſymbol. poſſ. iurisd. crim.*
s) Ill. HEINECCIVS d. *de orig. iurisd. patr.* §. 19.

§. XVIII.

quibus modis amittatur?

Iurisdictionem criminalem *abuſu* & *ſæuitia* perdi, certum eſt. De eo autem diſceptant Dd. Num amittatur *non uſu diuturniore?* Equidem cauſam uſus intermiſſi attenderem, ſtatuens, iurisdictionem criminalem amiſiſſe eum, qui per tempus lege definitum ea, qua facile tamen uti potuit, non eſt uſus. Quod hic non uſus uix præiudicet tertio *t*), quodque collapſis furcis non amittatur iurisdictio, ut multis adducam, non eſſe puto.

TIT. II.

DE IVDICE, SCABINIS ET ACTVARIO.

§. XIX.

Iudicium criminale conſtat

Cui competit iurisdictio criminalis, ille uel ipſe * uel per alios ** poteſt *u*), in utroque tamen caſu antiquitus debet, ſcabinis præſentibus & adſcito actuario *x*), cauſas criminales cognoſcere, cognitasque dirimere. Itaque (1) una perſona iudicium

t) KRESS d. *de iurisd. omnim.* §. 7.
u) *C. C. C.* art. 2.
x) *C. C.* art. 1.

dicium criminale conficere nequit, ne quidem (a) ſub prætextu coniunctorum munerum *y*), aut (b) in pagis nobilium; (2) inquiſitio a ſolo iudice peracta, nulla eſt *z*).

* Hoc olim uſitatum erat quam maxime, immo neceſſarium. SCHILTER *ad I. F. A.* p. 42. Ipſi reges quondam *Conſt. Frideric. de A.* 1234. & principes adhuc ſec. XIV. iudiciis ſuis præerant. *Chron. Limpurg.* ad A. 1374. SCHOTTEL *de ant. in G. iuribus* p. 571.

** Vnde iurisdictio a nonnullis in *patrimonialem* & *officialem* diuiditur.

§. XX.

Iudex eſt uir ad iuſtitiam adminiſtrandam publica auctoritate conſtitutus. 1) ex iudice, qui

§. XXI.

Non niſi (a) ſinceris (b) honeſtis, (c) prudentibus & (d) rerum criminalium expertis uiris * iudiciale munus (e) præuio iureiurando demandari iubet Carolina Nemeſis *a*). qualificatus præſertim

* Eadem fere ſententia eſt *I. P. Sueu.* & *gloſſatorum*, quorum *illud* ſapientiam, fortitu-

Y 2 dinem,

y) BERLICH *p.* I. *concl.* 8. nr. 48.

z) C. C. art. 181. BERGER *El. Iur. Crim.* p. II. obſ. 195.

a) C. C. art. 1. REINHARTH d. *de iud. crimin.* 4. *uirtutibus*.

dinem, iuſtitiam atque temperantiam c. 73. p. 125. ed. BERGER., *hi* uero ſal ſapientiæ & conſcientiæ in iudice requirunt.

§. XXII.

a) ſincerus & honeſtus

Itaque iudex (1) quærat ignoſcendi cauſas non minus atque conuincendi rationes, (2) concedat criminis accuſato tempus ad innocentiam deducendam neceſſarium, (3) ſit liber ab omnibus animi perturbationibus, ut ne excandeſcat illis, quos malos putat, nec calumnioſorum precibus illacrymetur, aut fidem addicat pretio *b*). Alias eum ſuſpecti iudicis exceptione repellere *c*), aut iureiurando perhorreſcere *d*), aut, ut ei commiſſarius adiungatur, a ſuperiore petere poteſt reus.

§. XXIII.

b) prudens & rerum criminalium expertus atque

Quum quoque prudens, & rerum criminalium expertus eſſe debeat iudex (§. XXI, c. d.) conſequitur, ut iudicis munere remoueri debeant (1) furioſi, (2) mente capti, (3) impuberes

b) THOENNIKER *aduoc. prud. in foro crim.* c. III. p. 7. ZIEGLER *dicaſt.* diſſ. præl. §. 16.

c) LYNCKER *dec.* 1065.

d) KRESS ad C. C. art. 1. §. 8. nr. 2.

res, (4) ſurdi & muti, (5) ἀσωτοι *e*), (6) mulieres, (7) quotquot ius aut bonum & æquum neſciunt, (8) quotquot de moribus germanicis non ſunt periti &c.

§. XXIV.

Præterea iuratus eſſe debet (§. XXI, e.). Iurat autem tempore muneris ſuſcipiendi, ſe in cuiusuis cauſa criminali æquo iure, nec ulla animi perturbatione motum iudicaturum eſſe, prout legibus & moribus prouincialibus, ac, his deficientibus, Nemeſi Carolina proditum eſt *f*). Formula iurisiurandi non ubique eadem *g*). c) iuratus eſſe debet.

§. XXV.

SCABINI (§. XIX.), qui quandoque Urtheiler audiunt, non nudius demum tertius ſed antiquitus adiuuerunt criminalem iudicem. Pro diuerſitate tamen temporum uariarunt eorum *qualitates*, *conſtitutio*, *dignitas* & *numerus*. 2) Scabinis.

§. XXVI.

Olim non niſi ex (1) nobilium * *h*), (2) in- Antiquorum qualitates,

e) THOENNIKER c. l. nr. 8. ſeq.

f) C. C. art. 3. ibique interpretes.

g) MARTINI ad *O. P. S.* tit. I. §. I. n.210. ſeq.

h) BRVMMER *de Scabin.* c. 2. §. 21. ſeq. c. 7. §. 5.

(2) indigenarum, (3) proborum, (4) prudentum & iuris peritorum numero poterant eligi *i*). Vno uel altero horum requiſitorum deſtitutus, ubi electus erat, iterum reiiciebatur *k*).

* Vnde diiudicare potes (1) nomen der Schöppenbarfreyen, (2) regulam: Non niſi nobilis cauſas criminales diiudicare poteſt. (3) cur ſubſequentibus temporibus, quibus plebeii ſæpe creabantur ſcabini, alii echte und rechte, alii echte und rechte ſchildbortige Schöppen fuerint dicti KRESS ad art. 1. §. 7. & BEYER poſ. 7. ſeq.

§. XXVII.

constitutio Ab initio a plebe, poſt a regibus aut eorum miſſis conſtituebantur *l*), & quidem (1) ubi de munere rite & legitime tuendo * iurauerant *m*), nec non (2) ut æqualitatem menſuræ ac ponderum cuſtodirent, leges libro conſignatas haberent, cauſas plene cognoſcerent, iudicarent ἀπροσωπολήπτως, ne eſſent δωροφάγοι &c. ſatis erant admoniti *n*). Vnde colligere

i) BRVMMER cit. c. 7. §. 5. ſeq. OCKEL *de palat reg.* th. 82. 140. GRYPHIANDER *de Weichb. Sax.* c. 64.

k) *Capit.* add. IV, 73. ſeq.

l) *Capit.* LVDOVICI P. add. IV, 73. & III. 33. 74. MEINDERS *de iudic. centen.* p. 63.

m) OCKEL c. l. th. 83.

n) BRVMMER c. l. c. VII. §. 9. ſeq.

re poſſumus, quid cauſæ fuerit, cur (a) iurati geſchworne genannte dicerentur, & (b) in fronte librorum iudicialium ultimum Chriſti iudicium conſpicerent.

* Formula iuriſiurandi non ſemper fuit eadem. Aliquas uidere potes ap. MEINDERS c. l. p. 65. & Gl. *I. P. S.* III, 54.

§. XXVIII.

Scabinalis dignitas (1) non erat ambulatoria *o*), nec (2) amittebatur ob corporis aliquod uitium *. Inteterim tamen (3) perſonalis erat, & poſt demum (4) hereditaria facta. Itaque non niſi media ætate, ſcabino mortuo, illius filius natu maximus, &, hoc deficiente, agnatus ſuccedebat proximus. dignitas &

* A mallo tamen arcebatur ſcabinus *leproſus*, itidem *excommunicatus*. Gl. *Weichbild.* art. 16. nr. 9.

§. XXIX.

Numerus ſcabinorum pro uarietate temporis, locorum & actuum iudicialium uariauit nimium *p*). Solemniorem alii *duodenarium*, alii *ſeptenarium* nominant *q*). numerus.

o) Id. c. l. c. VIII. §. 12.
p) *Capit.* II, 28. III, 40.
q) MEINDERS p. 63. 68. BRVMMER c. l. c. VI. §. 3.

§. XXX.

Hodiernorum ſtatus. De ſcabinis, qui ſunt hodie, notes: quod (1) debeant eſſe uiri probi & indigenæ; (2) conſtituantur (a) mediante iureiurando *r*) (b) a iurisdictionis criminalis domino (c) ad uitæ plerumque dies; (3) in eorum numero raro ſint nobiles * & iurium periti; (4) adhibeantur non ad ſuffragia ferenda, ſed ad conſtituendum iudicium criminale, tempore quo cauſa cognoſcitur aut deciditur *s*); (5) alicubi crimina denuntiare teneantur; (6) ſoleant eſſe diuerſi numeri, prout grauitas actus in iudicio peragendi uariat *t*), & mores prouinciarum differunt **.

* Ab illo enim tempore, quo (1) ſcabini tanquam ſanguinarii homines a præbendis excludebantur, (2) iunior ſcabinus carnificem agere cogebatur, (3) iura peregrina perplexam reddiderant iurisprudentiam, (4) principes & comites non amplius præſidebant &c. iudicii criminalis tædium ceperunt nobiles.

** Quia tot ſcabinos, quot ad conſtituendum iudicium criminale requiruntur, quodlibet bannum non continet, alicubi recepti ſunt die Roth- und Wechſel-Schöppen, de quibus uid. LUDOVICI ad C. C. p. 13.

§. XXXI.

r) *C. C. C.* art. 4.
s) *C. C.* art. 1. 81. 84. 92. 93.
t) *C. C.* art. 12, 13. 47. 84.

§. XXXI.

Actuarii (§. XIX.) eſt, ea omnia quæ in iudicio dicta ac peracta ſunt *conſignare*, conſignataque *adſeruare*. Fieri autem debet conſignatio (1) *in continenti u)*, (2) *accurate*, (3) *plenis* ac (4) *perſpicuis* uerbis, (5) additis *nominibus iudicis* & *ſcabinorum* *, coram quibus, nec non (6) ſignificato *tempore x)*, quo, quod annotatur, dictum uel actum eſt *y)*. Præterea ut actuarius (7) *nomen ſubſcribat* ſuum **, & quandoque ſcripta reo *prælegat*, neceſſe eſt *z)*. 3) Actuario. Illius officium &

* Hi nomina ſua tunc demum ſubſcribunt ipſi, ubi actum magni momenti concernit conſignatio

** Non ſufficit generalis ſubſcriptio u. c. Hochfürſtl. S. Eiſen. Amt, Churfl. Maynz. Stadt-Gerichte zu Erfurth.

§. XXXII.

Itaque debet eſſe (1) uir *bonus*, alias recuſatur. Et ſi acta falſo iam conſcripſerit, punitur pro grauitate damni dati (lib. I. §. CCCCLXI.) *a)*; qualitates.

 (2) iu-

u) Ord. Notar. Maximil. I. de A. 1512. §. 6. BEYER d. *de exped. act. iud.* §. 13. ſeq.

x) C. C. art. 182.

y) LEYSER ſp. LXXI.

z) STRYK d. *de protocollo.*

a) BERGER ſuppl. ad *Elect. Iur. Cr.* p. 2. obſ. 59.

(2) iurium criminalium *peritus*, atque (3) ad acta *iuratus b*) *. Denique in Saxonia Electorali ſit *Notarius publicus*, neceſſe eſt *c*), ſi iudicium militare *d*) exceperis.

* Hoc iusiurandum ſtatim ab initio muneris præſtandum eſt, nec cœpta aliqua inquiſitione ſuppleri poteſt, niſi reo conſentiente. GRANZ *defenſ. reor.* p. 192. ſeq.

TIT. III.

DE IVDICIIS CRIMINALIBVS, EORVMQVE FORMA ET DIVERSIS GENERIBVS.

§. XXXIII.

Iudiciorum criminalium forma antiqua &

Cauſæ criminales olim (1) Martis poſt quoque Veneris diebus, (2) ab hora *tertia* ad medium usque diem (3) *ſub dio* in altiori quidem, non tamen eodem ſemper loco cognoſcebantur ac decidebantur (4) a ſcabinis, qui poſt iudicium, ſeptum (5) conſidebant in ſcamnis quadrato ordine *e*) circumpoſitis. Vnde intelligere

b) C. C. art. 5. ibique KRESS §. 2.
c) KAYSER *pr. crim.* c. II. §. 15.
d) *Mand. Reg.* de A. 1718. d. 12. Apr.
e) MEINDERS *de iudic. centenar.* c. 4. §. 46. pag. 91.

gere potes (a) quid cauſæ ſit, cur maiores locum iudicii notauerint aliquo ſigno, iudicia uocauerint malla & mallobergia *f*) atque ſtatuæ, qua locus iudicii denotabatur, tribuerint nomen: Rugland, Roland *g*); (b) unde ueniat nomen ſedis ſcabinalis Schöpfenſtuhls, Dingſtuhls, & (c) quid ſibi uelit phraſis: binnen 4. Bäncken *h*).

§. XXXIV.

Hodie (1) cauſæ criminales quouis die & quauis hora cognoſci queunt, nec (2) ut iudicium muniatur neceſſe eſt, ſi exceperis das Hoch-Noth-Peinliche Halß-Gericht. Vbi uero cauſa ipſa cognoſcenda uel decidenda eſt, (3) iudex, ſcabini & actuarius, debent conſidere, ſie müſſen die Banck beſetzen, nec unus alterius uices ſupplere poteſt (§. XIX.). hodierna.

§. XXXV.

Iudiciorum Weſtphalicorum * conſtitutio & forma primæua, neque præpoſtera, neque a forma antiquiſſimorum iudiciorum multum recedere uidetur Iudiciorum Weſtphalicorum conſtitutio &

f) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* IV, 25.
g) OCKEL *de palat. reg.* th. 17. ſeq. 39. ſeq. 146.
h) MEINDERS c. l.

detur mihi. Nam (1) conſidebant Frigauius ** & ſcabini *i*), qui non niſi qualificati *** & præuio iureiurando conſtituebantur; (2) cognoſcebantur cauſæ criminales *k*) hoc modo: (a) Vbi accuſatus uel ore uel per literas a duobus ſcabinis perferri ſolitas citatus *l*) & (b) per procuratorem, ex ſcabinorum numero plerumque electum *m*), comparens (c) exceptiones, quas habebat, *dilatorias* (fori incompetentis, rei transactæ uel ex compromiſſo finiendæ *n*)), aut *peremtorias* oppoſuerat, (d) in conſeſſu iudicii ferebatur ſententia, (e) quæ a uiribus rei iudicatæ ſuspendi poterat: ſi uero (f) citatus uadimonium deſeruerat, Frigrauius eum confeſſum habebat atque in bannum declarabat *o*).

* Nobis hic ſermo non eſt de antiquiſſimis iudiciis, quæ in Saxonia fuerunt & Weſtphalia, ſed de illis, quæ conſtituerunt Epiſcopi in Weſtphalia ſedentes, & in eruditorum libris κατ' ἐξοχὴν Weſtphalica audiunt

i) MEINDERS c. l. c. V. §. 20. p. 127.
k) ID. c. l. c. IV. §. 26. p. 70.
l) MEINDERS c. l. §. 21. ſeq. p. 128. THOMASIVS d. *de iud. Weſtph.* §. 42.
m) THOMASIVS c. d. §. 43.
n) DATT *de P. P.* IV, 3, 49.
o) MEINDERS c. l. §. 24 p. 129. ſeq.

audiunt. THOMASIVS d. *de orig. natura progr. & inter. iudic. Weſtph.* §. 24. ſeq.

** Frigrauius & Stuhlherrn ab illo tempore fuerunt diſtincti, quo domini iurisdictionis criminalis ſuis iudiciis ipſi non præſidebant. THOMASIVS c. d. §. 35. s).

*** Debebant eſſe (1) liberæ & (2) legitimæ natiuitatis, nec (3) banniti. Rite creati ſancti erant, & criminis difficilius accuſari ac condemnari poterant.

§. XXXVI.

Ex quo uero Weſtphalici iudices cœperunt nouam formam condere, conditam omnibus, qui non conſidebant, celare *p*), in numerum ſcabinorum non qualificatos legere, lectos ſingulari iureiurando obſtringere *q*), reos in facinore deprehenſos *r*), aut a ſcabinorum aliquo iurante accuſatos *s*) absque ſolemni iudicio condemnare, illimitatam iudicandi poteſtatem ſibi tribuere, eamque per totam fere germaniam exercere *t*): factum eſt, (1) ut ſcabini *ſciti* & (2) iudicia, heilige heimliche Achten diceren- fata.

p) MVLLER R. Tags *Theatr.* p. II. c. 6. p. 494.

q) HERTIVS *Opuſc.* Vol. II. To. II. p. 250.

r) THOMASII d. *de occaſ. conc. C. C.* §. 10. ſeq.

s) THOMASIVS c. d. §. 49. d). HVND Bayer. Stambuch p. 410.

t) MEINDERS c. l. §. 26. p. 131.

cerentur *u*); (3) ut *homines inferioris conditionis* certatim quærerent dignitatem ſcabinalem, ſicque (4) numerus ſcabinorum breui temporis ſpatio ad 60. 70. immo 100. uiros creſceret *x*); (5) ut *ordines imperii* de iudiciorum Weſtphalicorum abuſibus conqueſti *y*), mox priuilegium exemtionis ab Imperatore impetrarent *z*), mox fœdus cum aliis inirent *a*), de ui iniuſta repellenda; (6) ut Imp. de iis reformandis & corrigendis laborarent *b*).

§. XXXVII.

Iudicia denunciatoria antiqua &

In iudiciis denuntiatoriis **Rüge⸗Gerichten**, quæ ſuis ſolemnitatibus inchoantur & finiuntur *c*), ad unum omnes mallenſes, ut dicuntur, comparere, & delicta in banno perpetrata,

u) *Reform. Colon.* c. XVIII.

x) THOMASIVS d. *de iud. Weſtph.* §. 35. x) p. 58.

y) GRYPHIANDER *de Weichbild. Saxon.* c. 57. MEINDERS c. l. p. 102.

z) ID. c. l. c. 60.

a) HERT d. *de conſult. leg. & iud.* §. 20.

b) Ill. STRVV *hiſt. iur.* c. IX. §. 20. FREHERVS *de ſecret. iudic.* p. 29. ſeq.

c) MYLII d. *de iudic. denunt. Sax.* c. 3. §. 25. 28. p. 51. 54.

ta, nec iudici iam cognita *d*), ſub iuriſiurandi fide reuelare tenentur *e*). Fit illud ſtato die & regulariter quot annis *f*).

§. XXXVIII.

Quæ hodie uigent, ſolam correctionem & emendationem morum intendunt ac breui temporis ſpatio expediuntur. Vnde (1) quibuſdam dicuntur iudicia *cenſoria g*) *, & (2) conuenire uidentur iudiciis illis, quæ maiores uocarunt Dreyding *h*); (3) iudicis cenſorii eſt aduocatos reiicere *i*), (4) nullas ſportulas exigere *k*), (5) attendere den Rüge-Zettul, atque (6) grauiora crimina, ſi quæ denuntiata fuerint, criminali iudici ſignificare *l*). hodierna.

* Dicuntur etiam *Quatember*-Gerichte in præſertim in locis, ubi quater in anno exercentur.

§. XXXIX.

d) ID. c. d. §. 19. p. 44.
e) HERTIVS c. d. §. 28. in *Opuſc.* Vol. I. To. II. p. 321.
f) WEHNER *Obſ. pr.* u. Rügen.
g) HERBORT. d. *de iudiciis cenſoriis.*
h) V. Dreydings-Ordnungen.
i) MYLIVS c. d. §. 21. p. 45.
k) Id. c. d. §. 27. p. 53.
l) F. S. Goth. Rüge-Ordnung de A. 1646. tit. vom Amt der Rüge-Richter

§. XXXIX.

Das Hagedorn-Gerichte.

His ſimile eſt das Hagedorn-Gerichte, quod Delbrugiæ notum. Nam & ibi quotannis de criminibus inquirendis & puniendis agitur. Illud tamen ſingulare eſt, quod accuſatus ſoleat cultrum ſuum in terram agere, &, ubi nocens eſt, dicere: Ek ſteke mien Meſſer up Gnade! ſin innocens, his uerbis uti: Ek ſteke mien Meſſer up Recht *m*).

§. XL.

Das Rüge-fünfer- und Hader-Gerichte.

Norimbergæ in iudicio, quod dicitur das Rüge-Gericht, & bis in ſeptimana exercetur, dirimuntur ſimultates, ſi quæ inter opifices ortæ; in illo autem, quod audit das fünfer- oder Hader-Gericht, transgreſſiones legum ueſtiariarum, iniuriæ, die Peüderlinge, Blutrunſten, braun und blau coercentur mulctis certis, ad libram & denarium determinatis, nach Pfund und Pfenning *n*).

m) HOFFMANN *Spec. Iuriſpr. ſymb.* p. 62.

n) Linckens d. *de iudiciis reip. Norib.* c. V. §. 7. ſeq.

§. XLI.

A quibus & quomodo cognoſcantur cauſæ criminales in iudicio, quod Inzicht-Gericht uocant Norimbergenſes, docent **Linck** *o*) & commentator Reformationis Noricæ *p*).

Das Inzicht-Gerichte.

TIT. IV.
DE
FORO COMPETENTE.

§. XLII.

Reus ſortitur forum uel ex *communi* uel ex *ſingulari* iure. Ex iure communi (1) ubi *domicilium* habet ſuum *q*), (2) ubi *delictum* uel inchoauit uel conſummauit. Quo autem modo locus delicti, ſi in confinio cadauer iaceat, inueſtigari poſſit? acriter diſceptant Dd. (3) ubi *deprehenditur*, ac carceri includitur. Quod forum cur ad uagabundos reſtringas, certe non eſt.

Forum commune triplex eſt.

§. XLIII.

o) c. d. c. VIII. §. 9. ſeq.

p) p. I. p. 334.

q) SCHOEPFFERI d. *de foro ſtudioſi delinq.* c. I. nr. 57.

§. XLIII.

Priuilegiato gaudent (1) ciues academici

Priuilegiato foro gaudent (1) *ciues academici*, quorum cauſæ criminales in iudicio academico * diſcutiuntur, ſi uel maxime (a) nomen ſuum nondum profeſſi ſint *q*), (b) bacho tantum & Veneri litent *r*), (c) non niſi corpus exerceant *s*), aut (d) domicilium in ea urbe, qua floret Academia, ſibi conſtituerint. Gaudent eo una cum uxoribus & liberis, nec non famulis, ſi exceperis Academiam Francofurtenſem *u*).

* Non omnium academiarum poteſtas cognoſcendi crimina eadem eſt. Lipſienſi enim, Helmſtadienſi &c. omnimoda iurisdictio competit, limitata uero Ienenſi, quæ reum quæſtori tradit, ſobald etwas peinliches erkannt worden. LANSIVS *tr. de Acad.* p. 50. RICHTER ad Auth. Habita. diſp. VI. p. 137.

§. XLIV.

(2) clerici

Dein priuilegiato foro gaudent (2) *clerici.* Hi enim rei cuiuscunque criminis, communis proprii, in conſiſtorio accuſantur *x*), (3) *nobiles mediati*

(3) nobiles mediati.

s) Id. c. d. nr. 71.
t) Id. c. d. nr. 78.
u) Id. c. 2. nr. 78.
x) HILLIGERI d. *de foro clerici delinquentis.*

diati y) eorumque uxores & liberi *, præſertim ubi non ſunt Amtſaſſii.

* Hi banno patris uel mariti ſe ſubiicere nequeunt. KRESS c. obſ. §. 9. LYNCKER *conſil.* 47.

§. XLV.

Porro huc pertinent (4) *principes* imperii & (5) *nobiles immediati*, quippe quorum crimina in territorio alterius germanici principis commiſſa cognoſcit imperator z). Id quod tamen fallit, ſi qui alterius principis miniſtri circa officium deliquerint *a*). (4) principes (5) nobiles immediati

§. XLVI.

Sic quoque non communi ſed mittentis foro ſubſunt (6) *legati* principum in imperii comitiis. Cui uero iurisdictio criminalis competat in legatorum famulos & famulas? ſæpe diſputatum eſt inter legatos & mareſchallum. Vtriusque partis argumenta tradit KRESS *b*). (6) legati

§. XLVII.

Denique quod ad forum priuilegiati ſunt (7) *milites* etiam uoluntarii, (7) milites

 non

y) KRESS d. *de uariis iur. crim. in germania generibus* obſ. V. §. 8. p. 58.

z) KRESS c. obſ. §. 3. ſeq. p. 47.

a) LEYSER ſp. LXXX. m. 11.

b) c. d. obſ. 6.

non tamen ueterani, in delictis tam militaribus (Lib. I. §. DLXVII. ſeq.) quam communibus *c*), poſt nomen militiæ datum, commiſſis. Quæ uero perpetrarunt antea, ab ordinario iudice, adſtante tamen officiali, cognita puniuntur *d*), (8) *conſiliarii*, reliquique miniſtri principis *e*), quorum delicta cognoſcit & punit princeps, cui ſeruiunt, dummodo non ſint titulares atque in alieno degant territorio. Itaque (a) qui circa officium deliquit, licet in ditione alterius principis habitet, tamen forum ſortitur ſub eo principe, cui ſeruit *f*), (2) duorum pluriumue principum miniſter communis, ubi deliquit, ad commune forum prouocare poteſt *g*).

(8) conſiliarii.

§. XLVIII.

Quando ipſi principi competerat cognitio?

Illud quoque notandum erit, quod perduellionis & falſæ monetæ *h*) crimina neque in communi (§. XLII.), neque

c) *R. I.* de A. 1641. BEHAIMB *mil. delinq.* obſ. 74.
d) ID. obſ. 75.
e) LEYSER ſp. LXXX. m. 4.
f) Id. c. ſp. m. 6.
g) Id. c. ſp. m. 9.
h) LYNCKER *deciſ.* 795. LVDOVICI ad C. C. p. 45. nr. 42. ſeq.

neque in priuilegiato quodam foro (§. XLIII. ſeq.) cognoſci queant, ſed diſcutienda ſint ab ipſo principe cuiusque territorii. Cæſar, licet hodie nulla iurisdictio competat ei in territoriis principum imperii (§. VII, 3.) *i*), tamen quandoque tentauit falſæ monetæ crimen cognoſcere *k*).

§. XLIX.

Concurſus fori communis & priuilegiati.

Cæterum notandum erit (1) quod non ſolum ipſi priuilegiati ſed & ipſorum familia, ubi ad commune forum citantur, opponere poſſint exceptionem fori declinatoriam, ſemper attendendam, ſi (a) deliquerunt in territorio illius, qui conceſſit priuilegium, atque (b) in loco eiusdem territorii ſpecialiter non exemto deprehenduntur.

§. L.

fori delicti cum foro domicilii & deprehenſionis.

Quando forum delicti collidit cum foro domicilii uel deprehenſionis, uidendum, num omnia *uni* an *diuerſis* pareant principibus. *Illo* caſu forum delicti præferendum reliquis, *hoc* uero,

i) HERT. d. *de ſuper. territ.* §. 71. Opuſc. Vol. I. To. II. p. 235.

k) LONDORP *Act. publ.* To. IX. p. 58.

ro, omnium competentia eadem eſt, & ſic datur locus præuentioni, quæ contrahitur citatione reali, non autem uerbali, niſi citatus in citantis territorio poſſideat immobilia.

TIT. V.
DE
PROCESSV ACCVSATORIO.

§. LI.

Duplici modo in cauſis criminalibus proceditur uel per *accuſationem* uel per *inquiſitionem*. *Denuntiatio* enim uiam tantum ſternit ad inquiſitionem.

§. LII.

Forma proceſſus accuſatorii

Forma proceſſus accuſatorii hæc eſt: I. Si quis neque ciuiliter neque moraliter impeditorum *libellum accuſatorium* iudici competenti (§. XLII. ſeq.) obtulit, II. de lite proſequenda,& quandoque de ſumtibus litis damnis & iniuriis *cauit*, III. commiſſi criminis *indicia* attulit legitima: IV. iudex iubet accuſatum *carcerem* ingredi, & poſtea *litem conteſtari*, additis exceptionibus criminis ueritatem elidentibus. V. Lite negatiue conteſtata, accuſa-

cuſator intentionem ſuam *probare* debet, accuſato reprobatione ſalua. VI. Probatione & reprobatione finita, de utriusque fide & concluſione *diſputant* litigantes, expectaturi VII. *ſententiam.*

§. LIII.

Accuſator habilis.

Ab accuſando plane repelluntur qui rem uel plane non uel non ſatis intelligunt. Illi uero, (a) qui accuſato *terrori* eſſe queunt, uel (b) *pietatem* accuſando lædunt, uel (c) *fidei* ſunt *ſuſpectæ*, itidem (d) *feminæ*, *milites*, *clerici* tunc demum admittuntur, ubi iniuriam ſibi aut ſuis illatam uindicare, uel læſæ maieſtatis aliusue ſat atrocioris criminis reum accuſare uolunt *l*).

§. LIV.

Ex pluribus ad accuſandum concurrentibus iudex illum eligit, (1) qui *dignitate* præcellit, aut (2) cuius maxime *intereſſe* * uidetur, aut (3) quem *ætas*, *mores* uel *iuſta cauſa* alia commendant præ reliquis *m*).

l) CARPZOV *pr. crim.* q. 104. nr. 23. ſeq. FROELICH p. I. p. 329.

m) Id. c. l. nr. 47. ſeq.

* Vetuſtæ LL. Goslarienſes in uindicanda nece accuſatores concurrentes hoc admittunt ordine, (a) de neyſte ſwertmag (b) dat echte Wyf (c) de andere Mage (d) de hofhere (e) de Wert, da de tode inne gewohnt. *Script. rer. Brunſu.* To. III. p. 498.

§. LV.

qui lubens obtulit

Nemo, ne quidem læſus, alterum accuſare *cogitur*. Id quod uel C. C. *n*), & illa dicteria: ich will ſein Ankläger und Verräther nicht ſeyn, es geht mich nicht an, it. Es mag ein ieder ſeinen Schaden verſchweigen, wann er will *o*), ſatis innuunt. Sic quoque aliquem, qui uiri ſibi proxime agnati cædem non uindicauit, hereditate priuatum *p*), aut alia pœna unquam * adfectum eſſe, me legere non memini. Adhuc hodie liberæ uoluntatis eſt accuſatio, ubi eam non iubet (a) ſtatutum ſpeciale *q*), uel (b) muneris ratio *r*).

* Quod media ætate heredes, occiſum non uindicantes, ſecutus fuerit grauium uirorum contemtus, probare annititur. V. C. HOFFMANN *ſpec. Iuriſpr. ſymb. uet. germ.* §. 29.

§. LVI.

n) art. 214.
o) *I. P. S.* II, 60. HERTIUS lib. I. *param.* 103.
p) ID. d. *de herede occiſi uindice* ſect. 3.
q) KRESS ad C. C. c. a. not. 1.
r) STRUV *obſ. crim.* II, 2.

§. LVI.

Libellus accuſatorius continere debet *s*) (1) nomen accuſatoris *, accuſati & iudicis coram quo fit accuſatio, (2) ſpeciem delicti ** ab accuſato commiſſi *t*), (3) temporis ***, loci *u*) & alias circumſtantias, quae ſcitu neceſſariae. Illud praeterea in hoc libello ſingulare eſt, (4) quod *articulatim* poſſit concipi, atque (5) illius *petitum* generatim & alternatiue formari, immo penitus omitti. Non neceſſarium, ſatius tamen eſt, (6) ut accuſator in libello enarret delicti & delinquentis *indicia* *x*). libellum accuſatorium,

* Quo diſſimulato uel ficto, accuſatio in famoſum libellum degenerare quibusdam uidetur. Sed perperam. Quum enim tectum auctoris nomen hodie non amplius ſit requiſitum libelli famoſi (lib. I. §. CCCXXII.*) neſcio rationem, qua poſſit ex accuſatorio libello famoſum efficere.

** Qualitatem doli cautus accuſator non adiiciat: OLDEKOP *tit.* II. *obſ. crim.* 39.

*** Dies tunc demum ſpeciatim adiici debet, ubi eum exprimi res iubet ipſa, uel reus

 petit

s) C. C. C. art. 89. FROELICH p. I. p. 334. ſeq.

t) C. C. art. 11.

u) FAVST a STROMBERG tr. *de crimin.* c. 19. p. 264.

x) CARPZOV *pr. crim.* qu. 106. n. 19. ſeq.

petit ſe defenſurus. FAVST a STROMBERG c. tr. p. 266.

§. LVII.

cauere debet.

Ubi enim uel nulla uel non legitima attulit indicia *y*), nec aliunde iam conſtat de delicto commiſſo, de ſumtibus litis damnis & iniuriis *cauere*, & ſi hoc nequeat, una cum accuſato *carcerem ingredi* tenetur *z*), niſi neceſſitate ductus (§. LV.) accuſauerit. Perſonæ illuſtres, eccleſiæ & ciuitates, ſi cautionem ſufficientem præſtare nequeant, cuſtodiæ mancipare poſſunt *obſidem*, eum tamen, qui accuſato par eſt dignitate & conditione *a*).

* Quod quoque de accuſatione proſequenda & probanda cauere debeat accuſator, res per ſe clara eſt.

§. LVIII.

Accuſatus excipit, &

Accuſatus * iudicium *differt* opponendo exceptiones (1) *iudicis* incompetentis (§. XLIX, 1.), (2) inhabilis (§. XXI. ſeq.) uel (3) ſuſpecti (§. XXII.); (4) *præuentionis* (§. L.); (5) *accuſatoris* inhabilis (§. LIII.); (6) *libelli* inepti; (§. LVI.) (7) *cautionis* nondum præſtitæ (§. LVII.) (8) *loci* non tuti *b*) &c.

* Si

y) *C. C.* art. 15.
z) *C. C.* art. 12. 14.
a) *C. C.* art. 14.
b) OLDEKOP tit. 3. obſ. 28.

* Si quæ indicia commiſſi criminis legitima contra eum pugnant, non uero ſolius accuſatoris periculo, includitur carceri STRYK d. *de eo quod ſit periculo petentis*, atque non habens, unde ſe alat, ab accuſatore uoluntario alendus eſt. COLER *proc. exec.* p. I. c. 2. nr. 89.

§. LIX.

Reſponſio ſit pertinens, clara & ad ſingula accuſationis membra tendens. Quam ſecunda uice & quidem ſub pœna confeſſi & conuicti iniunctam ubi recuſat accuſatus, ſunt qui eum *confeſſum* quidem & *conuictum* habent, attamen torturæ tantum *c*) non pœnæ ſubiiciendum. litem conteſtatur.

§. LX.

Accuſator debet a reo negata probare, oppoſitas exceptiones elidere, atque toties, quoties opus eſt, in iudicio comparere. Hinc penes illum non eſt durante proceſſu alio ſe conferre. Si uero, quin peregre abſit, nequeat, debet (a) deſignare locum, quo mittenda iudicis decreta, (b) facere ſumtus in transmiſſionem neceſſarios *d*). Accuſator replicat.

§. LXI.

c) CARPZOV c. l. q. 106. n. 74.
d) *C. C.* art. 17.

§. LXI.

Accuſationis effectus.

Reliquas partes huius proceſſus, quum uel inquiſitorio uel ciuili proceſſui reſpondeant, tacitus iam prætereo, illud monens (1), quod accuſando nemo perdat *famam* ſuam *e*), (2) accuſator ſimul *teſtis* eſſe nequeat *f*), (3) quod liceat accuſatori, quem deficit probatio criminis, ad *præſumtiones* regredi, iisque probatis facere, ut accuſatus crimen negans torturæ ſubiiciatur *g*); (4) quod accuſatus durante proceſſu neque *recriminare h*), neque ad *dignitates* adſpirare poſſit, ſed (5) ab officio, quod adhuc obiit, *ſuſpendatur;* (6) quod ſimpliciter abſolutus accuſatorem *de iniuriis & expenſis conuenire* poſſit *i*), tam in huius foro ordinario, quam coram criminalis quæſtionis iudice.

§. LXII.

Procurator in cauſis criminalibus.

Accuſatori ſemper *k*), accuſato uero tunc demum, ubi (a) cauſas abſentiæ

e) CARPZOV c. l. q. 104. n. 11.

f) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 50. n. 22.

g) CARPZOV c. l. q. 106. n. 26.

h) WVLCOVII d. *de antecategoriis.* V. C. HEIMBVRG d. *de anticategoria.*

i) C. C. art. 12.

k) C. C. c. art. 1.

ſentiæ ſuæ laudaturus *l*), aut (b) exceptiones declinatorias uel dilatorias oppoſiturus, aut (c) merita illius cauſæ, quam neque capitalis neque corporalis pœna manet, tractaturus eſt, per *procuratorem* comparere licet *m*).

§. LXIII.

Vſus P. A. hodiernus

Accuſatio, quia accuſatori non unum & alterum, ſed uaria fert incommoda *n*), hodie fere ignoratur. Illud tantum in quibusdam prouinciis ſeruatur uſu, quod iudex publicum accuſatorem, qui tot incommodis, quot accuſator uoluntarius, non adficitur (§. LVII. LVIII. *), ſoleat, immo, ſi reus gaudeat priuilegio de inquiſitorie contra eum non procedendo, debeat conſtituere.

§. LXIV.

in Saxonia &c

I. *Sax.* debet (1) accuſator *guarandam* * præſtare *o*), & (2) omnis proceſſus *uiua uoce* inſtitui von Mund aus in

l) ARVMAEVS *lib.* I. *dec.* 7.

m) CARPZOV *pr. crim.* q. 105. Ill. BOEHMER d. *de procur. in cauſ. crim.*

n) FROELICH *comment.* über P. H. G. R. p. I. p. 328.

o) *Weichb.* art. 114. COLER p. I. dec. 109. n. 10. CRELL. *de iure man.* c. I. §. 10.

in die Feder *p*). Guaranda præſtita non impedit, quo minus accuſator noua ac plura adducat indicia, quum ſic non mutet libellum *q*).

* Quæ hodie in foris Elect. Sax. præſtanda non eſt. *O. P. R.* ad tit. 12.

§. LXV.

Ducatu Wurtembergico.

In Ducatu *Wurtembergico* diuiditur in *criminalem* κατ' ἐξοχὴν & proceſſum *ſuper facto*. *Ille* ubi inſtituitur (1) reus citatur per campanam criminalem trina uice pulſatam; (2) iudex ſtricto gladio præſidet, & ſcabini cincto enſe adſident (3) iudicio criminali, (4) reum audituri atque condemnaturi. *Hoc* inſtituto, nulla pulſatur campána, abſunt gladii, & nulla res nulla perſona in eo occurrens criminalis audit. Huic locus eſt, quando dubium an pœnæ corporali locus eſſe queat propterea, quod cauſæ adſint dolum & delictum imminuentes.

TIT. VI.

p) *Conſt. El.* 1. p. I.

q) CARPZOV c. l. q. 106. n. 64. ſeq.

TIT. VI.

DE PROCESSV INQVISITORIO
& ſpeciatim
DE
CORPORE DELICTI INVESTIGANDO.

§. LXVI.

Olim ualebat regula: Wo kein Kläger, da kein Richter *r*). Proceſſus inquiſitorius, quem Seculo XII. introduxit Lotharius, ut eccleſiæ eo facilius & celerius recuperarent res furto amiſſas, ſubſequentibus temporibus eſt mox probatus mox reprobatus *s*), mox in paucis mox in omnibus atrocioribus criminibus admiſſus *t*). Proceſſus inquiſitorii natales &

§. LXVII.

Ordo ſolemnis, quem iudex inquiſiturus ſeruare debet, hic eſt: (1) Quamprimum ei innoteſcit delictum aliquod forma.

r) *Capitul.* VII, 359.
s) *I. P. S.* I, 62.
t) KRESS ad *C. C. C.* art. 6. §. 5. 6. Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 1, 86. THOMASII d. *de orig. proc. inq.*

quod (lib. I. §. XIV.), idque, quod uel capitali uel corporali pœna coerceri iubent leges, commiſſum eſſe, (2) in illius * *corpus*, & (3) *auctorem* inquirere atque (4) *indiciis* legitimis grauatum *carceri* mancipare, & (5) primum *ſummarie* (6) dein ad *articulos* rogare debet. Quod ſi reus delictum neget, iudicis eſt (7) conquirere *teſtes*, eosque (8) cum reo negante *committere*; (9) reum criminis quodammodo conuictum diris *quæſtionibus* ſubiicere, ac (10) defenſum, prout leges & facti circumſtantiæ ferunt, uel condemnare uel abſoluere.

* Dummodo non ſit (a) furtum a coniuge aut herede proximo commiſſum, uel (b) adulterium. In his enim delictis querela læſi expectanda eſt C. C. art. 165. 120.

§. LXVIII.

Iudex, cui delictum innotuit

Delictum commiſſum eſſe, iudici innoteſcit uario modo. Præſertim illud uel *fama* fert *u*), uel *queritur* læſus, uel *denuntiat* alius, uel *præſumtiones* loquuntur.

* Per ſcriptum denuntiantis cautio hæc eſt, ut ne petat, ſed iudici committat uindictam criminis.

§. LXIX.

u) BECHMANNI d. *de fama*.

§. LXIX.

Nullum uero niſi illud iudici in notitiam legitime ueniſſe dicitur, cuius corpus inueſtigandi ſimul oblata eſt occaſio. legitime,

§. LXX.

Inueſtigatio corporis delicti, quam fundamentum totius inquiſitionis habeo, fit uel *ad ſenſum* uel *ad intellectum*, prout aliquod aut nullum ueſtigium delicti commiſſi ſupereſt. Non magni æſtimo diſtinctionem illam magiſterialem, qua delicta uel *facti permanentis* uel *facti tranſeuntis* dicuntur eſſe *x*). Eiusdem nominis enim delictum mox ad ſenſum mox ad intellectum poteſt inueſtigari. illius corpus inueſtigare debet.

§. LXXI.

Corporis delicti ad ſenſum inueſtigatio debet (1) quam celerrime *y*) (2) a iudice * loci, quo res eſt delictum ſignificatura *z*), (3) præſente actuario & (4) ſumtibus publicis fieri. Si iudex rem ipſe non intelligat, aut Quomodo ad ſenſum inueſtigetur corpus

x) HEIL *iud. & defenſ. in proc. inquiſ.* c. 1. §. 3. HAHN d. *de corp. del.* §. 62.

y) HEIL c. l. §. 5.

z) LEYSER *ſp.* LXXIV. m. 9.

aut intelligere non uideatur legibus, (5) *peritos in arte* **, atque (6) ſi præter ueritatem delicti, & qualitas, hoc capitale reddens, inueſtiganda, *ſcabinos* adſciſcere debet.

* Etiam ciuili, quoties delictum tantum, non illius qualitas, criminalem pœnam ferens, inueſtigatur.

** Qui ubi inter ſe diſſentiunt, iudex ſententiam mitiorem ſequitur, ſi diſſenſus tolli nequeat.

§. LXXII.

furti, De corpore FVRTI conſtat, ſtatim atque paret, res eo in loco, quo breui ante tempore fuerunt, citra cauſam & factum domini non amplius adeſſe. *Qualitatem furti* ſignificant fracta oſtia, adpoſitæ ſcalæ; *magnitudinem* uero, rerum ablatarum deſignatio & æſtimatio, uel a peritis uel ab ipſo læſo facta (lib. I. §. CVII.).

§. LXXIII.

delictorum carnis, ſpeciatim Corpus DELICTORVM CARNIS nonniſi ex utriusque partis confesſione de immiſſo ſemine plerique colligunt Dd. Non autem eſt, cur (1) teſtis uiuus & alia argumenta, ipſa confesſione ſæpe fortiora, negligantur, atque (2) delinquens confeſſus & conuictus dimittatur, ubi alterius confesſio

uel

uel natura uel facto hominis haberi nequit *a*). Hinc ICti Ienenſes & Halenſes de corpore delictorum carnis conſtare putant, ubi adeſt unius confeſſio, uel tormentis extorta, uel certis & indubitatis indiciis ſtipata.

§. LXXIV.

Corpus STVPRI iudex quandoque inueſtigat per peritas ac iuratas obſtetrices *b*), quarum eſt uidere, fracta ſit *uulua*, nec ne. Corpus ſtupri uiolenti quæſiturus, debet attendere (a) ſtupratoris & ſtupratæ *uitam* ante actam, *dignitatem*, *diuitias*, *robur* atque (b) *proceritatem*, ubi ſtando delictum commiſſum dicitur; (c) ponderare: num remoto an propinquo *loco*, (d) ſemel an diuerſis temporibus concubuerint? (e) conſiderare, quæ coitum ſint *ſubſecuta* (α) odii an amoris ſigna, (β) diſcurſus de præmio an de accuſatione, (γ) querelæ, clamor, eiulatus an taciturnitas ſine ratione * ſeruata *c*)? Ii qui ex ſubſecuta conceptione ſtu- ſtupri,

 prum

a) FROELICH p. II. p. 245.
b) MOELLER *ad Conſt. Sax.* IV, 31. GRANZ *def. inq.* p. II. p. 69.
c) CARPZOV *pr. crim.* qu. 75. nr. 87. LEYSER d. *de ſtupro uiol.* nr. 3.

prum ui non eſſe commiſſum, colligere uolunt *d*), me quidem iudice, ſæpe fallunt & falluntur.

* Sin femina honeſta, in loco remoto ab homine nullius frugi uim paſſa tacuit, ne ſe ſubiiciat ſiniſtro hominum iudicio, aut amittat conditionem nubendi: iudex illius dicta ſuperhabere nequit. KRESS ad art. 119. §. 6. nr. 2. CLASEN ad eund. artic. CARPZOV *pr. crim.* qu. 75. nr. 87. LEYSER c. d. nr. 4. 5.

§. LXXV.

homicidii, Corpus HOMICIDII *alii* ex *tempore*, per quod adhuc uixit, *alii* ex copia *ſanguinis* quam profudit, *alii* ex *regimine* quod ſeruauit & medicamentis quibus uſus eſt, uulneratus, colligere uolunt. Sed perperam agunt, hæc ad inſtar regulæ uniuerſalis ponentes *e*). Carolus V., qui ſtatuit ſine *ſectione* cadaueris illud diiudicari non poſſe: num ex uulnere perierit læſus? ſolemnem ſectionem præcepit *f*), eumque ſequuntur omnium fere prouinciarum leges. Scilicet iudex criminalis (§. LXXI.) * debet, quam primum fieri poteſt (§. LXXI,

d) BERLICH *p.* V. *concl.* 41. nr. 74.
e) KLEIN d. *de diebus criticis* c. 2. 3.
f) C. C. art. 149.

LXXI, 1.) *g*) ſcabinis (§. eod. 6.) ** & actuario præſentibus cadauer *leuare* ***, & leuati membrum **** uulneratum per Medicos ***** uel chirurgos (§. eod. 5.) † ad hunc actum legitime requiſitos *h*), ac iureiurando †† obſtrictos accurate ††† *ſecare* ††††. Secantes ad acta (1) ſtatim referunt (a) *uulnera* quæ deprehendunt, (b) adiecta eorum *forma*, *quantitate* & *qualitate*; (c) notant punctim an uero cæſim, & (d) quibus probabiliter *armis* ea illata fuerint *i*); (2) poſt paucos dies exhibent *uiſum repertum k*), quod Italis dicitur, addita epicriſi: num ex uulnere mors ſecuta nec ne? Si uero de letalitate uulneris inter ſe diſſentiant, utriusque rationes ſeparatim expoſitæ ad extraneos mittuntur medicos (§. LXXI. **) *l*).

* Iudex illius ſcilicet loci, ubi cadauer iacet (§. LXXI, 2.), ſiue idem de cæde cogniturus ſit ſiue alius. Diſſentire quodammodo uidetur FELTMANN *de cadau. inſp.* c. 4. aſt praxis, immo ratio docet, remisſioni nullum locum dari.

Aa 3 * Quo-

g) FELTMANN tr. *de cadau. inſpic.* c. 3. §. 7. ſeq. BARTH *hodeg. for.* c. V. §. 6.
h) ALBERTI *Iuriſpr. Med.* c. XVII. §. 15.
i) ID. c. l. §. 11.
k) FELTMANN c. l. c. 3. §. 1. & c. 54. HERT. d. *de inſpect. ocul.* §. 16.
l) ID. c. l. c. 43. §. 4. ſeq.

** Qui quod in terris Brunſuico-Luneburgicis non amplius ſuperſunt, eorum loco præfectorum ſubofficiales adhibentur. *Reſcr.* d. 29. Ian. 1727. apud PVFENDORFIVM *introd. in proc. crim.* c. VII. §. 11.

*** Si iam ſepultum fuerit, iterum effodiendum eſt. FELTMANN c. l. c. 61.

**** Quoad usque uiguit das Noth-Gericht, cadauer in iudicium deportandum erat. MEINDERS *de iudic. centen.* c. VI. §. 23. p. 161.

***** Intelliguntur ii, qui chirurgiam didicerunt Streckers d. *de fide & legal. med.* §. 5. atque, poſt probatam artis medicæ peritiam, academico gradu ſunt ornati. HERTII d. *de oculari inſp.* §. 28. 30. Sint præterea religionis uel nationis, cuius uelint, FELTMANN c. l. c. 45. dummodo honeſti ID. c. l. c. 47. Empyricos & chymicos iudex arceſſere nequit Id. c. l. c. 46.

† Tonſores, qui ut tales uulnera non intelligunt, iure non admittuntur. FELTMANN c. l. c. 48.

†† Iuriſiurandi formulam uide app. nr. 2. A iureiurando præſtando immunes ſunt (1) Phyſici, tam urbici quam prouinciales, qui tempore ſuſcepti muneris illud præſtiterunt iusiurandum, cuius uis ad omnes & ſingulos actus ſeſe extendit KRESS ad C. C. art. 149. nr. 3. FELTMANN c. l. c 50. LVDOVICI Peinl. *Proc.* c. 1. §. 15. (2) Medicorum illi, qui doctores creati iurarunt de fide & diligentia in omnibus omnino ſectionum actibus adhibenda. STRYK *de iur. ſenſ.* diſſ. 1. c. 2. nr. 32. *Conſ. Hal.* To. I. lib. I. conſ. 9. n. 8.

††† Non

††† Non eſt ſtilus immittendus, ſed pars uulnerata diſſecanda WELSCH *de ration. uuln. letal. iudic.* c. 15.

†††† Cadauer ſecandum eſt, ſiue uulnus ſtatim ſiue ex interuallo mors ſecuta ſit. Sectione omiſſa dubium eſt delicti corpus, & ſic poenæ homicidii ordinariæ locus eſſe nequit (lib. I. §. CCCLXI.), dicat, quid uelit, WERNHER d. *de cerebr. cert. corp. del.* p. 27. Menti ſuccurrit unicus caſus, quo ſectio iure negligitur, nimirum ubi unus alterius gulam laqueo fregit. PLAZ d. *An in homicidio ſectio & inſpectio cadaueris neceſſaria ſit?* §. 42. ſeq.

§. LXXVI.

De *corpore infanticidii* certus eſt, cui de eo, quod partus uixerit, & ſine cauſa naturali perierit, nullum ſupereſt dubium. Vt uero omne dubium ceſſet, debent Medici & Chirurgi, quos iudex hic eodem modo quo in homicidio (§. pr.) adhibet, (1) cadauer iuſto & maturo tempore (§. LXXI, 1.) accurate ſecare & inſpicere, præſertim (a) attendere: num organa ſint integra, & funiculus umbilicalis conformatus? quæ qualitas ſecundinarum? quantum ſanguinis ex funiculo umbilicali effluxerit? adſit in hiatu rhomboideo, temporibus, cranio &c. ſugillatio uera cum liuore & ſanguine extrauaſato? &c. (b) in- infanticidii?

terna conſpicere & uiſcera in thorace, abdomine & capite ſita probe conſiderare *m*); (2) quæ uitæ & mortis legerunt ueſtigia, iudici ſignificare, atque (3) quam de infanticidio commiſſo uel non commiſſo habent ſententiam, additis rationibus ferre.

§. LXXVII.

Quæ fides pulmoni natanti & ſubmergenti habenda?

Experimentum *pulmonum*, quo quidam corpus infanticidii inueſtigaturi utuntur *n*), fallax habeo ac illegitimum. Quia enim (1) in cauſa, cur natent pulmones, quandoque eſt putrefactio, quandoque aer inflatus, & ſic non ſemper aer inſpiratus, certum uitæ infantis nati ſignum eſſe nequit *pulmo natans*; & (2) ſi certum uitæ ſignum eſſet, tamen inde non conſtabit de infanticidio *o*); poteſt enim partus capite excluſus pulmones aere complere, & tamen ante excluſionem totius corporis ſine ulla matris uel alterius culpa ſuffocari. Sic quoque (3) *pulmo ſubſidens* infanticidium commiſſum non eſſe uix ſatis

m) Exper. TEICHMEYER *Inſtit. medicinæ legal.* c. 24.

n) SCHOEPFFERI d. *de pulmone infantis natante uel ſubmergente*, c. 1. nr. 3. ſeq.

o) IDEM c. d. c. 2. nr. 37.

tis probat. Inter Phyſicos enim & Medicos conſtat, (a) quod non ſtatim a natiuitate quilibet partus reſpiret, ſicque facile contingere poſſit, ut morti tradatur ante primum anhelitum, quo pulmo ad natandum disponitur *p*); (b) quod, ubi partus ſuffocatus eſt, aut (c) mater in aqua uel palude, quam intrauit parturiens, excluſit partum, pulmo nunquam natet, quum ceſſante reſpiratione non ſit explicatus *q*). Num hæc dubia, adhibitis cautionibus, quas commendat BEYER *r*), & ponderatis rationibus, quas tradit Exper. TEICHMEYER *ſ*), ad unum ceſſent omnia, diſquirant medici.

§. LXXVIII.

Quid iudicis ſit, inueſtigaturi corpus procurati abortus.

De *procurati abortus* (lib. I. §. CCCCVII. ſeq.) corpore quo conſtet, iudex quærit Medicos: num u. c. medicamentum *, quod adhibuit femina, partum immaturum expellere potuerit, & reuera expulerit?

* Quæ medicamenta procurant abortum, uaria tradunt medici V. Exp. TEICHMEYER c. l. c X. qu. 3. Quod uero dentur pharmaca

p) HEIL *iud. & defenſ.* c. 1. §. 7.
q) IDEM c. d. c. 1. nr. 29. ſeq.
r) ad C. C. art. 33. poſ. 21. ſeq.
ſ) c. l. p. 238. ſeq.

maca ſimpliciter & abſolute abortum procurantia, hodie negauit Cel. HOFFMANN d. *de leſion. extern. abortiuis uenenis &c.* obſ. 12.

§. LXXIX.

ueneficii, & Iudex corpus *ueneficii* cogniturus ex medicis iuratis, per quos inſpicit & ſecat cadauer (§. LXXV.), quærit: num homo ex ueneno propinato perierit *t*)? Hi, liuores in corpore, ſpumam in ore, corporis & unguium colorem &c. *u*) * attendentes, ferunt ſententiam rationibus firmatam. Vbi medici in diuerſas abeunt ſententias, quilibet ſuam epicriſin ſigillatim exhibet (§. LXXV, 2.).

* Signa ueneni *ingeniti* tradit FELTMANN *de cadau. inſp.* c. 5. nr. 11. ſeq. *propinati* uero KAYSER *pr. crim.* p. m. 137. ſeq.

§. LXXX.

reliquorum delictorum? Sic quoque iudex reliquorum delictorum u. c. incendii, magiæ, falſi, falſæ monetæ &c. ueſtigia legere debet. Quod ſi uero nulla ſuperſint, ad indicia & præſumtiones recurrendum eſt. Id quod dicitur corpus delicti inueſtigare *ad intellectum.*

§. LXXXI.

t) CARPZOV *pr. crim.* qu. 21. nr. 3. ſeq.
u) V. E. TEICHMEYER c. l. c. 20. q. 5. 7.

§. LXXXI.

Actuarii eſt, prolixe notare (1) cauſam inquiſitionis u. c. denuntiationis diem & circumſtantias, denuntiantis uerba, nomen * & perſonam, (2) corpus delicti, ſpeciatim quo modo, loco & tempore, per quem & ſub quibus circumſtantiis illud inueſtigatum fuerit. Poſteriori annotationi ſubſcriptione ſua fidem dant ſcabini, qui actui interfuerunt (§. XXXI. *). Actuarii officium.

* Quandoque tamen denuntiantis nomen poſt defenſionem demum a reo ſuſceptam exprimitur, ut colluſiones & perſuaſiones fraudulentæ euitentur MYLIVS ad BEYERVM art. 62. poſ. 42.

TIT. VII.

DE INVESTIGANDO AVCTORE DELICTI.

§. LXXXII.

Iudex cognito delicti corpore (§. LXXXI. ſeq.) illius auctorem quærere debet, examinando teſtes, perſcrutando domum ſuſpecti hominis, & alia conquirendo indicia. Teſtes audit (1) læſum, (2) illius conſanguineos, (3) eos, quibus præſentibus, aut (4) in quorum uicinia uel domo deli- Iudex auctorem delicti inueſtigaturus 1) rogat teſtes,

delictum peractum eſt, (5) denuntiatores, qui denuntiato ſilentii uinculo non obſtricti, immo (6) eos omnes, qui delicti notitiam habere uidentur.

§. LXXXIII.

ſed ſine ulla ſuggeſtione,

Quos omnes ſine ulla ſuggeſtione rogare debet. Videlicet (1) an delictum commiſſum eſſe * ſciant? (2) unde illud cognouerint? (3) quem delicti habeant auctorem? (4) cur hunc non alium? ** (5) quid? quale? quo modo & quibus circumſtantiis commiſſum? & (6) quid iis amplius de delicto *** commiſſo cognitum ac perſpectum? *x*).

* Dantur enim facta, quæ modo cum, modo ſine ſcelere, mox ab ipſo patiente, mox ab alio peraguntur BRVNNEM. c. l. c. VII. nr. 12. ſeq.

** Eos quoque, ex quibus teſtes de delicto commiſſo ſe cognouiſſe dicunt, iudex rogare debet.

*** Nulla enim fides habenda teſti ſine ratione aliquid adſtruenti, & ſic multo minus ſchedulæ, qua ab incerto quodam reus ſignificatur iudici. OLDEKOP. *tit.* 2. *obſ.* 19.

§. LXXXIV.

x) BRVNNEMANN *proc. inquiſ.* c. VII. nr. 28. ſeq.

§. LXXXIV.

Quorumuis teſtium dicta ſiue proſint ſiue obſint reo, diligenter notare & nemini manifeſtare debet actuarius (§.XXXI.).

§. LXXXV.

Ad inueſtigandum auctorem delicti facit (2) *perſcrutatio domeſtica.* Hæc uel *generalis* uel *ſpecialis* eſſe dicitur, prout uel omnes & ſingulæ cuiusdam banni, uel certæ tantum ædes perquiruntur *y*). Huic non datur locus, niſi ſatis conſtet de corpore delicti, & contra eum, cuius ædes perſcrutandæ, militent indicia. Inſtituitur h. m. Iudex, etiam ciuilis (§.LXXI. *) *z*), aut illius delegatus *a*), ubi una cum actuario introiuit ſuſpectas domus, iubet, lictorem omnes angulos perſcrutari, & quæ ſuſpecta inuenit, producere. (1) Quis, quo modo, loco & tempore ædes perſcrutatus ſit? (2) an & quæ res ſuſpectæ, nec non quo in loco ſint inuentæ? (3) quo eas duci iuſſerit iudex? (4) quid circa perſonam delinquentis & amplius tem- 2) perſcrutatur domus,

y) LIPOLD *de perſcrutat. domeſt.* c. 3.
z) ID. c. l. c. 6.
a) Id. c. l. c. 8.

tempore perſcrutationis domeſticæ contigerit? ſunt quæſtiones, quarum reſponſio ex annotatione, quam in continenti fecit actuarius, petenda eſt.

§. LXXXVI.

3) conquirit indicia. Quis delictum commiſerit, iudicem certiorem faciunt (3) *indicia*, de quibus iam dicendum erit.

TIT. VIII.
DE INDICIIS.

§. LXXXVII.

Indicia *Indicia* ſunt argumenta ex circumſtantiis facti deſumta, quæ iudici de crimine perpetrato uel illius auctore fidem faciunt.

§. LXXXVIII.

diuiduntur in remota & proxima, quorum illa Diuiduntur in *remota* & *proxima*, prout inter ea & maleficium commiſſum certus uel incertus nexus deprehenditur.

§. LXXXIX.

uel ſimplicia *Remota* ſubdiuido in *ſimplicia* & *qualificata*. Illius generis ſunt: (1) Phyſiognomia *b*), (2) fragilitas ſexus, (3) abne-

b) STRYK d. *de phyſiognomia* KRESS ad C. C. art. 21. §. 3.

abnegatio nominis, patriæ uel familiæ, (4) mala educatio, (5) mali parentum mores *c*), (6) habitus conformis ei, quo delinquens fuit indutus, (7) transactio cum accuſatore, (8) ſpes commodi ex delicto percipiendi &c.

§. XC.

Qualificata ſunt (1) *uita* perpetratis delictis eiusdem generis ante acta *d*), (2) cum hominibus, quos malos cognouiſti, citra caſum, necesſitatem uel aliam iuſtam cauſam contracta ſocietas *e*), (3) *fuga*, cui quis in loco delicti nuper perpetrati ſubito & ante inquiſitionem ſe dedit *f*), (4) mala *fama g*), quæ publica eſt *h*), nec ab inimicis diffamati aut profligatæ leuitatis hominibus, aut iis, quorum intereſt, originem trahit *i*); (5) ſuſpecta uel qualificata.

c) PISTOR *cent.* IV. *parœm.* 4.

d) HORN tr. *de ſemel malo ſemper malo* c. 2. §. 14 ſeq.

e) CRVSIVS tr. *de indiciis* p. I. c. 8. HERTIVS lib. I. *parœm.* 3.

f) OLDEKOP. tit. IV. obſ. 8.

g) BECHMANNI d. *de fama.* MENCKEN d. *de fama forenſi* §. 21.

h) HERT *lib.* I. *par.* 112.

i) CARPZOV *pr. crim.* qu. 120. n. 22. OLDEKOP c. l. obſ. 30. TABOR *de indiciis* p. 134. ſeq.

ſpecta *præſentia* in loco delicti *k*), (6) poſſeſſio *inſtrumentorum*, quibus delictum patratum eſt; (7) *denominatio a ſocio criminis* ſponte *facta l*), additis circumſtantiis, quas ueras inuenit iudex inquirens, (8) *inculpatio læſi*, præſertim moribundi *m*), ex certis cauſis facta, (9) *teſtis* omni exceptione maior, de ipſo delicto ſufficienter & exacte deponens, (10) *confeſſio* extra iudicium uel coram iudice incompetente facta, (11) *minæ* ad illud ſpeciatim damnum directæ, quod intra breue tempus ſecutum eſt *n*) *&c.* Falſo huc referuntur (12) ſtigma diabolicum *o*), (13) exploratio rei per artes magicas *p*), uirgulam mercurialem *q*), cleidomantiam *r*) &c. facta.

§. XCI.

k) *C. C. C.* art. 25.
l) *C. C.* art. 31. DIEBOLD d. *de indiciis* c. 2. th. 3.
m) KLEIN d. *de in- & exculpatione moribundi* STRYK *de effatis agonizantium.*
n) TABOR c. l. p. 152.
o) *Aut. caut. crim.* dub. 43. DOEPLER Schaupl. der L. und Leb. Strafen p. I. p. 361.
p) *C. C. C.* art. 21.
q) BEYER ad c. art. *poſ.* 6. STRYK *de curioſ.* c. 5. nr. 26.
r) STRVV *diſp. crim.* VII, 14.

§. XCI.

Quæ uario modo elidi poſſunt. Videlicet *primum*, exceptione uitæ per triennium bene actæ, concluſionis a delicto huius ad delictum alterius generis &c. *ſecundum* exc. *ſocietatis*, quam officium *s*), famulitium aliaue iuſta cauſa ſuaſit, *conditionis* ſimulatæ &c. *tertium* exc. *diſceſſus* ante delictum patratum ex iuſta cauſa ſtatuti *t*), per uiam regiam aut ob metum carceris *u*) ſuſcepti, ſpontanei reditus *x*) &c. *quartum* exc. famæ uagæ, incertæ, leuis, ab inimicis aut poſt inquiſitionem ortæ *y*) &c. *quintum* exc. neceſſariæ aut fortuitæ præſentiæ, *ſextum* exc. emtionis, permutationis &c. *ſeptimum* exc. denominationis ad ſuggeſtionem factæ, ex inimicitia prouenientis, poſtea reuocatæ &c. *octauum* exc. in inculpando erroris commiſſi, aut animi rancoris proditi, memoriæ rei ob appropinquantem mortem depoſitæ

Quomodo hæc elidi poſſint?

s) TABOR c. l. p. 146. ſeq.

t) BERGER p. II. Reſp. 179. HEIL c. l. p. 212.

u) CARPZOV. c. l. q. 120. nr. 68.

x) TABOR c. l. p. 167. ſeq.

y) IDEM c. l. p. 134. ſeq.

ſitæ z), ſubſecutæ exculpationis &c. *nonum*, exc. ſine ratione deponentis *decimum*, exc. oſtentationis, abſentis animi &c. *undecimum*, exc. hominis, qui neque poteſt, neque ſolet minas exequi, minarum generalium, uel ex ioco iactatarum, damni poſt longum temporis interuallum ſecuti &c.

§. XCII.

Proximorum diuiſiones.

Proxima, prout diſtinguunt uel non diſtinguunt delictorum unius eiusdemque generis auctores, (1) in *communia* & *propria* diuiduntur.

§. XCIII.

Quumque alia delictum illiusue auctorem perfecte ſignificant, alia probabiliter: iterum (2) diuiduntur in *neceſſaria* ſeu certa & *ueriſimilia*.

§. XCIV.

Quæ indicia proxima ſint furtorum, &

Omnium delictorum, quæ ex cupidine habendi proueniunt, communia (§. XCII.) eaque *ueriſimilia* (§. pr.) indicia hæc ſunt: (1) ſi cuius res familiaris, ubi de nulla cauſa incrementi conſtat, creſcit; (2) ſi quis nihil lucri & multum profuſionis facit

z) BEYER ad art. 22. ſeq. poſ. 18.

cit ſine decretione familiaris rei; (3) ſi quis ex domo, in qua furtum aliquod commiſſum eſt, res quasdam ſuſpecto tempore & modo extulit *a*) &c. *Neceſſarium* uero adeſſe putant (4) ſi quis rem alteri ſurreptam poſſideat, nec poſſesſionis ſuæ honeſtum titulum laudare queat.

§. XCV.

Quæ indicia elidit reus, probans (a) res furtiuas in ſuis quidem ædibus non tamen in ſua poſſesſione *b*) deprehenſas eſſe, (b) res, quas furtiuas habet iudex, ad læſum nunquam pertinuiſſe, (c) incrementum uel plane deficiens uel ex iuſta cauſa oriundum, (d) profuſionem alienorum bonorum &c. **quomodo elidantur?**

§. XCVI.

Delictorum ex odio prouenientium indicia communia (§. XCII.), eaque uerisimilia (§. XCIII.) hæc ſunt: (1) *inimicitia capitalis* neque reconciliata neque inter plures diuiſa; (2) *minæ*, quas ex calore iracundiæ prolatas, mina- **Indiciis proximis homicidiorum**

a) *C. C. C.* art. 38. ſeq.
b) *I. P. S.* II, 38. ZANGER *de quæſt.* c. 2. nr. 177.

minata ſpecies cædis ſecuta eſt *c*); (3) *gladius cruentus*, quem quis tremebunda manu tenet; (4) *inculpatio uulnerati*, quæ ſua ratione munita eſt, nec tendit in inculpantis, illiusue amicorum commodum *d*); (5) clandeſtina cadaueris ablatio; (6) poſſeſſio rerum, quas interemtus tempore quo morti traditus eſt, ſecum habuit *e*).

§. XCVII.

Denique notes (7) quod indicium homicidæ uix peti queat ex *ſandapila*, ſeu *cruentatione cadaueris* *f*). Nulla enim uis ineſt cadaueribus, quæ ſanguinem poteſt egerere & egeſto homicidam denotare.

§. XCVIII.

uis uario modo detrahitur.

Contra reus excipere poteſt (a) de *inimicitia* leui, reconciliata uel inter plures diuiſa, (b) de *minis* nihil plane probantibus (§. XCI, 11.), (c) de poſſeſſione iuſto *titulo* quæſita, (d) de *inculpatione* uulnerati omni ratione deſtitu-

c) MVLLERI d. *de uerbis minitantibus.*
d) STRYK d. *de effatis agonizantium* c. 4.
e) *C. C. C.* art. 33.
f) FELTMANN *de cadau. inſpic.* c. 59. SCHOTTEL *de ſingul. in G. iuribus* c. 3. MVLLERI d. *de iure feretri ſiue cruentat.*

ſtituta uel denuntiantis heredibus ſerente commodum, (e) de nece ſibi damnoſa &c.

§. XCIX.

Indicia proxima delictorum carnis.

Indicia delictorum carnis hæc accipe communia, eaque ueriſimilia (1) ad coitum præparationem; (2) in- & egreſſum cubiculi, in quo quis alterius ſexus accubat; (3) pernoctationem ſoli cum ſola; (4) literas amorem ſatiatum loquentes; (5) maſculi cum femina, quæ denudauit aut leuiter texit mamillas, in locis inſolitis amicam conuerſationem; (5) tactum membrorum muliebrium, quem maſculus quidam frequentauit & femina cum uoluptate paſſa eſt &c. *Neceſſarium* eſt tumor uentris illius feminæ, quæ nulli marito iuncta eſt, aut cum eo non concubuit.

TIT. IX.
DE INCARCERATIONE FACINOROSORVM.

§. C.

Vt ne iudicium reddatur eluſum reus legitime grauatus, *præſens*, carceri includendus (§.LXVII,4.), *fugiti-*

gitiuus literis arreſtatoriis perſequendus, & *latitans* ſaluus conducendus eſt. De *incarceratione* hic, *de literis arreſtatoriis* uero & *ſaluo conductu* infra quædam proferre licebit.

§. CI.

Carceri

Carcer uel *publicus* uel *priuatus* * dicitur eſſe, prout auctoritate publica uel priuata exſtructus eſt. A loci qualitate hæc diſtinctio uix recte petitur. Carcer enim, ſi iudici ita uidetur, in loco priuato eſſe poteſt *g*).

* Hic in delictis eſt. Nihilo tamen minus priuatis licet facinoroſos fugientes comprehendere, & ad illud usque tempus, quo eos iudici exhiberi fas eſt, cuſtodire. LEYSER *ſpec.* DLXIII. m. 12.

§. CII.

Hic notes ſequentia:

I. Reus de iudicio eludendo ſuſpectus carceri includendus eſt.

II. Cuſtodia non pœna debet eſſe carcer.

§. CIII.

includuntur rei

Ex primo (§. pr. 1.) ſequitur (1) ut carceri ſine iure mancipetur inculpatus delicti, de cuius corpore plane non

g) LEYSER ſp. DLXIII. m. 9. ſeq.

non conſtat; (2) ut, quo magis quis de iudicio eludendo ſuſpectus, eo ſanctior illius cuſtodia debeat eſſe; (3) ut ceſſante cauſa ſuſpicionis non poſſit non ſqualor ceſſare carceris *b*).

§. CIV.

Suſpectus autem de iudicio eludendo habetur (1) is, contra quem militant plura indicia *i*) remota ſimplicia (§. LXXXIX.), aut unum uel alterum remotorum ſingulari qualitate munitorum (§. XC.), aut unicum ex proximis (§. XCIV. ſeq.) illius delicti, quod uel capitali uel corporali pœna uindicandum eſſe uidetur *k*); (2) uagabundus, etiam leuioris criminis reus *l*), qui cautionem de iudicio ſiſti præſtare uel non uult uel non poteſt *m*); (3) criminis inculpatus, qui ad forum delicti citatus non uenit *n*). de iudicio eludendo ſuſpecti.

Bb 4 §. CV.

b) HEIL. *iud. & defenſ.* c. 2. §. 5.
i) C. C. art. 6. 11.
k) BRUNNEMANN *proc. inquiſ.* c. VIII. nr. 7. CARPZOV *pr. crim.* qu. III. nr. 12.
l) LEYSER c. ſp. m. 3. 4.
m) FROELICH *comment.* über P. H. G. O. p. I. lib. I. tit. 4. n. 3.
n) LEYSER c. ſp. m. 6.

§. CV.

Perſonæ ratio haberi debet

Quia quo magis quis ſuſpectus eſt de iudicio eludendo, eo ſanctior illius cuſtodia debet eſſe (§. CIII, 2.): intelligere potes cauſam (1) cur alius in honeſto, alius in inhoneſto *conclaui* ſedere debeat; (2) cur alius cum, alius ſine *catenis* aut *cuſtodibus* * ſit, ſpeciatim (3) cur uir alioquin honeſtus, ubi criminis capitalis incuſatur, *militibus*, ſin leuioris, idoneis *fideiuſſoribus*, aut ſuæ ipſius ampliſſimis facultatibus gaudentis *promiſſioni* committatur *o*).

* Quod mallati neque excubias agere, neque ſumtus, quibus ad uigiles conſtituendos opus eſt, ferre teneantur, niſi pacta aut mores regionis illud uelint, infra docebitur. Hic tantum notes, quod perpetui cuſtodes iurent de reo fideliter cuſtodiendo atque ei nullius rei aut perſonæ copiam faciendo, inſcio & inuito iudice. Formulam uide ſis nr. 3.

§. CVI.

in determinanda qualitate carceris.

Secundum axioma (§. CII, 2.) nos docet (1) iis carceribus, iis catenis utendum eſſe, quibus nullo modo *cruciatur* reus *p*). Itaque carcer non ſit humi-

o) LYNCKER Reſp. 23.
p) C. C. art. 11. 218.

humidus, teter, obſcurus uel ſubterraneus locus *q*), nec catenæ conſtringant membra corporis *r*); (2) iudicis eſſe (a) incarcerato *uictum* quotidianum præbere, & (b) graui *morbo* confectum ad tempus uinculis ſoluere *s*).

§. CVII.

Cautiones atque prouiſiones iudicis circa reos incarcerandos & incarceratos retinendos fere hæ ſunt: (1) ut, ubi dubitat, ſitne capturæ locus? uel ad regimen uel ad ICtos acta transmittat *clanculum t*); (2) ut ne rei deprehenſionem, cuius iuſta cauſa adeſt (§. CII.), moretur *u*); (3) ut ne det mandatum lictoribus de *reo uiuo aut mortuo capiendo*, niſi ſumma hoc iubeat reipublicæ ſalus & utilitas *x*); (4) ut ne anſam præbeat captiuo (a) uitam ſibi adimendi *y*); (b) de

Cautiones iudicis.

q) BOSS f. 21. LEYSER c. ſp. coroll. 2.

r) FARINACIVS *pr. crim.* qu. 27. nr. 103. BRVNNEMANN c. l. c. VIII. m. I. n. 21.

s) MVLLERI d. *de relaxat. incarcerat.* th. 14.

t) BRVNNEMANN Anw. zum *Inq. Proc.* c. 3. §. 12.

u) LVDOVICI Peinl. *Pr.* c. 2. §. 2.

x) OLDEKOP *tit.* 3. *obſ.* 1.

y) BESOLD *theſ. pract.* u. Meſſer.

(b) de nouo delinquendi z), (c) fugam capeſſendi, (d) ueritatem criminis ſupprimendi a), (5) ut ne miſericordia motus ſine cauſa dimittat reum (§. XXII.) b), (6) ut de carcere illiusque qualitate ſit ſollicitus &c.

§. CVIII.

Officium actuarii & *Actuarii* eſt (1) notare quid *cauſam* dederit cur reus *captus*, (2) deſcribere *locum carceris*, (3) laudare uerba, quibus conceptis *iurarunt* cuſtodes, (4) mentionem facere *uictus*, reo præbendi quotidie.

§. CIX.

carcerarii. *Carcerarii* alicubi c) eſt, iudici, ne cuiusdam incarcerati obliuiſcatur, ſuo tempore ſuggerere omnium & ſingulorum incarceratorum nomina, ætatem, ordinem, ſedem, uictum, facinora &c. addita mentione temporis, per quod carceri ſunt incluſi.

TIT. X.

z) *Spec. Sueu.* c. 120. FARINACIVS c. qu. nr. 52.

a) *C. C.* art. 11. OLDEKOP tit. 3. obſ. 11. THOENNIKER *Aduoc. prud.* p. 20.

b) LEYSER c. ſp. m. 17.

c) *Reſcr. gen. Canc. Cellenſ.* d. 17. Sept. 1717.

TIT. X.

DE MEDIIS, QVIBVS REVS CARCEREM VEL AVERTERE VEL MITIGARE POTEST.

§. CX.

A carcere tutus eſt (1) quem *aſylum* uel *profanum d*) uel *religioſum* excipit. A carcere liberat 1) aſylum

* *L. Saxon.* III, 5. capitis damnato pacem negat in eccleſia. Carolingica ætate qui ad eccleſias confugerant, a carcere tuti erant ad illud usque tempus, quo eos iudicio ſiſti rex iubebat. BALVZIVS *Capit.* p. 251. *Caroli M. Capitul.* de part. Sax. c. 1. Media ætate latrones, rei læſæ maieſtatis & ii qui in loco ſacro deliquerant, iure aſyli eccleſiis dati non fruebantur, *I. P. S.* II, 10. Hodie præſertim in terris Euangelicorum omne fere ius aſyli ceſſare uidetur. SLEVOGT. vom Recht der Altäre p. 226.

§. CXI.

Defenſionum fauor non exiguus. Nam (1) non facile denegantur, ſed (2) quo maius periculum reo aut illius cognatis & amicis *e*) imminet, eo 2) defenſio.

d) KAVFFMANNI *Dominus & Subditus* p. 791.

eo ſæpius conceduntur; (3) reſpuunt *contradictorem* & (4) *præſcriptionem.* Sic quoque, ubi periculum imminens magni momenti eſt, iudex (5) *defenſorem ex officio* conſtituere, ac conſtituto, ubi reus nihil in bonis habet, ex ærario publico ſuum ſtipendium dare tenetur *f*).

§. CXII.

Quomodo hæc concipienda?

Reus toties quoties damnum ipſi immmnet, cauſam auertere & imminuere, ſeu ſe defendere poteſt. Itaque danda quoque eſt defenſio pro auertendo & mitigando carcere. Illam ſuſcepturus excipiat (1) de perſona *iudicis,* (2) de defectu *corporis delicti,* (3) de *indiciorum,* contra reum militantium, futilitate, (4) de *fuga* rei non metuenda *g*). Quandoque ſatius eſt, ut ſimul reus de ſe ſiſtendo ac iudicatum ſoluendo *caueat h*), aut ad pœnam pecuniariam uel iusiurandum purgatorium ſe offerat. Contra, petitionem ſalui conductus cum hac defenſione cumulare, abſonum eſt.

§. CXIII.

e) *I. P. S.* II, 57.
f) *C. C. C.* art. 47.
g) HEIL *iud. & def.* p. 59. ſeq.
h) GUAZZINI *defenſ.* V. c. 2. nr. 7.

§. CXIII.

Hanc meditans, cuius preces iudex repudiauit, principem, cum quo *queritur* de carcere tetro, ſubterraneo &c. ſubmiſſa uoce rogare debet, uelit cuidam committere inſpectionem & mitigationem carceris atque catenarum *i*).

Carceris relaxatio quo modo petenda?

§. CXIV.

Quod in cauſis criminalibus camera imperii *appellari* nequeat tam certum eſt, quam quod certiſſimum *k*). De eo autem: *Num a iudicibus criminalibus ad principem cuiusque territorii appellare liceat?* diſceptarunt CARPZOVIVS *l*), & OLDEKOP *m*), quorum *ille* in proceſſu accuſatorio, *hic* etiam in inquiſitorio adpellationem admittit. Sed ſi dicendum quod res eſt, iam olim nullus in cauſis criminalibus appellationi fuit locus *n*), nec datur

An detur appellationi locus?

i) RVLAND *de commiſſar.* p. II. lib. 4. c. 1. GAIL *obſeru.* I, 26. & 78.

k) *R. I.* 1530. §. 95. *Ord. Cam.* p. II. tit. 28. §. 5. & tit. 31. §. 14. LVDOLF *obſ. for.* p. I. p. 296.

l) *pr. crim.* qu. 139.

m) tr. *de appellat. in cauſ. criminal.*

n) BALVZII *Capit. R. Fr.* VII, 129. 181. *I. P. S.* II, 12. *Suev.* c. 113.

datur hodie. Cum ſuperiore tamen conqueri (§. pr.) licet ſuper nullitate proceſſus *o*). Quo facto uel mandata de rite adminiſtranda iuſtitia decernuntur, uel iudices iubentur reorum defenſiones ad ICtos extraneos mittere *p*). Vnde colligere potes quid ſentiam de appellatione, quam interponit facinoroſus tempore, quo carceri includitur.

TIT. XI.
DE REORVM EXAMINIBVS ſpeciatim DE SVMMARIO EXAMINE.

§. CXV.

Reum qui rogat

De delicto & illius circumſtantiis rogatur reus, primum *ſummarie*, dein *ad articulos* (§. LXVII, 5.6). Quod quandoque *ad certa puncta* rogetur, illud recentioris nec ubique probati moris eſt.

§. CXVI.

iudex, ſit iuſtus

Reus ſit rogandus, quo uelit modo, iudicis eſt (1) ubi cum ſcabinis & actua-

o) Ill. ESTOR Kl. Schriften To. II. pag. 262. ſeq.

p) RVLAND. *de commiſſ.* p. I. lib. II. c. 3.

actuario *conſedit* (§. XXX, 4. XXXIV, 3.), (2) illum de *dicenda ueritate* & mente *categorice* explicanda monere; (4) dicentem audire, eumque (5) de uero *ſignificatu* uerborum, ſi quibus dubiis aliqua dixerit, nec non (6) de cauſa, cur illius dicta cum fama pugnent & teſtimoniis? interrogare *q*); (7) ex reſponſo rei quandoque quæſtiones confeſtim formare & ad eas reſponſionem exigere; (8) examini toties quoties, poſt illud peractum noua indicia emergunt, aliud *addere &c.*

§. CXVII.

Quia iudex bonus, honeſtus & ſincerus eſſe debet (§. XXII.): ſumma cum iniuria (1) criminis confeſſionem elicit *ſpem impunitatis* faciens, (2) prætermittit *cauſas ignoſcendi*, (3) utitur præſtigiis, fallaciis & *doloſis captionibus &c* *r*). bonus &

§. CXVIII.

Cautiones iudicis reum examinantis hæ ſunt: (1) ut ne reo ullum locum cautus, præſertim ubi res ei eſt

q) BRVNNEMANN *proc. inquiſ.* c. VIII. m. 1. nr. 84.

r) BEYER ad art. 45. ſeq. poſ. 10. STRYK *de ſalute publ.* c. 2. nr. 122.

cum det *ſubterfugia* quærendi, aut de nouo *delictum* aliquod committendi *s*); (2) ut examen rei, *ueritatem fateri* incipientis, nullo abrumpat modo *t*); (3) ut quandoque ſimulet, examen interrumpat aut illius ordinem quodammodo immutet, aliumue *dolum bonum* adhibeat *u*), ubi reus uerſutus eſt, & ad omnia neganda paratus *x*).

§. CXIX.

cum furioſo,

Præſertim caueat iudex (4) ut *furioſum* ſtatim eum habeat, qui furenter agit & loquitur. Diſquirat potius: ſit furor *ſimulatus* an *uerus*? &, ubi de hoc conſtat, ſit *appropinquans* an *præſens? abſolutus* an *reſpectiue talis?* Ad quod intelligendum, quærat (a) ex *medicis*: num, in quantum & ex qua cauſa furore agitatum uel mente captum reum habeant *y*)? & (b) *ex iis, qui circa reum adhuc fuerunt*: num, quoties, quo tempore & in quibus rebus furioſum uiderint *z*)?

§. CXX.

s) Kayſer *pr. crim.* p. m. 270.
t) BRVNNEMANN c. l. n. 83.
u) CARPZOV *pr. crim.* qu. 113. nr. 38.
x) BRVNNEMANN c. l. nr. 66. 70.
y) THOMASII d. *de præſumt. furor. atqu. dement.* §. 16. ſeq.
z) ID. c. d. §. 41. ſeq.

§. CXX.

Iudex (5) cum *muto* rem agens, iubeat eum oculos in res, quibus tempore delicti commiſſi uſus eſt, dirigere, & de delicto illiusque circumſtantiis ueritatem per ſigna prodere. Vt uero conſtet iudici, quid quodlibet ſignum loquatur, interpretes duos pluresue, eosque reo uel conſuetudine uel ſanguine iunctos adhibere debet *a*). **muto,**

§. CXXI.

Vbi (6) *ſurdus* examinandus eſt, tradunt nonnulli Dd. iudicis eſſe, quæſtiones ſuas fundere uel ſuper cerebrum uel per os apertum rei *b*). **ſurdo,**

§. CXXII.

Vbi (7) iudex rei & reus iudicis *linguam* non intelligit, ad minimum duo * interpretes ſunt accerſendi, qui iureiurando ad id obſtringuntur, ut iudicis uerba reo & rei uerba iudici fide- **homine peregrini idiomatis aut**

a) KRESS vom R. der Taub und Stumm gebohrn. c. 1. §. 5. c. 3. §. 4. GASSERI d. *de inquiſit. contra ſurdum & mutum natura* §. 11. 15. ſeq.

b) GASSER c. d. §. 15.

fideliter interpretentur atque in iudicio iis præſentibus acta prodant nemini.

* Vnicum ſufficere putat STRYK d. *de negotiis per interpretem geſtis* c. 2. §. 76. ſeq. aſt praxis examen in cauſis capitalibus inſtitutum, unico interprete interueniente, iubet repeti. MYLII progr. d. inaug. HOLDERRIEDERI præmiſſum.

§. CXXIII.

contumace. Qui uel plane non, uel non categorice refert aut reſpondet, reus *leuioris* criminis, pignoribus, mulcta, aut carcere coercetur *c*), uel a confeſſionario ſuo excitatur *d*); ſin reus *grauioris* criminis, relatio uel reſponſio iniungitur ei, bei vermeidung anderer und ſchärferer Verordnung, ſub pœna confeſſi & conuicti, ſub comminatione tormentorum &c. *e*).

§. CXXIV.

Actuarii officium. *Actuarii* eſt (1) annotare (§. XXXI.) quando, ubi, a quo, quibus præſentibus, qua admonitione præmiſſa & quo modo reus rogatus, (2) conſignare *uerba*, quibus reus delictum reſe-

c) BRVNNEMANN c. *l.* nr. 78.

d) HOMBORG Reſp.

e) Kayſer c. l. p. m. 279. CARPZOV c. q. nr. 56. BRVNNEMANN c. *l.* nr. 81.

referens uſus eſt, (3) conſignata finito actu *prælegere*, (4) deſcribere *ſtatum animi* & *geſtus* rei hoc uel illud dicentis *f*).

§. CXXV.

Examen rei ſummarium

Examen rei *ſummarium* (§. CXV. LXVII, 5.) eſt breuis & concatenata delicti illiusque circumſtantiarum relatio, iudice iubente ab ipſo reo facta.

§. CXXVI.

quomodo inſtituendum?

Iudicis eſt (1) hoc examen quouis modo maturare, (2) præſentibus ſcabinis & actuario monere reum dicendæ ueritatis (§. CXVI.), (3) mouere dubia, ſi quæ dicta rei pugnent cum iis, quæ uera cognouit ex fama uel dictis teſtium &c. (§. eod. n. 6.); (4) non tamen facile ſermonem rei interrumpere.

§. CXXVII.

Reſponſio ad certa puncta.

Præter hoc examen, quidam ICti reſponſionem ad *certa puncta g*) effinxerunt (§. CXV.), ut ſic famam & exiſtimationem rei conſeruarent. Quid in

f) HEIL. *iudic. & defenſ.* p. 81.

g) HEIL c. l. c. I. §. XI. BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 210.

in utroque examine faciendum actuario, docet §.CXXIV.

TIT. XII.
DE
ARTICVLIS INQVISITIONALIBVS
ET
REI AD ILLOS RESPONSIONE.

§. CXXVIII.

Ad articulos inquiſitionales

Articuli inquiſitionales ſunt quæſtiones *b*), quibus iudex reum rogat de ſua perſona & delicti, cuius inculpatur, circumſtantiis.

§. CXXIX.

Debent eſſe (1) breues, (2) perſpicuis uerbis concepti, (3) ſingulares *i*).

§. CXXX.

tam generales

Quia alii *articuli* concernunt perſonam, alii ipſum delictum: in *generales* & *ſpeciales* diuiduntur, quorum illi faciunt, ut iudex nomen, parentes, patri-

b) Kayſer c. l. p. 239. BRVNNEMANN c. l. nr. 34.

i) Kayſer c. l. p. 237.

patriam, ætatem, educationis locum rationemque, electum uitæ genus, fortunam &c. rei queat cognoſcere.

§. CXXXI.

In *ſpeciales*, qui dicuntur, *articulos* quam ſpeciales illæ digeruntur circumſtantiæ, quas ex denuntiatore, teſtibus, reo ſummarie reſpondente, uel aliunde cognouit, quasque ad ueritatem criminis detegendam, & ſic ad reum uel condemnandum uel abſoluendum facere iudex probabili ratione ductus iudicat.

§. CXXXII.

Vt articuli inquiſitionales queant legitime dici rite concepti, ſint (1) quæſtiones (§. CXXVIII.) eæque (2) breues, perſpicuæ, ſingulares (§.CXXIX.), (3) pertinentes (§. pr.), (4) reſponſionem non ſuggerentes *l*), (5) tam ad inculpationem quam ad defenſionem directæ (§. XXII, 1.), nec (6) uagæ & incertæ, aut (7) fallaces & captioſæ (§.CXVII, 3.) *m*).

k) C. C. art. 20. CARPZOV qu. 113. nr. 25.
l) Kayſer c. l. p. 241.
m) CARPZOV c. l. nr. 33.

§. CXXXIII.

Indiciis ſufficienter grauatus

Vbi conſtat de corpore illius delicti, quod, ſi dolo peractum eſt, manet pœna uel capitalis uel corporis adflictiua *n*), leuioris conditionis homo grauatus indiciis remotis qualificatis (§. LXXXIX.), aut honeſtior grauatus indiciis proximis (§. XCIV. ſeq.), ad inquiſitionales articulos (§. CXXVIII. ſeq.) rogatur *o*).

§. CXXXIV.

Iudice rogante

Iudex cum ſcabinis & actuario conſidens (§. CXVI, 1) *o*) reum de ueritate dicenda, & categorice reſpondendo admonitum (§. eod. 2. 3.) rogat primum ad generales (§. CXXX.) poſt ſpeciales (§. CXXXI.) articulos. Sit autem in rogando (1) *accuratus*, ut nullam circumſtantiam tacitus prætereat, omnem dubitationem, quæ ex reſponſione rei naſci poteſt, tollat tempeſtiue (§. CXVI, 4. ſeq.), (2) *bonus*, ut ne dolo malo irretiat loquentem (§. CXVII.) *q*), (3) *cautus*, ut ne articulos cum reo ante examen com-

n) C. C. C. art. 10.

o) HEIL c. l. c. 3. §. 4. ſeq. KRESS ad art. 6. §. 8. ſeq.

p) C. C. art. 46. 71.

q) BRVNNEMANN c. l. nr. 85.

communicet, ut unum idemque interrogatorium aliis quandoque uerbis repetat (§. CXIIX, 3.) *r*). Speciatim ei cautionibus utendum eſt, ubi agit cum furioſo (§. CXIX.) muto (§. CXX.) ſurdo (§. CXXI.) homine peregrini idiomatis (§. CXXII.) aut contumace (§. CXXIII.).

§. CXXXV.

Reus ad articulos rogatus reſpondere debet (1) oretenus (2) categorice (3) ſigillatim. Vbi factum, de quo rogatur, adeo *perplexum* & *antiquum* eſt, ad ſummarium examen ſe referre, aut proteſtans de non recedendo a prima relatione reſpondere poteſt *s*). reſpondere debet.

§. CXXXVI.

Actuarius præter illa, quæ in examinibus rei ab eo notanda diximus (§.CXXIV.) *t*), debet chartam in duas partes diſtribuere, & unum articulum poſt alterum ita conſcribere, ut e regione compareat quæ ad unumquemque a reo data ſit reſponſio. Illa ipſa uerba, quibus reus uſus eſt, ſunt Officium actuarii.

r) CARPZOV c. qu. nr. 36.
s) BRVNNEMANN c. l. nr. 89. ſeq.
t) ID. c. l. nr. 87.

conſcribenda. *Aequipollentia* non ſufficiunt *u*), ſed præbent reo exceptionem *proceſſus illegitimi.*

§. CXXXVII.

Effectus reſponſionis ad articulos.

Reus ſtatim atque ad articulos inquiſitionales reſpondere incipit (1) audit *inquiſitus*, (2) ſuſpenditur ab *officio*, ſi quod gerit publicum, (3) excluditur a *collegio opificum*, cui adſcriptus eſt, immo (4) ab omni *conſortio honeſtorum* uirorum &c. ad illum usque diem, quo, innocentia purgata, abſoluitur. Quæ quum ita ſint, non eſt, cur mireris, quod reſponſionem ad inquiſitionales articulos uariis mediis (§.CXII.) *x*), de quibus ſeq. tit. dicendum erit, declinare liceat.

TIT. XIII.

DE

MEDIIS, QVIBVS REVS RESPONSIONEM AD ARTICVLOS INQVISITIONALES DECLINARE POTEST.

§. CXXXVIII.

1) Defenſio pro auertenda

Præcipuum medium, quo auerti poteſt

u) Kayſer c. l. p. m. 256. BRVNNEM. c. l. nr. 93. ſeq. BARTH *hodeg. for.* p. m. 921.
x) BEYER ad C. C. art. 6.

eſt reſponſio ad articulos inquiſitionales eſt *defenſio*, ſiue demonſtratio deficientis cauſæ iuſtæ, cur ad articulos inquiſitionales rogetur reus.

§. CXXXIX.

Itaque hæc defenſio non cuiuis, datur petenti *y*), ſed illi demum, qui in eo eſt, ut demonſtret uel nullam uel illegitimam cauſam inquiſitionis ſpecialis adeſſe (§. pr.). Allegatio cauſæ pœnam mitigantis non attenditur *z*). ubi conceſſa eſt,

§. CXL.

Conceſſa uix fauore omni deſtituitur. Nam (1) ex iuſtis cauſis poſt terminum peremtorium admittitur *a*), (2) reſpuit fiſcalem & illius interrogatoria ad articulos defenſionales concepta (§. CXI, 3.). non omni deſtituitur fauore.

§. CXLI.

Sic quoque (3) ut defenſor quid efficere poſſit, datur ei locus cum reo Media defenſionis quærat

Cc 5 collo-

y) BERGER ſuppl. p. II. p. 43. HOMBORG *Reſp.* 191.
z) CARPZOV q. 115. nr. 25.
a) BERGER ſuppl. p. I. *obſ.* 50. LEYSER ſp. CCCCLXXXXVII. m. 17.

colloquendi *b*), &, contra hunc quæ militant, indicia cognoſcendi *c*).

§. CXLII.

defenſor prudens, Eſt autem defenſoris, ſi fieri poteſt, (1) *fundamentum inquiſitionis* deſtruere *d*); (2) *iudicem* incompetentem, præuentum, inhabilem, ſuſpectum eſſe, docere; (3) ſeruatum *procedendi* ordinem impugnare; (4) *corpus delicti* incertum dubiumque reddere; (5) leuitatem *delicti e*) & (6) futilitatem *indiciorum f*) contra reum militantium demonſtrare, nec non (7) teſtimoniis probare, quod uitam antea ita egerit reus, ut uix præſumi queat, eum auctorem eſſe inculpati delicti. Exceptionem peremtoriam nondum liquidam opponere, fruſtraneum eſt (§. CXXXIX.).

§. CXLIII.

adhibeatque cautus. Præterea caueat (1) ut ſe ad defendendum offerat, durante adhuc ſum-

b) CRAVETTA *conſ.* 35. HEIL *iud. & defenſ.* p. 111.

c) BARTH *hodeg. for.* p. m. 890. KRESS ad c. art. §. 16.

d) BARTH c. l. p. 1019.

e) LVDOVICI Peinl. *Proc.* c. VI. §. 6.

f) CARPZOV qu. 108. nr. 50.

ſummario teſtium examine aut iam ad articulos data reſponſione *g*); (2) ut in ſchedula oblationis multis deducat momenta, quæ habet, deſenſionis *h*); (3) ut rei cauſam reddat deteriorem *i*); (4) ut admittat fiſcalis *k*) monita, aut (5) notas marginales iudicis.

§. CXLIV.

Quandoque deſenſor non ſine fructu ſub finem deſenſionis refert *l*), reum ad ſoluendam 2) *pœnam pecuniariam*, uel ad præſtandum *iusiurandum purgatorium*, promtum & paratum eſſe, non quod delicti ſibi ſit conſcius, ſed pertæſus litis & illius expenſarum. 2) Oblatio ad pœnam pecuniariam uel iusi. purgat.

§. CXLV.

3) *Prouocationem ex L. diffamari* uix ſiſtere inquiſitionem ad unum fere fatentur omnes ICti *m*). Circa (4) *appellationem* hic idem iuris eſt ac ſupra (§. CXIV.) docuimus. 3) Prouocatio ex L. diffamari. 4) Appellatio.

§. CXLVI.

g) KRESS ad c. a. §. 15.
h) Salig *Elect. Iur. th. pr.* p. 785.
i) LEYSER *ſpec.* DLXII. m. 14.
k) LVDOVICI c. l. §. 8. BERGER c. l. p. II. pag. 481.
l) THOENNIKER *aduoc. pr.* c. 9. p. m. 34.
m) LYNCKER *deciſ.* 1185. *reſol.* 63.

§. CXLVI.

5) Contumacia rei.

Quidam de defenſione, quam pro auertenda reſponſione ad articulos inquiſitionales conſcripſerunt, deſperantes, ſe ad articulos rogari patiuntur, aſt non reſpondent. Sic famæ conſulere uolunt *n*), ſed, ex ſententia plurium doctorum, perperam *o*).

§. CXLVII.

Cautiones iudicis.

Iudex caueat (1) ut defenſorem ſolum cum incarcerato *colloqui* patiatur *p*); (2) ut cuilibet petenti hanc *concedat* defenſionem; (3) ut defenſori *integra acta* ad perluſtrandum exhibeat *q*); (4) ut conſentiat in oblationem a reo factam, & exigat pœnam pecuniariam uel iuſiurandum purgatorium (§. CXLIV.) prius, quam probe conſiderauit inculpati perſonam ac indiciorum qualitatem.

TIT.

n) BEYER ad *C. C.* art. 6. poſ. 7. BARTH *de cominat. ſub pœna conf.* c. 2. §. 6.

o) V. C. BOEHMER *Elem. Iur. Crim.* ſect. 1. §. 162.

p) THOENNIKER c.l. c. VI.

q) Diſſ. REINMANN d. *de edendis a iudice actis ad formandam defenſionem pro auertenda inquiſ.*

TIT. XIV.
DE
REO CONFESSO.

§. CXLVIII.

Confeſſio eſt actus, quo quis ſciens & intelligens adfirmat, ſe hoc uel illud egiſſe. Confeſſio

§. CXLIX.

Diuiditur confeſſio (1) in *iudicialem* & *extraiudicialem*, prout ea in iure fit uel extra illud. Hic notes (a) iudicialem plus ponderis habere, quam extraiudicialem *r*), (b) ad extraiudicialem referri ſolere *ſacramentalem s*), atque coram iudice *incompetente t*), aut competente quidem, ſed non in *loco iudicii* factam *u*). 1) in *iudicialem* & *extraiudicialem*,

§. CL.

Quandoquidem mox uerbis fit, mox ex certo facto a iudice elicitur, aut a lege præſumitur: (2) in *ueram* & *fictam* diſpeſcitur. Fingitur autem con- 2) in *ueram* & *fictam*,

r) Interpr. ad C. C. art. 32.
s) KRESS ad art. cit. §. 3
t) MATTHAEI *de crimin.* ad lib. D. 48. tit. 16. c. 1. nr. 5.
u) OLDEKOP *obſ. crimin.* IV, 45.

confeſſio (a) ubi reus cum læſo *tranſegit x*), aut (b) ſub *pœna confeſſi & conuicti* reſpondere iuſſus non reſpondit, aut (c) nunquam in eo fuit, ut indicia contra ſe pugnantia *elideret y*).

§. CLI.

3) in *puram* & *qualificatam* diuiditur.

Denique (3) uel *pura* uel *qualificata* dicitur eſſe, prout ea ſimplex eſt, aut certa capita uel connexa uel ſeparata continet z).

§. CLII.

Confeſſio debet eſſe

Confeſſio (§.CXLVIII.), quæcunque ſit (§. CXLIX. ſeq.), ut fidem faciat iudici, (1) clara ac euidens, (2) animo deliberato ſuſcepta, atque (3) probabiliter uera debet eſſe.

§. CLIII.

1) clara ac euidens

Quia igitur confeſſio clara ac euidens debet eſſe (§. pr. 1.) intelligis cauſam, cur (1) iure attendi nequeat confeſſio uaga, generalis, indiſcreta, ambiguis uerbis facta aut ex dubio facto eliſa; (2) cur eo maior fides habenda

x) CARPZOV *pr. crimin.* qu. 121. nr. 56.
y) MATTHAEI c. l. nr. 9.
z) WILLENBERG d. *de inefficaci criminis confeſſione* §. 2.

benda confesſioni, quo minus dubium circa eam ſupereſt. Vnde penitus non poteſt negligi confeſſio *illatiua*, *nutu a*), aut ab iis facta quos *ſurdos & mutos* ſimul natura fecit (§. CXX. ſeq..) *b*), quosue iudex per *interpretem* rogauit (§. CXXII.) *c*).

§. CLIV.

Quia confeſſio animo deliberato debet eſſe facta (§. CLII, 2.) ſequitur, ut nihil efficiat confeſſio quam is fecit, qui uel rationis uſu uel uoluntatis libertate deſtituitur. Itaque iudici fidem facere nequit confeſſio (a) ira (b) ioco, aut (c) uino commota, (d) ui aut metu extorta, (e) ſpe impunitatis elicita, niſi illius cauſa ceſſante rata fuerit habita *d*). Erronea nullam fidem facit *e*), & quouis tempore reuocari poteſt *f*). 2) animo deliberato facta &

§. CLV.

a) Id. c. d. §. 6.
b) STRVV *obſeru. crim.* VIII, 6. p. 41.
c) MYLII pr. HOLDERRIEDERI d. præmiſſ. p. 7. ZIEGLERI d. *de pœnis* §. 67.
d) *C. C.* art. 56.
e) ibid. art. 57.
f) OLDEKOP *obſeru. crim.* IV, 21. CARPZOV *pr. crim.* qu. 115. nr. 33.

§. CLV.

3) probabiliter uera.

Sit denique (3) probabiliter uera (§. CLII, 3.). Hæc adeſſe uidetur, ubi (a) cauſa adeſt præexiſtens uel paret corpus delicti (§.LXXII.ſeq.) *g*), (b) confitentem delicti auctorem monſtrant indicia ualida & in iure probata (§. LXXXIX.ſeq.) *h*), atque (c) confeſſio eas continet circumſtantias, quas iudex ueras deprehendit, aut, quod magis eſt, quas innocens non facile ſcire potuit *i*).

§. CLVI.

alias in condemnando non attenditur.

Itaque condemnari nequit, qui confeſſus eſt res, (a) quæ naturæ repugnant aperte, & ſic fieri non potuerunt *k*), (b) de quibus factis neque ad ſenſum neque ad intellectum conſtat *l*).

§. CLVII.

Contra confeſſio iudicialis (§. CXLIX.) uera (§. CL.) ſimplex (§. CLI.), & le-

g) WILLENBERG d. *de ineffic. crim. confeſſ.* §. 10.
h) *C. C.* art. 6.
i) ibid. art. 60.
k) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 54. nr. 33.
l) Id. c. l. nr. 34.

& legitima (§. CLII.) facit, ut condemnetur confitens, non uero tertius. Quid? quod contra nominatum ſocium criminis ne quidem ſpeciali inquiſitioni locus eſt. Quodſi uero conuictus de crimine alium ſocium criminis, de quo iam ſuſpectus eſt, ſine ſuggeſtione & ex iuſta cauſa nominauerit additis circumſtantiis ad eruendam ueritatem aptis, atque nominationem ſuam non reuocauerit *m*): indicium qualificatum (§. XC.) quin adſit, nullus dubito *n*).

§. CLVIII.

Iudicis eſt (1) cauere, ut legitimam habeat confeſſionem, quam *elicuit* cum reo uel ipſe uel per alios amicum colloquium inſtituens tempore, quo poſt parietem notarium & teſtes poſuit, eosque quæuis uerba rei, hæc omnia neſcientis, annotare iusſit *o*); (2) confesſione ſecuta (a) perpen- **Cautiones iudicis.**

m) *C. C.* art. 31.

n) LYNCKERI d. *de nomin. ſocii criminis* c. 6. 7. RIVINI d. *de denominatione complicis a delinquente & damnato ad mortem facta*.

o) OLDEKOP *obſ. crim.* IV, 45.

pendere, conſtet de *corpore delicti* nec ne? militent contra confitentem *indicia legitima*, annon? (b) inueſtigare *ueritatem confeſſionis*, præſertim circumſtantiarum, quas reus confeſſus retulit. Hinc iudex debet *teſtes* & *ſocios* nominatos rogare, nec non nuntios eo mittere *p*), ubi ueſtigia delicti commiſſi ſupereſſe aut inſtrumenta, quibus illud perpetratum eſt, latere ſignificauit reus; (3) ſi aliud inueſtigando deprehenderit ac reus dixit, hunc iterum, & quidem de *falſo* dicto illiusque cauſa rogare *q*).

TIT. XV.
DE
PROBATIONE CRIMINIS.

§. CLIX.

Vbi reus uel omnia uel quædam, de quibus ſuſpectus & ad articulos inquiſitionales rogatus eſt, negauit, omnem curam defigit iudex in eo conuincendo (§. LXVII, 7.) *r*), reus autem in ſe defendendo, uel *teſtibus* uel *inſtrumentis* uel *indiciis*. Neuter ad apices ciuilis proceſſus adſtrictus eſt. Neutri

p) *C. C.* art. 54. Kayſer *pr. crim.* p. 293.
q) *C. C.* art. 55.
r) *C. C.* art. 62.

Neutri peremtorius terminus poſitus eſt, examinis inſtituendi & deducendæ innocentiæ intuitu *s*). Illud ſingulare duco, quod (1) eo fortior debeat eſſe probatio criminis, quo maior pœna inde metuenda *t*), atque (2) probatio criminis clarior requiratur ac probatio innocentiæ. De ſingulis conuincendi & innocentiam deducendi modis agamus ſigillatim.

MEMBRVM I.
DE
TESTIBVS ET PROBATIONE QVAE PER EOS INSTITVITVR.

§. CLX.

Teſtis hic nobis eſt perſona fidem iudici iurato faciens de crimine, quod reus negauit. **Teſtis**

§. CLXI.

Vnde fluunt axiomata:

I. Teſtes oportet eſſe fide dignos &

II. iuratos.

Dd 2 III.De-

s) BRVNNEMANN c. *l.* c. VIII. m. 2. nr. 84. LVDOVICI Peinl. *Proc.* c. VI. §. 17.
t) Auctor *caut. crimin.* dub. 37.

III. Deponere debent de ipſa criminis ſubſtantia.

§. CLXII.

debet eſſe fide dignus. Teſtes oportet eſſe fide dignos (§. pr. I.) ſeu eos, qui uolunt & poſſunt uerum dicere. Vnde in atrocioribus * & leuioribus, manifeſtis & occultis criminibus (1) REPELLVNTVR (a) qui rem, de qua ſermo eſt, plane *non intelligunt*, utpote furioſi, mente capti, infantes ** (b) qui *de falſo dicendo* ſunt ſuſpecti, u. c. inimici capitales, criminoſi *u*), infamia *x*) iuris laborantes aut illius facti, quod adhuc non emendarunt, ut teſtimonium uel dicerent uel non dicerent pecunia corrupti *y*), falſarii *z*); (2) FIDES VACILLARE uidetur eorum (a) qui teſtimonium ferendo lædunt *reuerentiam*. Hinc ſerui, liberi &c. contra dominum, parentes &c. ubi deponunt, nullam, ſin pro iis, aliqualem fidem merentur *a*); (b) qui teſtes fran-

u) Ill. LEYSER ſp. CCLXXXIII. m. 31. ſeq.

x) *C. C.* art. 66.

y) *C. C.* art. 64.

z) ibid. art. 68.

a) BLVMBLACHER ad art. 23. BERGER *ſuppl. ad El.* p. II. obſ. 175. p. 459.

frangunt *ſigillum confeſſionis b*). Confeſſionarii tamen, de iis quæ ſibi in confeſſione non ſunt reuelata, aut ante confeſſionem in notitiam uenerunt, teſtimonium ferentis fides uacillat minime; (c) qui ſenſa animi ſatis exprimere nequeunt, ut ſurdi, muti &c.

* Quod in crimine læſæ maieſtatis teſtes inhabiles reum conuincant plene, ſtatuunt Dd. BEYER ad art. 62. ſeq. *poſ.* 27. ſed ſine ratione (§. CLIX, 1.).

** Nec maiores facti de iis, quæ in infantia uiderunt aut audiuerunt, teſtimonium ferre poſſunt. Quod ad pueros autem cum Ill. LEYS. ſp. CCLXXXIII. m. 4. candem profiteor ſententiam, ſcilicet de teſtimonio puerorum pro diuerſitate circumſtantiarum diuerſimode iudicandum eſſe, quoniam quantum eorum fidei imbecillitas iudicii & facilitas detrahit, tantum addit innocentia & illibatus animi candor.

§. CLXIII.

An *denuntiator* qua teſtis habilis ſit admittendus? quæritur. Eum admittendum eſſe putarem, ſi præter denuntiationem illius fidei neque deficiens intellectus neque ſuſpicio falſi neque aliud quid obſtat. Num eo pertineant denuntiatores &

§. CLXIV.

Socius criminis, qui ab inimicitia, rancore ſocii criminis?

b) Ill. LEYSER ſp. CCLXXXIV. m. 2. BEIER *de ſigill. conf.* c. 3. §. 58.

core & proteruia alienus, ſponte contra illum, qui iam ſuſpectus criminis, tulit teſtimonium ſpecificum, uix poteſt reiici *c*).

§. CLXV.

Ad articulos probatoriales

Iudex crimen per teſtes probaturus debet (1) ea capita, quæ reus negauit, hic uel ille teſtis autem ſummarie deponens adfirmauit, in *articulos probatoriales* digerere. Hi per modum interrogationis, clare, rotunde ac ita ſunt concipiendi, ut ſinguli ſingulas circumſtantias contineant; (2) articulis crimen ipſum, quod reus negauit, concernentibus *generales* alios præmittere, quibus exploret cuiusque teſtis nomen, ætatem, electum uitæ genus &c. *d*).

§. CLXVI.

iudex teſtes

Ad hos articulos ipſe * debet teſtes *examinare e*) ideoque (3) eos conuocare, prout opus eſt, uel compulſorialibus uel requiſitorialibus literis *f*), nec

c) HORN Cl. XV. Reſp. 101. ZANGER *de quæſt.* c. 2. nr. 56. ſeq. MEINDERS *de iudic. centen.* p. 100.

d) BRVNNEMANN *proceſſus inquiſ.* VIII, 2, 53. ſeq. Hannöv. *Crimin. Inſtruct.* c. 8. §. 7.

e) *C. C. C.* art. 71.

f) Ibid. art. 72.

nec non (4) ut compareant carcerem aut uim metuentes, ſaluos ducere *g*); (5) omnibus *uecturæ* & *uictus mercedem* ſuppeditare *h*).

* Notario rem committere periculoſum eſt, MYLIVS ad BEYER. p. 128. poſ. 50. Iudici uero domicilii, qui teſtem ſiſtere non uult, transmittendi ſunt articuli, iuncto petito, uelit ad hos nominatum rogare, ac rogati reſponſa in rotulum fide dignum redigere. Kayſer *pr. crim.* p. I. p. m. 333.

§. CLXVII.

Teſtes ubi comparent, ſint clerici an laici, iudex præſentibus ſcabinis & actuario (§. CXVI, 1.) debet eos (5) ad uerum dicendum *iureiurando* adſtringere *i*) (CLXI, 2.), & (6) poſt unumquemque *ſeorſim k*) ad articulos probatoriales rogare, atque (7) a rogatorum quolibet *categoricam reſponſionem* exigere *l*); (8) ſibi ſubiectos in reſpondendo *contumaces*, mulcta, carcere & in cauſis grauioribus tortura * *m*) cogere **; (9) reſpondentium *frontem* & *dicta* probe attendere, nec (10) *ſcriptæ* ſolemniter &

Dd 4

g) Ib. art. 76.

h) Ib. art. 75. BEYER ad art. 62. ſeq. poſ. 19. ſeq. & MYLIVS ad Eund. poſ. 57.

i) *Capit.* V, 207.

k) CLASEN ad C. C. art. 65.

l) BRVNNEMANN c. l. nr. 66. ſeq.

m) MYLIVS c. l. poſ. 51.

ſcriptæ depoſitioni fidem habere; (11) finito examine teſtem *impoſito ſilentio* dimittere.

* Scilicet ubi (1) delicti atrocioris (2) ueritas aliter haberi nequit & (3) teſtis uilioris conditionis eſt, atque (4) de illius dolo ex actis conſtat aperte. V. TENZEL d. *de tortura teſtium.*

** Vbi ueritas aliter haberi nequit, cogit & illos, qui alias a teſtimonio ferendo ſunt immunes. Ill. LEYSER ſp. 283. m. 22.

§. CLXVIII.

Caute rogat. Caueat iudex (1) ut *iuſiurandum* remittat *n*) teſtibus, aut (2) longe poſt depoſitionem exigat; (3) ut teſtes *examinet* per Notarium *o*), aut (4) cateruatim; (5) ut admittat *reſponſa* teſtium *dubia*; (6) ut articulos probatoriales reo communicet ad dandum *interrogatoria*, niſi hoc uelint ſpeciales prouinciæ *p*), qua degit, leges.

§. CLXIX.

Actuarii officium. Actuarii eſt, notare (1) qui *teſtes*, a quo & quomodo fuerint *citati*; (2) quando *comparuerint*; (3) ad quos *articulos* rogati reſponderint; (4) quæ *uerba*

n) BRVNNEMANN *I. E.* III, 4, 13.

o) LEYSER ſp. 283. m. 36.

p) *Ord. Crim. Bor.* §. 7. Hannövriſch *Crim. Inſtr.* c. I.

uerba quisque reſpondentium protulerit (§. XXXI.) & ſub quibus *geſtibus*.

§. CLXX.

Quibus proceſſus accuſatorius & inquiſitorius circa probationem per teſtes ſuſcipiendam inter ſe differunt, hæc ſunt: (1) in proceſſu accuſatorio accuſator, in inquiſitorio iudex *concipit* articulos probatoriales, (2) qui ibi non uero hic cum reo communicantur ad dandum *interrogatoria* (§. CLXVIII.); (3) in accuſatorio quidem, non uero inquiſitorio proceſſu teſtes *præſente reo* iureiurando * adſtringuntur; nec non eorum dicta in ſolemnem *rotulum* rediguntur, publicantur, & *diſputationi* partium ſubiiciuntur *q*).

Differentiæ proc. accuſat. & inquiſ. circa examen teſtium.

* Alicubi praxis & lex prouincialis reum præſentem in utroque requirit proceſſu. Hanſnov. *Crim. Inſtr.* c. 8. §. 9. OLDEKOP. dec. quæſt. 4.

§. CLXXI.

Extraordinarium teſtium examen non admittitur, niſi (a) ad inſtruendam inquiſitionem generalem, uel (b) ad reum defendendum *r*).

An examini extraordinario detur locus?

Dd 5 §. CLXXII.

q) C. C. art. 73: 151. ſeq.

r) Ill. BOEHMER *I. E. P.* II, 6, 10.

§. CLXXII.

Probatio per teſtes plena,

Vbi (1) duo minimum teſtes (§. CLX.); (2) iique claſſici (§. CLXII.), (3) ad rogationem iudicis legitimam (§. CLXVII.), (4) certi delicti auctorem (5) ex ſufficienti ratione ſcientiæ nominarunt; *plena probatio* adeſſe dicitur *s*).

§. CLXXIII.

ſemiplena,

Contra *ſemiplena* tantum adeſt probatio, ubi præuia rogatione iudicis ex ſufficiente ratione (1) unicus tantum teſtis, omni exceptione maior rem criminalem (§. CLXI, 3.) adfirmauit *t*), aut (2) duo teſtes habiles proximum (§. XCIV. ſeq.) probarunt indicium *u*). Vbi teſtes indicia probaturi *ſingulares* ſunt, uidendum eſt: num eorum uerbis ſingularitas obſtatiua, ut communis ſchola loquitur an adminiculatiua inſit? quoniam illa, non hæc, tollit uim ſemiplenæ probationis.

§. CLXXIV.

nulla.

Denique nulla plane fides habenda eſt teſti, qui (1) de credulitate *x*), (2) ex

s) *C. C.* art. 67.
t) *C. C.* art. 23.
u) *Ib.* art. 30.
x) CARPZOV *pr. crim.* q. 114. nr. 59.

(2) ex ſenſu alius *y*), (3) generaliter & uage, aut (4) ſine ulla ratione depoſuit. Dictum, non quidem ſine omni, attamen ſine ſufficienti, ratione prolatum tunc demum attenditur, ubi ad alia indicia, quæ iam probata ſunt, tanquam adminicula annititur.

MEMBRVM II.
DE PROBATIONE CRIMINVM PER INSTRVMENTA.

§. CLXXV.

Literæ, per quas delictum commiſſum eſt, &

Delicta, quæ *per ſcripturam* ſunt *commiſſa*, hac plene probantur *z*). Sic (a) literæ, quibus quis hoſtem patriæ conſilio iuuit, proditionem & proditorem, (b) literæ ad priuatum miſſæ, quibus quis ſcientiam perduellionis ab alio committendæ profitetur, ſocietatem criminis, & (c) literæ, quas quis falſas fecit in præiudicium tertii, falſum ſatis innuunt.

§. CLXXVI.

y) STRYK *de iur. ſenſ.* diſſ. 3. c. 3. nr. 38.
z) LVDOVICI *pr. crim.* c. VI. §. 5. REINHARTH d. *de eo, quod circa probat. delicti per documenta iuſtum eſt.*

§. CLXXVI.

quæ crimen peragendum, aut

Literæ crimen aliquod adhuc *peragendum loquentes*, attentatum plene, conſummatum ſemiplene probant. Huc pertinent literæ, quibus quis alteri mandauit, conſuluit &c. homicidium aut aliud crimen committendum.

§. CLXXVII.

peractum loquuntur,

Literæ, quibus quis *gloriatus* eſt ſe hoc uel illud crimen patraſſe, idem operantur, quod confeſſio extraiudicialis.

§. CLXXVIII.

recognoſcendæ aut

Nullæ autem probant literæ, niſi quas ab inquiſito conditas cognouit iudex. Cognoſcit autem plene ex *recognitione*, quam reus fecit, & ſemiplene ex *comparatione literarum a*) caute inſtituta *b*).

§. CLXXIX.

cum aliis comparandæ.

Nimirum iudex debet (1) ad comparandum eligere ſcripturam, quam a reo proueniſſe certum eſt, (2) accer-

a) BERGER *El. Iur. Cr.* ſuppl. p. II. p. 262.
b) ZVBRODII d. *de comparatione literarum.*

cerſere duos in arte ſcribendi *peritos*, eosque (3) *iureiurando* adſtringere ad ſingulos ductus literarum authenticarum & dubiarum fideliter inter ſe *comparandos*, & quid ſibi uideatur, ad acta referendum.

MEMBRVM III.
DE
PROBATIONE CRIMINVM PER INDICIA.

§. CLXXX.

Pro uaria indiciorum qualitate uariat probatio criminis per ea inſtituta. Nam indicia *uiolenta* ac indubitata plene, *proximorum* uero ſingula (§. XCIV. ſeq.), ubi ſunt qualificata, ſemiplene probant. Horum numerus non eſt exiguus. Equidem præter ea, quæ ſuppeditat Nemeſis Carolina, pauca tantum dabo. Omnia enim recenſere nec lubet nec licet. Indicia probant, ubi

§. CLXXXI.

Illud primum ſentias uelim, quod indicia uiolenta æque ac proxima ſuam probationem (§. pr.) non efficiant, niſi firmata ſint per *duos teſtes* omni exceptione maiores (§. CLXXIII, 2.). per duos teſtes ſunt probata.

§. CLXXXII.

§. CLXXXII.

Quænam indicia ſemiplene probent furtum & rapinam,

Semiplena *rapinæ* uel *furti* probatio militare dicitur (1) contrá eum, qui res alteri raptas *poſſidet* aut poſſidere deſiit, nec bonam fidem iuſtumque *titulum* laudare poteſt *c*) (§. XCIV, 4.). Hæc probatio elidi & minui poteſt. *Eliditur* ab eo, qui (a) rem in foro emtam, uel (b) in domo quidem ſua, non autem poſſeſſione, deprehenſam (§. XCV, 1.) *d*) probat; *imminuitur* uero ab illo, qui (a) ſe hominem bonæ frugis & bonæ famæ, aut (b) indicium non ſatis probatum (§. pr.) eſſe demonſtrat.

§. CLXXXIII.

Eadem fere probatio *e*) pugnat (2) contra *militiæ deſertores f*) & *zygenos g*), qui ex ſyluis uel aliis locis minus tutis, quo frequentius diſcurſitant (§. XC, 5.), redeuntes in cauponis publicis laute uiuunt, nec unde ſumtus ferant, docere poſſunt (§. XCIV, 2.).

§. CLXXXIV.

c) C. C. art. 38.
d) CLASEN ad art. 58. p. m. 196.
e) C. C. art. 39.
f) FRITSCH *de ualidis mendicant.* c. 8. 12.
g) ID. tr. *de Zygenorum origine uita & moribus.*

§. CLXXXIV.

Reus *homicidii* ſemiplene probatus uidetur (1) quem eo tempore *h*) & loco *i*), quo homo necatus eſt, indutum ueſtibus & armis ſanguine conſperſis *k*), duo teſtes deprehenderunt (§. CLXXXI.). Quam tamen probationem eneruat reus, docens (a) gladium ſibi ab alio ereptum & poſt redditum, (b) aliunde quam ex hominis occiſione maculatum eſſe; (c) ſanguinem ſibi e naribus in ueſtes profluxiſſe, (d) ſe, dum conaretur auxilium uulnerato ferre, ſanguine pollutum eſſe *l*). homicidium occultum &

§. CLXXXV.

Idem dicendum eſt (2) de eo, qui res, quas occiſus, dum impeteretur, ſecum habuit, poſſidet (§ XCVI, 6.), nec iuſtum poſſeſſionis titulum laudare poteſt *m*). Huius probationis uires debilitat reus, docens (a) rem, de qua iam quæſtio, ab occiſo in ſua *domo* relictam fuiſſe, ſeque (b) eam ab hoc uel illo *emiſſe*.

§. CLXXXVI.

h) BLANCVS *de indiciis* nr. 53. ſeq. nr. 297.
i) KRESS. ad art. 33. §. 2. nr. 2.
k) *C. C.* art. 33.
l) CLASEN ad c. a. p. m. 144.
m) *C. C.* art. 33.

§. CLXXXVI.

in rixa commiſſum,

Si occiſi uulnera reſpondent *armis* inimici, qui in turba *præſens* arma letifera *ſtrinxit* (§. XCVI.), eaque *ſanguine conſperſa* retulit: hunc homicidii in turba commiſſi reum eſſe ſemiplena loquitur probatio *n*). Quam tamen quodammodo elidis, dum probas (a) te *forte fortuna* rixantium choro immixtum eſſe, uel (b) gladium cum alio commutaſſe; (c) tantum abeſſe, ut occiſo *inimicus* fueris, ut potius eum nunquam noueris.

§. CLXXXVII.

nfanticidium,

Femina, cuius (1) *uterus* ſolito maior ſubito decreuit, (2) *facies* pallida ſecuta eſt uires corporis debilitatas, (3) *mammæ* lac iuſtæ craſſitiei & albedinis continent *o*), ac (4) *uulua* ob certa *ſigna* partum enixa uidetur duabus *p*) obſtetricibus *, hanc uidentibus & tangentibus *q*), peperiſſe & partum, qui non extat, occidiſſe creditur adeo, ut ſemiplena probatio contra eam militet *r*). Cui neruum ſuum ſubtra-

n) *C. C.* art. 34.
o) *Ib.* art. 36.
p) BLVMBLACHER ad c. art. p. m. 111.
q) MVLLER d. *de mul. pregn.* c. 10. §. 9.
r) *C. C.* art. 35.

ſubtrahere poteſt, docens (a) ex alia cauſa creuiſſe & decreuiſſe uterum, (b) *aquam ſubdulcem* non lac, & (c) ſi hoc, tamen ex ſola *menſium* ſuppresſione, in mammis fuiſſe; (d) inſpectionem uel a cæcis uel ab iniuratis obſtetricibus factam, aut (e) ſine certis *ſignis* partus editi relatam eſſe; (f) ſe *molam* tantum uel grumam ſanguinis edidiſſe *s*).

* Quanta fides obſtetricum relationi habenda ſit, docet STRYK *de I. ſenſ.* diſſ. 1. c. 1. nr. 45. ſeq. & c. 2. nr. 35. ſeq.

§. CLXXXVIII.

Matri partum necatum ſuum eſſe agnoſcenti, ſed eum ſine uita natum, aut propterea, quod ex utero in terram ceciderit, interemtum eſſe, excipienti, ubi ſtudio celauit uterum, clam peperit & natum occultauit *t*), nulla fides habetur, ſi uel maxime adſerat, (a) ſibi nullum lac in mammis ante partum fuiſſe *u*), (b) ſe cecidiſſe, (c) magno *onere* ſuppreſſam, uel (d) *ligno*, lapide &c. contuſam eſſe.

§. CLXXXIX.

s) LYNCKER *deciſ.* 1388.
t) *C. C.* art. 131.
u) LYNCKER *reſol.* 524.

§. CLXXXIX.

ueneficium, Si quis ex ueneno propinato mortuus, huius delicti reum ſemiplene probatum Nemeſis habet illum, qui ſine iuſta & probabili cauſa emit aut præparauit ſpeciem materiæ uenenoſæ, quam medici deprehenderunt in necati cadauere. Idque eo magis ſtatuit, ſi ſuſpectus iam olim nequam, aut necato ad caput uſque inimicus fuerit, aut ex illius diſceſſu magnum potuerit ſperare commodum *x*). Vnde ad intelligendum eſt facile, modo dictæ probationis uim quodammodo imminui excipiendo, ſuſpectum (a) uenenum emiſſe uel præparaſſe ad tollenda nociua animalcula, (b) necato amicum fuiſſe, (c) ingens pecuniæ damnum ex hac nece ſentire *y*).

§. CXC.

Incendium, (1) Improbus homo, qui (2) igneas faces, uel alia quæ in ædes immitti, immiſſa uero incendium efficere poſſunt, emit aut præparauit, (3) iisque inſtructus clam comparuit (4) in loco, ubi paulo poſt incendium ortum

x) *C. C.* art. 37.

y) KRESS ad c. art. §. 1. nr. 2.

ortum eſt: ſemiplene conuictus habetur *incendiarius* z), idque eo magis, ſi (5) inimicus eſt ei, cui damnum incendio datum eſt, aut (6) uerbis, literis diffidatoriis uel alio modo minas incendii paulo ante ſparſit *a*). Has præſumtiones elidit, qui ſe hominem frugi ignem ad uſum licitum excitaſſe docet.

§. CXCI.

Qui (1) amicitiam cum hoſte contractam, quam diſſimulant, ſuſpecto loco modo & tempore colunt; itidem (2) qui cum hoſte commercium literarium habentes, ignotis utuntur characteribus: habentur *proditores b*). Sola uero literarum hoſtis acceptatio commercium, & ex hoc diiudicandam proditionem, uix ſignificat. proditionem,

§. CXCII.

Carolus *magiæ*, quam exiſtere credit, reum habet *c*) illum (1) qui artes magicas *didiciſſe gloriatur*, aut (2) *docet* alios; (3) qui faſcinationes paulo magiam &

z) C. C. C. art. 41.
a) ZANGER *de queſtion.* c. 2. nr. 69. LVBLER *de incend.* c. 3. nr. 17. 23.
b) C. C. art. 42.
c) C. C. art. 43.

lo poſt ortas minatus (§. XC, 11.), aut (4) libris magicis, carminibus uel geſtibus inſolitis uſus eſt. Fuerunt quoque, qui ex defectu *lacrymarum d*), ſumma pietatis ſpecie &c. magiam collegerunt. Aſt hæc indicia omnia deſtruxit THOMASIVS *e*). Sic quoque per *aquam frigidam* ſagas explorari non poſſe, certum eſt *f*). Indicia, quæ tradit CARPZOV *g*), nulla fide digna ſunt *h*).

§. CXCIII.

alia criminia.

Sic quoque modo huius modo illius commiſſi criminis auctorem ſemiplene probant indicia remota qualificata (§. XC.), ubi plura ſunt. Vnde Carolus V. ſtatuit pugnare ſemiplenam probationem commiſſi criminis contra illum (1) qui ſuſpecto modo uiſus eſt in loco delicti, ibique res ſuas dereliquit *i*); * (2) quem præter nominationem a ſocio criminis conuicto ſponte, intrepide & ſine ullo ran-

d) HERT. *lib.* I. *par.* 113.
e) d. *de crim. mag.* §. 50 ſeq.
f) BERGER *E. I. C.* ſuppl. p. II. obſ. 138.
g) *pr. crim.* qu. 49.
h) WERNHER d. *de cerebr. certitud. corp. del.* §. 21. ſeq.
i) *C. C.* art. 29.

rancore factam **, nec reuocatam (§. CLXIV.), alia grauant indicia *k*).

* Huius probationis uis corruit, ſi inculpatus probet (a) ſe rem in loco delicti inuentam uel nunquam uel una cum aliis poſſediſſe, aut (b) eam, quam ſolus poſſedit, longe ante delictum commiſſum uendidiſſe, uiolenter amiſiſſe &c. (c) ſe tempore delicti commiſſi uitam alibi degiſſe.

** Vt ſit firmata iureiurando, uel facta ſub tormentis aut doloribus partus, expreſſe non requirit Nemeſis.

TIT. XVI.
DE
CONFRONTATIONE.

§. CXCIV.

Confrontatio eſt duorum, qui de facto, aut huius circumſtantiis diſcrepant, commiſſio *. Confrontatio, quæ

* Quia frons mali conſciam mentem ſæpe prodit: confrontatio non poteſt non (a) facere ad indagandam ueritatem & ſic utilis eſt immo quandoque neceſſaria; (b) reſpuere committendorum procuratores.

§. CXCV.

Triplex eſſe dicitur. Mox enim teſtes inter ſe, mox inquiſiti inter ſe, mox teſtes cum inquiſito committuntur. triplex eſt, &

k) Ib. art. 51.

§. CXCVI.

mox inter teſtes

Teſtes diſcrepantes in iis, quæ crimen, quod commiſſum eſſe omnes aſſerunt, circumſteterunt: utiliter, & quandoque neceſſario ſunt committendi *l*).

§. CXCVII.

mox inter correos

Inquiſitus criminis confeſſus cum eo, quem ſocium criminis nominauit, tunc demum iure committitur, ubi contra hunc militat ſemiplena ſceleratæ ſocietatis probatio *m*).

§. CXCVIII.

mox inter reum & teſtes inſtituitur,

Teſtium cum reo negante confrontatio * eſt (1) ſuperflua, ſi duo teſtes omni exceptione maiores de ipſo crimine immediate depoſuerunt; (2) utilis contra, quoties (a) unus de ipſo crimine, aut (b) duo pluresue de indiciis proximis tantum tulerunt teſtimonium.

* Actus quo iudex reum ſubiicit oculis teſtium, qui illum delicti commiſſi tempore quod ad perſonam, non uero nomen, cognouerunt, caute ſuſcipiendus eſt BRUNNEMANN *pr. inq.* c. VIII m 2. nr. 99. OLDEKOP. *obſ. crim.* tit. 4. obſ. 4. & audit

l) DAMHOVDER *pr. rer. crim.* c. 47. nr. 3.
m) TABOR *de confront.* d. 1. §. 19.

dit *recognitio*, non *confrontatio*. Illa tamen cum hac coniungi poteſt, & quandoque coniungitur utiliſſime.

§. CXCIX.

Eorum, qui hanc (§. pr.) & illam (§. CXCVII.) confrontationem ex cauſa, quod famam admodum lædat, fallat & ſuggeſtionem contineat, reiiciunt, *alii* paralogyſmis utuntur, *alii* illud tantum probant, quod uir honeſtus, legitimis indiciis commiſſi criminis nondum grauatus, neutra onerari debeat *n*). non eſt reprobanda.

§. CC.

De ſecunda (§. CXCVII.) & tertia (§. CXCVIII.) confrontationis ſpecie hæc notanda accipe: (1) neutri locum eſſe ubi ſemiplena probatio deficit *o*), aut iam eliſa eſt, (2) utramque committendo ferre præiudicium *p*), & ſic (3) pro ea auertenda dari defenſionem (§. CXI.) *q*). De ea notatu digna.

§. CCI.

Iudex reum, contra quem ea pugnant, quæ ſemiplenam efficiunt probatio- Iudicis &

 batio-

n) ID. *diſp.* I. §. 32. p. m. 23. & diſp. IV. §. 2. ſeq. p. m. 98.
o) MEVIUS p. III. *dec.* 73.
p) TABOR c. d. 1. §. 19.
q) LUDOVICI *pr. crim.* c. VII. §. 3.

bationem (§. CXCVIII.), debet (1) grauiſſime monere de ueritate dicenda, & (2) in negando perſiſtentem cum uno teſte poſt alterum *r*) ita committere, ut (a) unumquemque teſtium *, cui dicta ſua prælegit, & uim iurisiurandi præſtiti ſuggeſſit, roget: num uera dixerit *s*)? & (b) hæc adfirmantem iubeat eadem in faciem rei dicere *t*); porro (c) reum reſpondentem, teſtem replicantem ac reum duplicantem audiat, nec non (d) ex utriusque uultu, loquela &c. animum loquentis & ueritatem dictorum iudicet *u*), (e) teſtem uariantem tormentis ſubiiciat *x*) &c.

* Teſtes, qui reo debent reuerentiam, inuiti cum hoc nequeunt committi. TABOR *de confront.* diſp. 1. §. 33.

§. CCII.

actuarii officium.

Actuarii eſt (1) iudicis *interrogationes*, (2) rei & cuiusque teſtis commiſſi *geſtus*, ac (3) utriusque partis *dicta*, uti prolata ſunt, notare.

§. CCIII.

r) GRANTZ *de def. reor.* p. I. p. 574. MICHAELIS tr. *de inquiſ. crim.* c. 19.
s) Kayſer *pr. crim.* p. m. 364.
t) TABOR c. l. diſp. II. §. 6.
u) LVDOVICI c. l. §. 8.
x) Id. c. l. diſp. IV. c. 5. p. 127.

§. CCIII.

Actu confrontationis ad finem perducto, uidendum: ſit crimen confeſſus, an in eo negando perſtiterit reus? *Illo* caſu condemnatur, quum hæc confeſſio plus ualeat, quam ſpontanea; *hoc* autem, ubi dicta teſtium & indicia contra ſe militantia elidere nequit, ſe de crimine purgare debet. Confrontationis effectus.

TIT. XVII.

DE
DEFENSIONE QVA REVS PROBATIONEM CRIMINIS DESTRVERE
ET
CONFRONTATIONEM AVERTERE CONTENDIT.

§. CCIV.

Reus, cui ex probatione criminis (§. Tit. XV.) & confrontatione (§. pr.) non exiguum imminet periculum, ab utraque ſe defendere poteſt (§. CXI.), docens deficere cauſam legitimam, cur probationi habeatur fides, aut detur locus confrontationi. Defenſionum

§. CCV.

fauor. Defenſio, qua neruus probationis frangitur, & innocentia rei demonſtratur, admodum priuilegiata eſt. Iudex enim debet (1) eam concedere, immo (2) ſuperhabita renuntiatione a reo facta *y*), ex officio defenſorem conſtituere *z*), (3) huiusque laborem ex ærario compenſare publico, ubi reo eſt magna pecuniæ penuria (§. CXI, 5.) *a*); (4) conſtituto defenſori dare locum cum reo colloquendi & acta perluſtrandi (§. CXLI.; (5) conceptam defenſionis formulam actis inſerere, licet terminus, quem ſtatuit peremtorium, præterlapſus fuerit (§. CXI, 4. CXL, 1.); (6) teſtibus delictum negantibus eandem immo maiorem fidem habere quam adfirmantibus, niſi illi negatiuam loco aut tempore coarctauerint; (7) teſtes ſecundum quid inhabiles tanquam defenſionales admittere &c. *b*).

§. CCVI.

y) THOENNIKER *aduoc. prud. in foro crimin.* c. 4. nr. 19. ſeq. Diſſ. LEYSER d. *de odio defenſ.*

z) C. C. art. 88. KRESS ad art. 47. §. 3.

a) *Ib.* art. 47.

b) THOENNIKER c. l. c. XIII. nr. 10.

§. CCVI.

Defenſor non eodem ſemper modo procedere poteſt. Aliter enim ei de *nullitate proceſſus* conquerendum, aliter *delictum*, aliter *crimen* negandum eſt *c*). Quid defenſori agendum ſit,

§. CCVII.

De *nullitate proceſſus* conquerens, debet, ſi fieri poteſt, (1) fundamentum inquiſitionis (§. LXVIII.) deſtruere, (2) excipere de incompetentia iudicis (§. XLII.), de defectu qualitatum actuarii (§. XXXII.), de abſentia ſcabinorum tempore, quo cauſa cognita eſt (§. XXX, 4.), de illegitimo rei (§.CXVI.ſeq.) uel teſtium (§.CLXVII.) examine, de callidis & ſpinoſis quæſtionibus quibus teſtes turbati, de effatis teſtium non fideliter conſignatis (§.CLXIX, 4.) *d*), de falſo circa acta commiſſo &c. ubi conqueritur de nullitate proceſſus,

§. CCVIII.

Defenſor delictum negaturus (1) excipiat de *corpore delicti* deficiente, dubio & incerto, non rite inueſtigato (§. LXXI, ſeq.) &c. de deficiente hoe ubi delictum, aut

c) IDEM c. l. n. 8. ſeq.

d) IDEM c. l. c. X. n. 8.

hoc uel illo, quod leges ad eſſentiam delicti requirunt, contra (2) ubi de corpore delicti ſatis conſtat, in eo ſit, ut uires probationis (§. CLXIX. ſeq.) contra reum ſuſceptæ deſtruat (a) *teſtes* demonſtrans inhabiles, inimicos, uel plane non uel non legitime iuratos *e*), ex aliorum ſenſibus locutos, ex teſtimonio ferentes commodum &c. (b) *eorum dicta* ex iure, actis inquiſitionalibus aut inſtrumentis doceat *f*) dubia, falſa, ſine ratione prolata, reuocata &c. (c) *inſtrumenta* oſtendat eſſe falſa, ab alio condita, ſibi contraria, nihil certi inferentia &c. (d) unum *indicium*, poſt alterum negat eſſe proximum, legitimum, probatum &c. aut ubi hoc negare nequit, indicia reo contraria infirmet, & fortiora opponat iis. Denique (3) ex eo quod reus (a) ſemper occaſione & uiribus, quibus ad delictum, cuius accuſatur, committendum opus eſt, deſtitutus fuerit, (b) tempore delicti commiſſi alibi degerit &c. illius laudet innocentiam.

§. CCIX.

e) IDEM c. l. c. XIII. nr. 16.

f) BOVRICIVS *captiua* ſ. *enchir. defenſ.* c. 8. p. 171. ſeq.

§. CCIX.

Defenſor delictum conceſſurus, crimen uero negaturus, (1) præmiſſa *facti ſpecie*, quam claram & ingenuam ſiſtere debet, (2) utatur illa regula iuris, qua omnis *præſumtio doli* excluſiua dicitur; (3) argumentetur a *uita* rei, quam *antea bene actam* corroborat *teſtimoniis* honeſtorum uirorum *g*), ad tempus præſens, quum certum ſit, quod nemo repente fiat turpiſſimus; (4) neget in inculpatum cadere illam *qualitatem, quæ* ad committendum facinus, cuius poſtulatur, *impellere* & *incitare ſolet*; (5) demonſtret *defectum doli* ex circumſtantiis facti, prætendens rei lubricam ætatem, furorem, ſummam ebrietatem, ſummam iram, altum ſomnum, coactam uoluntatem, ignorantiam normæ diiudicandi &c. (lib. I. §. XXXIII. ſeq.) atque probans, (a) reum nihil lucri plus tamen damni ex commiſſo crimine ſperare potuiſſe, (b) poſt delictum commiſſum dormiuiſſe ſecure, (c) fugam arripere noluiſſe &c. Crimen negaturus eſt.

§. CCX.

Præterea quilibet defenſor caueat (1) ut Cautiones defenſoris.

g) IDE d. *de uſu atteſtator. in defenſ. inquiſ.*

(1) ut defenſionem præcipitet; (2) ut cauilletur, & negotium in dies diſferat; (3) ut a reo conceſſa neget; (4) ut multa noua adferat, quæ probare nequit; (5) ut concipiat articulos defenſionales, qui huc non pertinent; (6) ut producat teſtes facti & innocentiæ plane ignaros, aut (7) reo aduerſantes dum a delatoris ſtant partibus. Quodſi uero ipſum denuntiantem *h*), aut, qui ab illius ſtant partibus, teſtes producere ſatius eſſe putet, omnes de nouo iureiurando legitimo ad uerum dicendum adſtringi petat.

§. CCXI.

Defenſio pro auertenda confrontatione. A confrontatione ſe defenſurus probet deficere cauſam legitimam, cur ea inſtituatur (§. CCIII.). Id quod probat, docens (a) delictum adeo leue, (b) teſtes inhabiles, non iuratos &c. eſſe, & ſic probaſſe nihil, (c) teſtem, quocum nobilis committendus, uilioris conditionis hominem eſſe &c. *i*).

TIT.

---

h) THOENNIKER c. l. c. X. nr. 6.

i) TABOR *de confront.* d. V. c. 1. §. 4. ſeq.

TIT. XVIII.
DE
PVRGATIONIBVS
ſpeciatim
DE
MODO PVRGANDI PER ORDALIA.

§. CCXII.

Reus a crimine, cuius commiſſi indiciis legitimis, quæ elidere nequit, grauatus eſt, ſe purgare debet *k*). Id quod faciebat olim, ſubeundo *ordalia*; hodie uero illud facere debet uel ſuſtinendo *tormenta* uel præſtando iusiurandum, prout ſcilicet ſemiplena, aut ſemiplena maior criminis probatio (Tit. XVI.) non eliſa (Tit. XVII.) contra eum militat. Reus olim ſe purgabat

§. CCXIII.

Ordalia dicebantur iudicia Dei, quia exiſtimabant ueteres, deum ipſum quaſi ferre ſententiam *l*). Hinc eum, cui purgatio non cedebat bene, ac ſi crimen confeſſus aut de eo conuictus eſſet, condemnabant. per ordalia, ſpeciatim

§. CCXIV.

k) *L. Alam.* XLIV. LXXXIV.
l) *L. Burgund.* XLIV. *Angl.* XV.

§. CCXIV.

per duellum, Inter ordalia omnium maxime notum eſt *m*) *duellum*, quod a Gothis, Vandalis aliisque borealibus gentibus receperunt Longobardi *n*), Franci, Alamanni *o*), Saxones; probarunt reges & ſacerdotes *p*); decreuerunt iudices *q*). Duellantes *, ubi ſtato die pedites gladio & clypeo, equites uero πανοπλία equeſtri ornati comparuerant, & wadium dederant, eos de innocentia iuratos ante meridiem iudex mittebat in arenam ſanctione pœnali munitam *r*), ut ibi pugnarent, dum alter ſuccumberet. Succumbens accuſator habebatur calumniator, accuſatus uero criminis confeſſus & conuictus (§. pr.) *s*). Atque hac præſumtione nitebatur ſententia iudicis.

* Infirmi, milites, monachi, canonici, clerici &c. ſemper, & quilibet, ubi delictum, cuius redarguebatur, neque capitalis neque corporalis pœna manebat: per campionem compa-

m) EBELING *de prouoc. ad iudic. Dei* c. 3. §. 1. Ill. HEINECCIVS *El. Iur. Germ.* lib. III. §. 239.

n) *L. Longob.* I, 9, 23. & 15, 2.

o) c. leg.

p) *Capit.* I. A. 707. c. 20.

q) EBELING c. l. §. 4.

r) *L. P. S.* I, 63.

s) *L. P. S.* II, 12.

comparere poterant. EBELING c. l. §. 8. Huic, ubi de iuſtitia cauſæ principalis ſui iurauerat, non niſi tonſo duellum ſuſcipere licebat. ID. c. l. §. 9. ſeq.

§. CCXV.

Qui per ualetudinem duellum (§. pr.) ſuſcipere non poterant, liberi *igne*, ruſtici uero *aqua* ſe purgabant *t*). Purgatio per ignem uario fiebat modo. Mox ferreas laminas easque ignitas ferebant, mox igni *u*), aut chirothecæ ferreæ candenti immittebant dextram *x*), mox nudis pedibus ſuper uomeres ignitos *y*) ibant, mox prunas ſinu uel ueſtimenti lacinia *z*) excipiebant, mox per rogum accenſum ibant, accuſati criminis. Ritus huius iudicii, quos uarii uarie perſequuntur *a*), tacitus iam prætereo. Illud autem quin adducam ignem.

t) HINCMARVS REM. Tom. II. Opuſc. p. 543. DV FRESNE *Gloſſ.* u. *ferrum candens* To. II. p. m. 385.

u) *L. Ripuar.* XXX. 1. XXXI, 5.

x) SAXO GRAMM. *hiſt. Dan.* lib. X.

y) DV FRESNE *Gloſſar.* h. u. To. IV. p. m. 1366.

z) SCHOTTEL *de ſingul. in G. iurib.* c. 28. §. 21.

a) SVENO ad *L. Scan.* VII, 15.

cam nequeo, quod maiores noſtri nocentem habuerint hoc iudicio læſum, innocentem uero, qui illæſus abierat *b*).

§. CCXVI.

aquam feruentem uel Iudicium *aquæ feruentis* * ſeu purgatio per aquam calidam erat, quo de flagitio ſuſpectus nudum brachium in feruentem aquam immittere cogebatur, nocensque habebatur, ſi illud integrum & illæſum non extraheret *c*). Solemnia circa hoc iudicium adhiberi ſolita eadem fere fuerunt, quæ Germani circa ferrum candens, & Iudæi circa aquam illam amaram adhibuerunt *d*).

* Dicitur etiam iudicium AENEVM. *L. Sal.* LV, 1. LXXVI, 2. & CALDARIAE *L. Wiſig.* VI, 1, 3. *L. Longob.* I, 33, 1. DV FRESNE *Gloſſ.* To. I. p. 281. ſeq. quum aqua feruens aheno contineretur.

§. CCXVII.

frigidam, Iudicium *aquæ frigidæ* conſiſtebat in eo, quod homo uinculis conſtrictus & in aquam proiectus, ſi mergeretur, innocens haberetur *e*). Hoc iudi-

b) GERIKEN ad SCHOTTELIVM l. c. §. 7.
c) *L. Longob.* I, 19, 29. 35. *Capit.* IV, 13. *L. Friſ.* III, 6. XIV, 3. *I. P. S.* I, 39.
d) EBELING c. l. c. V. §. 4. ſeq.
e) DV FRESNE h. u. To. I, p. 278.

iudicium in explorandis ſagis diutiſſime manſit *f*), ſed ſumma cum iniuria *g*). Quis modus huius iudicii fuerit, docent SCHROETER *h*), EBELINGIVS *i*) aliique.

§. CCXVIII.

crucem,

Iudicium *crucis*, quod apud Francos inprimis frequentabatur *k*), in quo conſtiterit? diſceptant Dd. Nonnulli ſtatuunt, duas teſſeras alteram puram alteram cruce ſignatam interueniſſe; alii ſortes manu cruci impoſita iactas, alii duellum armis, quibus forma crucis fuerit, ſuſceptum, alii crucis lignum in ignem coniectum, alii ramuſculos cruce inſignitos altari impoſitos eſſe putant *l*). Ego quidem crederem, maiores innocentem habuiſſe eum, qui expanſis in crucis formam brachiis immobilis ſteterat, dum presbyter euangelium uel orationem dominicam recitauerat *m*).

f) SCHROETER *de lamiis* c. VIII §. 8 CRVSIVS *de indic.* p. II. c. 32. nr. 78 ſeq.
g) EBELING c. l. c. VI. §. 8.
h) c. tr. p. 160.
i) c. l. §. 3.
k) Ill. HEINECCIVS *El. I. G.* lib. III. §. 233.*
l) DV FRESNE *Gloſſar.* Tom. I. p. 1274. GERICKEN ad SCHOTTEL. c. V. §. 3.
m) EBELING c. l. c. VII. §. 3. p. 91.

§. CCXIX.

euchariſtiam,

Iudicio *euchariſtiæ*, quod Sec. IX. adinuentum dicitur *n*), utebantur ſoli fere ſacerdotes, quibus iurare nefas uidebatur *o*).

§. CCXX.

corsned, uel

Olim alicubi uſu receptum erat iudicium *offæ*, uel panis adiurati, quod Angli dixerunt *corsned*. Offam certis uerbis & precibus adiurabant *p*), credentes, ea ſuffocatum iri nocentem reumque criminis, cuius ante execrationem eſſet incuſatus *q*).

§. CCXXI.

ſortes.

Olim quidam germaniæ populi, qui in eo erant, ut explorarent auctorem commiſſi criminis, ducebant *ſortes* uel in iudicio uel ad altare *r*).

§. CCXXII.

Vſus hodiernus.

Hodie ordalia, quippe quæ ſuperſtitionem & abuſum nominis diuini redo-

n) GERICKEN c. l. c. VI.

o) DV FRESNE *Gloſſ.* To. II. p. 285.

p) GERICKEN c. l. c. VII. §. 5. BECHMAN *de iud. Dei* c. V.

q) Id. c. l. To. I. p. 1234. EBELING c. l. c. IX.

r) *L. Friſ.* XIV, 1. 2.

redolent, præſtigias diabolicas promouent, & innocentes ſæpe declarant nocentes *s*), uix adhibentur.

TIT. XIX.

DE TORMENTIS ET PVRGATIONE QVAE PER EA INSTITVITVR.

§. CCXXIII.

Vbi de corpore delicti liquido conſtat (§.LXXII. ſeq.) *t*), is qui *ſemiplena maiorem* criminis commiſſi probationem contra ſe pugnantem (§. CLXXIII. CLXXVI. CLXXX.) elidere non potuit (§. CCVIII. ſeq.), ſub tormentis de ueritate rogatur.

MEMBRVM I.

DE VARIIS TORMENTORVM GENERIBVS.

§. CCXXIV.

Tormenta, ſeu inſtrumenta, quibus cruciantur rei, ſunt uarii generis, quæ doctrinæ cauſa diuidere licebit in ea, quæ a germanis *nunquam recepta*, Tormentorum alia

s) CAMERAR. *hor. ſucciſ.* p. I. c. 18. p. 74.
t) TABOR *de tortura* c. 4.

cepta, ea quæ a quibusdam recepta mox uero *reprobata* ſunt, & ea quæ adhuc *probantur* hodie.

§. CCXXV.

ſunt peregrina, Ad *iſta* pertinent: (1) feminæ a *mammis*, & maſculi a *pudendis* ſuſpenſio, (2) aquæ fœtidæ uel aceti in *os naresue* infuſio *u*), (3) denegatio rerum ad *guſtum* pertinentium *x*), (4) taurus æneus *lento igne* caleſcens, (5) monile *cuſpidibus ferreis*, iisque compernibus munitum, (6) *uigiliæ* cum continua corporis quaſſatione coniunctæ *y*), (7) tormentum, quo *plantas pedum* uel lentus ignis excruciat, uel nimio ſale delinitas capra lingit *z*), (8) tormentum, quo *mures* ſub uitro, cui ignis ſuper imponitur, rodunt *acromphalum &c. a*).

§. CCXXVI.

alia reprobata, Ad *illa* pertinet (1) *ſcamnum* ſeu *eculeus*, in quo reus manibus pedibus-

u) STRYK *de iure ſenſ.* diſſ. VI. c. 4. nr. 8.

x) ID c. l. n. 5. ZACHIAS *queſt. med. legal.* lib. VI. tit. 2. qu. 1. nr. 22.

y) BRVNNEMANN c. l. c. VIII. m. 5. nr. 46. OLDEKOP. *obſ. crim.* IV, 40.

z) DAMHOVDER *pr crim.* c. 37. nr. 8.

a) DOEPLER ✝ Haupt. der L. und L. Straffen. p. I. p. 261. ſeq.

buſque ligatus modo extendebatur, modo ſuſpendebatur *b*), ut uel Fig. XII. docet; ad cuius illuſtrationem notes: *A* ſignificare reum in ſcamno extenſum, *B* reum in ſcamno ſuſpenſum, *C* eculeum, *D* faſcem uirgas continentem, *E* cataſtam, cui impoſitus eſt eculeus. (2) Pommeriſche Mütze oder Crantz, (3) der Lüneburgiſche Stuhl *c*), (4) der Hals-Kragen *d*). Fig. XII.

§. CCXXVII.

Ad *hæc* denique referri debent (1) inſtrumentum, quo pollices comprimuntur, der Daumen-Stock. Conſiſtit illud ex duabus laminis, quarum inferior plerumque aculeata eſt; (2) *fidiculæ*, ex ſeta equina conſtructæ, die Leine, Schnüren, (3) compedes Spaniſche Stiefeln. Hoc inſtrumentum conſiſtit (a) ex lamina ferrea, quæ alibi crenata, alibi plana eſt, & (b) ex diſco ligneo. Hoc inſtrumento ſuræ comprimuntur. (4) *ſcala* die Leiter, in quam reus ſurſum trahitur; (5) der geſpickte Haſe, quod inſtrumentum, in media ſcala exiſtens, tergum rei infora- alia probata adhuc hodie. Fig. I. Fig. II. a. b. Fig. III. a. b. Fig. IV. Fig. VI. g.

 rat,

b) GALLONIVS *de S. Martyrum cruciatibus* p. 41. ECCARD *ad L. Sal. XLIII*, 1.
c) HEIL *iud. & def.* p. 261.
d) ID. c. l. p. 262.

Fig. V. f. rat, ubi reciprocatur; (6) der Kolben, quo membra rei expanduntur *, Fig. VIII. a. b. (7) das Mecklenburgiſche *Inſtrument*, ſiue der Spaniſche Bock, quo pollices & primi pedum digiti comprimuntur *e*); Fig. X. XI. (8) das Bambergiſche *Inſtrument*, cui reus inſidet pedibus manibusque alligatus, atque nudatus & incuruus flagro cæditur. Sex priora ubique fere regionum germaniæ ſolent adplicari, duo autem poſteriora in illis tantum locis, ubi ſpeciali principis conſenſu ſunt probata.

* Dum reus eſt expanſus, quandoque in illius corpus nudatum iniiciuntur *ſulphurata*, quibus ignis admotus eſt; quandoque *pinei cuneoli ſub illius ungues miſſi accenduntur*, ut ſic cutis aduratur.

§. CCXXVIII.

Horum gradus numerantur uarii. Tormentorum adplicationis *gradus* alii 9, alii 7, alii 5, alii 3. numerant *f*). Ob quam diſputationem hodie ICti ipſa tormenta adplicanda, non uero gradus eorum nominant, nec omnes utuntur uerbis incertis & obſcuris: gelinder oder menſchlicher Weiſe, ziemlicher maſſen, mit der Schärfe ꝛc.

MEM-

e) LUDOVICI Einleitung zum Peinl. *Proc.* p. 189. ſeq.

f) HEIL *iud. & defenſ.* c. V. §. 7.

MEMBRVM II.
DE TORTVRA.

§. CCXXIX.

Tortura eſt iudicium, quo, qui grauitati criminis, cuius accuſatur, & ui indiciorum, quibus grauatus eſt, reſpondentia tormenta ſuſtinuit, ſe purgaſſe * dicitur. Tortura

* Hoc a Romanis didiciſſe uidentur Wiſigothi VI, 1, 2. Oſtrogothi. *Ed. Theod.* §. 100. & Franci. *L. Sal.* XLIII, 1, 2. quorum hi & illi non temere alios quam ſeruos, iſti uero quandoque etiam honeſtiores torquebant. Purgationibus ſuperſtitioſis poſt in exilium miſſis, nec ingenui a tortura fuerunt immunes. Id quod artibus & conſiliis cleri adſcribit THOMASIVS *ad ff.* tit. de quæſt. & d. *de conſt. crim.* §. 21.

§. CCXXX.

Vnde hæc deriuo axiomata:

I. Tortura eſt medium ueritatis eruendæ,

II. Non niſi in ſubſidium adhiberi poteſt.

III. Iure is tantum torquetur, quem probatio ſemiplena maior prodit reum criminis, quod, ubi probatum eſt, uel capitalis uel corporis adflictiua pœna manet *g*).

 IV. Ea

g) Id. c. l. §. 5.

IV. Ea tormenta adplicanda ſunt, quæ reſpondent atrocitati criminis & ſuſpicionibus contra reum pugnantibus legitimis.

V. Qui legitima tormenta ſuſtinuit, crimen & indicia, quorum intuitu tortus eſt, purgaſſe dicitur.

§. CCXXXI.

ad eruendam ueritatem.

Ex primo (§. pr. 1.) intelligere potes (1) tormentis uix ſæuiendum eſſe in eos, a quibus ueritatis eruendæ * nulla ſpes affulget. Itaque a quæſtionibus non poſſunt non immunes eſſe (a) qui *facta non intelligunt*, utpote quos furor rapit *h*), aut adfectus torquet melancholicus *i*), (b) qui *facti memoriam exuit*, ut ſenex gryllo obliuioſior *k*); (c) qui ad rogata *nihil diſtincti aut perſpicui reſpondere poteſt.* Sic quoque qui mutus & ſurdus natura eſt, torqueri nequit, niſi adſint interpretes, illius ſigna probe intelligentes *l*).

* Num

h) BOCER *de quæſtion. & tortur. reor.* c. IV. n. 9. ſeq.

i) BRVNNEMANN c. l. c. VIII. m. 5. n. 33.

k) Bayer. Malef. Ordn. p. III. art. 9.

l) BOCER c. l. n. 13. p. 321. KRESS vom R. der Taub und Stummn gebohrnen c. 3. §. f.

* Num tormenta ſint *idoneum eruendæ ueritatis medium?* inter Dd. non conuenit. Qui illud negant, ſtatuunt (1) torturam pœnam eſſe, & (2) uaria operari pro uario patientis robore, (3) barbarum eſſe, non conuictum ad confitendum cogere, & coacte confeſſum ueluti conuictum necare &c. Contra, qui adfirmatiuam tenent ſententiam, dicunt, (1) uſum ab abuſu diſcernendum eſſe, (2) torturam probari Nemeſi Carolina & omnium fere prouinciarum legibus, (3) torturam non eſſe pœnam, niſi pœnam contumaciæ dixeris, (4) aliud medium non ſuppetere &c. GRIBNER d. *de repetit. torment. confeſſo inficiante.* §.1. ſeq.

§. CCXXXII.

Ex eodem conſtat (2) cur non ſit *nocendum* iis, quos decet confiteri. Hinc (a) tormentis uix poſſunt ſubiici: (α) quorum *animo* uel *corpori* periculi quid inde imminet, u. c. obeſi *m*), qui firmi non ſunt corporis, ſenes decrepiti *n*), laborantes morbo comitiali, uel alio, qui ui repugnat tormentorum *o*); (β) *femina prægnans p*). Dolo malo an citra eum, ita, ut nullius animo uel corpori noceatur,

m) ALBERTI tr. *de torturæ ſubiectis aptis & ineptis* p. 44. ſeq.

n) BLVMI CHER ad *C. C.* art. 45.

o) CARPZOV *pr. crim.* q. 118. nr. 46. BOEHMERI d. *de eo quod iuſtum eſt circa tortur. ualetud.*

p) MVLLERI d. *de iure pregnant.* c. IV. §. 9. ALBERTI c. l. p. 81.

eum, a marito an ab alio, longe an nouiſſime *q*) conceperit, perinde eſt; (b) ceſſante periculo damni, ceſſat immunitas. Itaque febri quartana laborans poteſt ceſſante paroxyſmo torturæ ſubiici *r*).

§. CCXXXIII.

Ex eodem (§. CCXXX, 1.) denique prono fluit alueo (3) eum, qui tormenta determinaturus eſt, attendere debere delinquentis robur, ætatem, ſexum, uires & ualetudinem. Non enim ægra pars corporis rei torqueri poteſt. Hinc (a) adplicari nequit chiragrico, der Daumenſtock (§. CCXXVII, 1.), & podagrico, der Spaniſche Stiefel (§. eod. 3.), (b) expandi nequit in dorſo, femoribus &c. ſauciatus, & (c) hernioſus moderate torquendus eſt *s*).

§. CCXXXIV.

in ſubſidium adhibetur.

Vbi reus (1) per teſtes aut inſtrumenta criminis *plene conuictus* uel de eo ſufficienter & legitime *confeſſus* eſt, uel

q) STRVV. *obſ. crim.* c. 33. obſ. 9. p. 163. BOCER c. l. nr. 26.

r) GVAZZINI *defenſ.* 30. nr. 16.

s) LVDOVICI c. l. c. 9. §. 47. ALBERTI c. l. p. 67.

uel etiam (2) facile conuinci & ad confeſſionem adigi poteſt: non dari locum torturæ *t*), nos docet ſecundum axioma (§. CCXXX, 2.).

§. CCXXXV.

Ex tertio (§. CCXXX, 3.) diſcimus (1) non dari locum torturæ prius quam ſatis conſtet de *delicti corpore*; (2) ad torturam uix ſufficere *indicia* leuia, dubia &c. ſed requiri concludentia, eaque plene probata, nec eliſa *u*); (3) *unicum teſtem*, etiamſi omni exceptione maior tulerit teſtimonium ſuum de ipſa criminis ſubſtantia, ſolum non facere, ut reus tormentis ſubiiciatur *x*), (4) de furto legitime, & de homicidio leuiter ſuſpectum, non niſi de furto torqueri poſſe *, (5) ſumma cum iniuria torqueri eum, qui de illo crimine ſuſpectus eſt, quod pœna pecuniaria, carceris aut numellarum manet.

ubi de corpore atrocis delicti conſtat, ac

* Iniuſtiſſima eſt ratiocinatio: hat er das gethan, ſo hat er wohl mehr gethan, uel: an einem ſolchen Fuchs bricht man keine Wildbahn. DONDORFF d. *de reuoc. conf.* §. 64.

§. CCXXXVI.

t) C. C. art. 22. 69. KRESS ad a. 186. nr. 1. p. m. 702. BERNHARDI d. *de tortura ex foris chr. proſcr.* §. V.

u) HEIL c. l. p. 200.

x) BERNHARDI c. d. §. 6. ſeq.

§. CCXXXVI.

adſunt indicia legitima.

Ex quarto (§. CCXXXII, 4.) ſequitur, (1) ut, quo grauius *crimen* eſt & quo magis *probatio* ſemiplena maior ad plenam accedit, eo plura & grauiora tormenta adhiberi debeant; (2) ut nec eadem ſemper tormenta, nec (3) qualia poſtulauit fiſcalis, applicari queant; (4) ut duorum pluriumue criminum reus, huius ergo omnia, illius uero quædam tantum tormenta ſuſtinere debeat *y*); (5) ut *confeſſio*, quam tormenta iuſto grauiora extorſerunt, reo non præiudicet *z*).

§. CCXXXVII.

Officium iudicis circa prælūdia torturæ,

Vt actus torturæ rite ſuſceptus queat dici, iudicis eſt (1) *ſententiam* de tortura ſuſceptam reo publicare, ita tamen, ut neque diem, quo actus ſuſcipiendus eſt, neque gradum torturæ prodat *a*); (2) reum a tortura ſe *defenſurum* audire, eumque (3) priore ſententia confirmata, de ueritate dicenda & uitandis torturæ cruciatibus ſerio

y) HEIL c. l. §. 13. LVDOVICI c. l. c. IX. §. 37. Bericht von dem ermordeten Hof-Kürſchner p. 22.

z) *C. C.* art. 20. ibique KRESS.

a) LVDOVICI c. l. §. 9. ſeq.

ſerio & pro re nata adſtante miniſtro eccleſiæ *b*) *monere*.

§. CCXXXVIII.

ipſam torturam &

Quo facto, ſi reus in negando perſiſtat, iudex (4) una cum ſcabinis & Actuario (§. XXX, 4. XXXI.) adit torturæ locum, (5) eoque iubet reum duci, ac (6) torqueri modo, quem ſententia, carnifici ad perlegendum danda, exprimit *c*). Speciatim caueat iudex (7) ut reus *furorem* aut *epilepſiam* ſimulando auertat torturam *d*), (8) ut *carnifex* det reo hauriendam potionem illam, quæ dicitur der Heren-Tranck *e*), aut (9) diuidat tormenta *f*), (10) ut tormenta, quorum ui repugnat ſtatus rei (§. CCXXXII.), iubeat applicari, ut potius deſcriptionem ſtatus naturalis & moralis rei a medicis factam inſerat actis, & denuo ICtos conſulat *g*); (11) ut actus torturæ non niſi ex iuſta cauſa ultra

horæ

---

b) ID. c. l. §. 16. Diſſ. WILDVOGEL d. *de arbitr. iud. circa tort.* c. 3. §. 2. ſeq.

c) HEIL c. I. c. V. §. 42.

d) ALBERTI c. tr. p. 10. 17. FRITSCH ſelz. Händ. p. II. nr. 7.

e) BESOLD *th pr.* u. Heren.

f) LYNCKER *deciſ.* 265. CONCIOL. *reſol* 12.

g) WILDVOGELII d. *de arbitr. iud. circa tortur.* c. 3. §. 6.

horæ duret ſpatium *h*); (12) ne, ubi plures ſunt torquendi, ab illo fiat primordium, *qui ueritatem magis ſcire, aut facilius ſignificare præſumitur*. Hinc ubi uicini torquendi ſunt, a proximiore & maioribus indiciis grauato, ſin maſculi & femina, ab hac *i*), ſin pater & filius, ab hoc *k*) initium faciendum eſt; (13) ut reus, dum torquetur, mœſtiſſimis queſtibus late loca impleat. Hinc illius ori inſtrumentum, quod dicitur
Fig. VIII. die Birn, inferri & intrudi iubet; (14) ut reus illudat tormenta. Potius in
Fig. VII. ſcala dormientis caput ſurſum trahendum eſt; (15) ut ſtatim a prandio uel cœna reum torqueri iubeat (§. CCXXXII.) *l*); (16) ne oculos ſemper ad reum, qui ſub tormentis eſt, adiiciat.

§. CCXXXIX.


examen rei. Porro iudicis eſt (17) interrogare * reum de illo tantum crimine, de quo ſen-


h) BERGER *E. I. C.* ſuppl. p. I. obſ. 175 *p.* 459. SCHNVRBEIN *de tortura* th 53.

i) CRVSIVS *de tortura & indic. delict.* p. I. c. 39. nr. 10. ſeq. CASON *de tormentis* c. XIII. nr. 5.


k) BOCER c. l. c. V. n. 6. ſeq. ZANGER *de queſt. & tort.* c. 4. nr. 26.


l) CARPZOV *pr. crim.* qu. 124 nr. 7. 8.


I.
a
a
II. a.
b.
a III
c
II. b.
b III
c
IV.



XII





ſententia loquitur *m*), & (18) de ſociis non niſi generaliter; (19) ſiſtere tormentorum adplicationem, ubi reus in eo eſt, ut confiteatur *n*); (20) ubi reus confeſſus eſt, iubere, carnificem ab eo abſtinere manum.

* Hodie interrogatoria ſolent ſententiæ de tortura conceptæ inſeri.

§. CCXL.

Actuarii eſt, accurate & fideliter notare *o*) (1) diem & modum, quo publicata eſt *ſententia*, (2) *contenta admonitionis* de ueritate dicenda, quam iudex fecit, (3) *locum & tempus*, quo actus torturæ ſuſceptus eſt, (4) nomina *iudicis* & *ſcabinorum*, qui iſti interfuerunt, immo (5) ea omnia quæ iudicialiter geſta ſunt, ſpeciatim (6) *interrogatoria* iudicis, & (7) quid ad unumquodque, quibusque ſub *geſtibus* reſponderit reus. Denique (8) debet conſignata reſponſorum uerba ſub finem actus reo *prælegere*. Prælecta ſubſcriptione ſua corroborant *ſcabini* (§. XXXI. *). Actuarii officium.

§. CCXLI.

m) C. C. art. 20.
n) C. C. art. 58.
o) C. C. art. 15. 185. 187.

§. CCXLI.

Quæ dignitas a tortura liberet?

Ob dignitatem olim * a tortura plane immunes erant, hodie uero ex grauiſſima cauſa p) & conſenſu domini territorialis impetrato q) torqueri poſſunt, (1) epiſcopi, presbyteri reliquique clerici, (2) nobiles r), (3) profeſſores, doctores, licentiati, ſtudioſi & (4) milites t).

* Ex quo uero purgationes uulgares in deſuetudinem abierunt, etiam ingenui tormentis ſunt ſubiecti, idque præſertim arte & conſilio cleri. THOMASIVS *ad ff.* tit. de quæſtion. & d. *de conſt. crim.* §. 21. g).

MEMBRVM III.
DE
TERRITIONE ET TORTVRA OB CONTVMACIAM.

§. CCXLII.

Territio,

Territio eſt actus, quo reum, in cuius conſpectum tormenta poſita ſunt,

p) Bayer. Maleſ. O. tit. 3. art. 9. ZIEGLERI d. *de torturis* c. 3. §. 6.

q) CARPZOV c. l. qu. 118. nr. 95.

r) LEYSERI d. *de iur. equit. Saxon. ſingul.* §. 35. ZANGER *de quæſt. & tort.* c. 1. nr. 73. ſeq.

s) BRVNNEMANN *pr. inquiſ.* c. VIII. m. V. nr. 21.

t) TABOR *de tortura* p. 82.

ſunt, uerbis & geſtibus ſeuerioribus, ad torquendum uſitatis terret, uix autem apprehendit *u*), carnifex.

§. CCXLIII.

Ea diuiditur in *realem* & *uerbalem* *x*). Sed fruſtra. Realis enim ſpecies torturæ eſt. quæ in uerbalem & realem diuiditur,

§. CCXLIV.

Illos terret carnifex (1) quos *leuioris conditionis* homines aut de periurio ſuſpectos ſemiplena grauat probatio; (2) quos *ætas* a tortura immunes reddit, non uero (3) quos a tortura defendit *dignitas* uel *uterus* *y*). quos minat? &

§. CCXLV.

Vbi ſententia caute publicata eſt, iudex una cum ſcabinis & actuario adit torturæ locum *z*), eoque iubet reum duci, quem de ueritate dicenda ſerio admonitum (§. CCXXXVII, 3.), ſed in negando perſiſtentem terret (§. CCXLII.) carnifex. Quo eodem tempore illum iudex rogat ad articulos. Omnia quæ aguntur, præſertim interroga- quid circa eam notandum?

u) BOCER c. l. n. 26. ZANGER nr. 17. ſeq.
x) HEIL c. l. c. V. nr. 8. p. 204.
y) Perner d. *de territione* p. 13.
z) C. C. art. 187.

rogatoria iudicis & reſpondentis rei uerba geſtusque, prout decet, annotat actuarius (§. CCXL, 6. ſeq.).

§. CCXLVI.

Tortura contumacis in reſpondendo.

Qui tormentis ſubiicitur ob *contumaciam* in reſpondendo, non rogatur: uelit confiteri? ſed: uelit reſpondere? Hæc tortura debet eſſe moderata, & regulariter primum tantum tormentum ſolet applicari, niſi atrocitas delicti & grauitas indiciorum ſuadeant aliud *a*).

MEMBRVM IV.
DE
IIS, QVAE TORTVRAM ET TERRITIONEM SVBSEQVVNTVR.

§. CCXLVII.

Qui tormenta ſuſtinuit, habetur innocens.

Qui legitima tormenta aut legitimam territionem perpeſſus eſt, crimen & indicia, quorum intuitu tortus uel territus eſt, purgaſſe dicitur (§. CCXXX, 5.) *b*). Tantum itaque abeſt, ut ulla *pœna* adficiendus, aut ex collegio opificum uel mercatorum excludendus ſit, ut potius *defini-*

a) LVDOVICI Einl. zum P. *Proc.* c. V. §. 13.
b) C. C. art. 61.

finitiue abſoluendus ſit *, & abſolutus eos, qui ſibi torturam in opprobrium obiiciunt, iniuriarum conuenire poſſit *c*).

* Famoſi tamen nebulones, ubi tormenta ſuſtinuerunt, uel ad carceres uel ad opus publicum condemnantur, ut ne ciuitati in poſterum damnum ferant. HEIL. c. l. c. V. §. 48.

§. CCXLVIII.

Reo, qui crimen ſub tormentis confeſſus eſt, iudex (1) poſt biduum uel triduum (2) extra locum torturæ *d*), (3) præſentibus ſcabinis & Actuario (4) confeſſionem per tormenta aut territionem elicitam uerbotenus, clare & diſtincte *e*) prælegi iubet, illius uel confirmationem * uel reuocationem expectaturus. Confeſſus dicta uel confirmat,

* Hac, quam alias RATIFICATIONEM dicunt; opus eſt, ut exceptio: *quod metus cauſa*, ceſſet. C. C. art. 56. & ad eund. KRESS §. 5. V. HAMM d. *de ratificat. confeſſ. in tormentis facta* §. 11. Eſt ea neceſſaria, ſi uel maxime confeſſio tormentis uel eorum metu extorta aliis adminiculis ſuffulta, aut extraiudicialem confeſſionem ſecuta ſit. DONDORFF d. *de confeſſione*

Gg 3

c) WILLENBERGII d. *de innoc. per tort. purgata* c. 3. §. 13. ſeq.

d) HAMM c. d. §. 23. ſeq.

e) C. C. art. 56.

ſione tormentis extorta c. IV. §. 11. Contra prætermittitur, ubi contumax in reſpondendo tortus eſt (§. CCXLVI.), nec tortura in medium eruendi ueritatem degenerauit. Ill. BOEHMERI d. *de contumac. non reſpondentis* c. 2.

§. CCXLIX.

uel ex iuſta cauſa reuocat.

Reuocationi locus eſt, quoties (1) tortura *nulliter* ſuſcepta, utſi (a) iudex incompetens, aut (b) competens quidem, ſed temere & abſque indiciis legitimis *f*), tortorem accerſiuerit, aut (c) ratione temporis, loci uel gradus in tortura exceſſum commiſerit; (2) *examen non rite peractum* eſt, utſi iudex reum (a) fallacibus & captioſis interrogationibus deceperit, aut (b) doloſis perſuaſionibus, promiſſione impunitatis uel alio modo illicito ad confitendum adduxerit *g*).

§. CCL.

Qui ſecus facit, iterum tormentis ſubiicitur.

Tormentis iterum ſubiiciuntur (1) qui iuſtam reuocationis cauſam (§. pr.) laudare *h*) aut (2) laudatam probare

f) HAMM c. d. §. 4.

g) BRUNNEMANN c. l. c. VIII. m. 1. n. 54. ſeq. DONDORFF d. *de reuocat. confeſſ. per tormenta extorte* §. 44. ſeq.

h) DONDORFF d. *de conf. tormentis extorta* c. 4. §. 12.

bare nequeunt, (3) falſa confeſſi *i*), (4) qui tempore ratificationis dubie, obſcure uel plane non reſponderunt *k*); (5) quem criminis reum loquuntur indicia, quæ poſt torturam ſuperuenerunt, dummodo ſint ſpecie a prioribus diuerſa, & per ſe ſufficiant ad torturam *l*).

§. CCLI.

Vbi reus confeſſionem intuitu huius delicti confirmat, intuitu alterius reuocat, uidendum eſt: quodnam delictum grauius? Vbi illud, quod commiſiſſe iam negat, iterum * torquendus eſt *m*). Sic ex RIVINI *n*) ſententia, repetitioni torturæ locus eſt, quoties pœna uel illius ſolemnitas augeri poteſt.

* Non tamen ultra tertiam uicem torturam repeti poſſe, ad unum fere omnes Dd. ſtatuunt. Qui tertiam confeſſionem reuocauit, extra ordinem punitur. GRIBNER c. d. §. 15. ſeq.

i) *C. C.* art. 58.

k) DONDORFF c. d. §. 66. *C. C.* art. 57.

l) GRIBNERI d. *de repetit. tormentorum confeſſo inficiante.* §. 9. KRESS ad art. 57. §. 5. ZANGER c. l. c. V. nr. 11. ſeq. 80. ſeq.

m) DONDORFF c. d. §. 64.

n) d. *An & quatenus mortis reus tormentis denuo ſubiiciendus ſit?* §. 16.

§. CCLII.

Continuatio torturæ.

A repetitione torturæ differt illius *continuatio*, cui toties datur locus, quoties ſententiæ nondum plene ſatisfactum eſt *o*).

§. CCLIII.

Officium actuarii.

Quo die & loco, nec non quibus præſentibus, itidem quibus uerbis & geſtibus, ratificatio confeſſionis a reo facta ſit, accurate annotare debet actuarius (§. XXXI.) *p*).

TIT. XX.

DE PVRGATIONE PER IVSIVRANDVM.

§. CCLIV.

Purgationem per iusiurandum

Quoties (1) *grauitas delicti* deficit *q*), aut (2) homo, qui honeſtioris conditionis eſt, ſemiplene tantum, aut (3) magis quidem conuictus, ſed *a tortura immunis* eſt *r*): toties datur locus purgationi per iusiurandum.

---

o) GRIBNER c. d. §. 8.

p) DOEPLER Schaupl. der L. und L. Str. p. I. p. 433. Kayſer *pr. crim.* p. I. p. m. 695.

q) CARPZOV c. l. qu. 116. nr. 62.

r) HEIL c. l. c. IV. §. 8. ſeq.

§. CCLV.

habent leges moresque

Hæc purgatio moribus & legibus probata *s*), quouis tempore fuit *ſolemnis t*). Media ætate (1) adhibebantur *compurgatores*, pro re nata, modo plures modo pauciores *u*), & (2) iuſiurandum ſuper *reliquiis ſanctorum* præſtabatur *x*).

§. CCLVI.

Vnde has deriuo regulas:

I. Purgatio per iuſiurandum eſt medium ueritatem eruendi ſubſidiarium.

II. Fit ſolemniter.

§. CCLVII.

medium eruendi ueritatem.

Ex prima (§. pr. 1.) intelligere potes cauſam, (1) cur iuſiurandum purgatorium ante *reſponſionem ad articulos y*), &

s) *I. P. S.* I, 15. 18. II, 4. 69. III, 32. 39. *R. I.* de A. 1512. tit. von Gotteslåſterern.

t) HOFFMANN *ſpec. coniect. LL. Germ.* p. 38. GERICKEN ad SCHOTTEL. c. IX. §. 3.

u) *I. P. S.* I, 15. 18. BALVZIVS *Capit.* To. I. p. 117. 122. & alibi. EBELING *de prou. ad iud. Dei* c. 2. §. 5. ſeq.

x) *L. Friſion.* III, 2. ECCARD *ad L. Sal.* p. 94. EBELING c. l. §. 12. ſeq. Ill. BOEHMER *I. E. P.* V, 34, 11.

y) SCHILTER *exerc.* XLIX, 75.

(2) ſine legitimis *indiciis z*) dictari nequeat; (3) cur, qui illud præſtitit, famam & honorem conſeruaſſe *a*), atque ſe de crimine *purgaſſe*, dicatur; (4) cur, qui illud præſtare detrectauit in criminibus leuioribus *confeſſus* habeatur, in grauioribus autem, *tormentis ſubiiciatur b*).

§. CCLVIII.

Ex eadem (§. CCLVI, 1.) colligo (5) non eſſe, cur *infames, periuri* & alii huius farinæ homines ad purgationem noſtram admittantur *c*).

§. CCLIX.

ubi ſolemniter facta eſt.

Ad ſecundam regulam (§. CCLVI, 2.) notes: ſæpe (1) aliquot *candelas* accendi, (2) præter *imaginem chriſti cruci adfixi*, (3) *caput emortuum* apponi, (4) menſæ *nigro panno* tectæ (5) *horologium* & (6) *gladium euaginatum* una cum *chirotheca ferrea* imponi, atque (7) dum inſtat tempus iurandi, *feneſtras ianuamque* aperiri *d*).

* Ali-

z) BEYER ad *C. C.* art. 28. poſ. 1. ſeq.
a) BERGER *E. I. C.* ſuppl. p. II. obſ. 75.
b) CARPZOV c. l. circa f.
c) SETSER *de iuram.* III, 11, 23.
d) Ill. BOEHMER d. *de uſu iuram. purg. et. in criminal.* LVDOVICI d. *de ſolemnibus iurament.*

* Alicubi *biblia* proponuntur, & reus *flexis genubus* iurat. Quas ſolemnitates Iudæus iuraturus ſeruare debeat, docui in *El. I. G.* IV, 98. Vid. quoque HEIL *iud. & defenſ.* c. IV. §. 16. ſeq.

§. CCLX.

Iudex, ubi publicauit ſententiam, qua dictatur purgatorium, quod reus a ſe defendere nequit, debet (1) formulam iuriſiurandi rite *e*) concipere, eamque iurantis religioni attemperare, (2) dato breui deliberandi ſpatio *tempus iurandi* commodum conſtituere *f*), (3) in termino *conſidere*, & (4) reum de uitando periurio, grauiſſimo peccato, *monere* *, eoque facto (5) *ſolemnitates* tam communes omnium iuriſiurandi ſpecierum (El. I. G. IV, 97), quam huius proprias (§. pr.) adhibere, & denique (6) iuriſiurandi formulam *prælegi*, atque a reo, prout decet, clare & diſtincte repeti, iubere. Officium iudicis.

* Vbi iuraturi leuitas tanta eſt, ut uix ſufficere uideatur admonitio iudicis, huic ſocius datur uerbi diuini miniſter. MYLII d. *Admonitio de uitando periurio, quæ fit per clericum.*

§. CCLXI.

Actuarius notare debet (1) formulam Actuarii &

e) HEIL c. l. §. 13.
f) Id. c. l. §. 19. 24.

lam iuriſiurandi, (2) tempus iuriſiurandi præſtiti, immo (3) omnem actum iuratorium. Hinc (4) tenorem admonitionis a iudice (§. pr. 4.) & clerico (§. pr. *) factæ, atque (5) linguam, frontem, conſtantiam & geſtus alios, quibus iurauit reus, non poteſt non notare.

§. CCLXII.

defenſoris. Defenſoris eſt (1) perpendere: num iuriſiurandi formula rite ſit concepta? (2) impedire, quo minus iudex in termino iuratorio eam mutet, aut (3) horrendis execrationibus exornet, aut (4) in admonendo excedat, miſerum & conſternatum per aliquot horas callidis quæſtionibus uexans, aut (5) ita alloquens: Ich ſehe dirs an, du kanſt nicht ſchweeren, ich laß dich nicht ſchweeren *g*).

TIT. XXI.

DE

DEFENSIONE PRO AVERTENDA PVRGATIONE.

§. CCLXIII.

Defenſiones pro auertenda purgatione ſunt

Defenſio pro auertenda purgatione triplex eſt. Defendimus enim reum uel a *tortura*, uel a *territione*, uel a *iure-*

g) THOENNIKER *aduoc. prud.* c. XI. n. 8. 9.

a *iureiurando purgatorio.* Quæ defenſiones omnes & ſingulæ neruum probationis frangere debent. Hinc eodem fauore gaudent (§. CCV.) eodemque concipiuntur modo (§. CCVII. ſeq.), quem ſupra delineauimus.

§. CCLXIV.

Pro *auertenda tortura* reum defenſurus, debet (1) probationem criminis deſtruere (§. pr.) ita, ut uel nulla, uel ſaltem non ſemiplena maior ſuperſit. Quo enim facto, non eſt, cur tormenta adhibeantur (§. CCXXXV.). Præterea laudare debet (2) defectum *ſpei* ueritatem per tormenta eruendi (§. CCXXXI.); (3) rei *dignitatem*, a tortura liberantem (§. CCXLI.) *h*); (4) damnnm uel corpori uel animo rei ex tormentorum applicatione imminens (§. CCXXXII.) &c. *i*). defenſio pro auertenda uel

§. CCLXV.

Qui harum cauſarum (§. pr.) nullam adducere, & ſic torturam plane auertere nequit, de hac mitiganda cogitare poteſt. Obtinebit autem finem ſuum, demonſtrando (1) gradum torturæ longe ſuperare qualitatem mitiganda tortura,

h) HEIL *iud. & defenſ.* c. V. §. 52. ſeq.
i) THOENNIKER c. l. c. XII. n. 7. ſeq.

tem criminis & indiciorum (§. CCXXXVI.), (2) ualetudinem rei repugnare ui tormentorum, quæ applicari iubeat ſententia (§. CCXXXIII.).

§. CCLXVI.

pro auertenda territione,

In defenſione *pro auertenda territione* hæc præſertim deducenda erunt: (1) deficere probationem criminis ſemiplenam, (2) reum eſſe hominem, quem dignitas (§. CCXLI.) uel (3) uterus a tortura, & ſic etiam a territione liberet (§. CCXLIV, 3.).

§. CCLXVII.

pro auertendo purgatorio.

Purgatorium declinaturus probationem criminis ita deſtruere debet, ut docere queat, uix ulla ſupereſſe indicia legitima (§. CCLVII, 2.) *k*).

TIT. XXII.

DE SENTENTIA EIVSQVE CONCEPTIONE.

§. CCLXVIII.

Sententia criminalis debet 1) actis &

Sententiam laturus debet (1) bonus, & ab omni corruptione alienus eſſe (§. XXII.); (2) facti, quod acta

k) Id. c. l. c. XI. nr. 3. ſeq.

acta * & probata exhibent, qualitatem perpendere *l*), & (3) ſi quid dubii ſupereſſe uidetur, ea adornare, quibus illud ſolui poſſe putat.

* Vix pronuntiando attendere poteſt ad factum, quod ſibi aliunde quam ex actis cognitum.

§. CCLXIX.

Porro diſquirere debet, num factum illud, quod ex actis didicit, comprehendatur ſub legibus illius præſertim loci, ubi peractum eſt (lib. I. §. LXXXVI.). Vnde formula: darauf ſolchen acten gemäß und in Rechten gegründet. legibus reſpondere,

§. CCLXX.

Vnde intelligere potes (1) cur *interlocutoriæ* tantum ſententiæ locus ſit, (a) ubi ordo procedendi neglectus aut interruptus eſt; (b) ubi quid dubii ſupereſt circa delictum commiſſum, illius qualitatem uel auctorem. *Illo* caſu defectus ſupplendus & futurus procedendi ordo dirigendus eſt; *hoc* uero præſcribenda ſunt ea omnia, quæ ad dubium ſoluendum & ueritatem eruendam facere uidentur. ſiue interlocutoria ſit

§. CCLXXI.

l) KRESS d. *de ration. decid.* c. V. §. 6. 7.

§. CCLXXI.

ſ. definitiua.

Sic quoque intelliges (2) cur cauſa non niſi plene diſcuſſa & ſatis cognita *decidi* queat; ideoque (3) pronuntians debeat ad omnes cauſas, quæ uel exaſperant uel mitigant pœnam ordinariam attendere, atque (4) nonniſi eum condemnare, quem uel legitima probatio uel qualificata confeſſio prodit doloſum auctorem delicti, de cuius corpore ſatis conſtat ex actis (§. CCLXVIII. *); (5) cur alius plene, alius ab inſtantia tantum ſit abſoluendus; (6) cur ſententia contra acta, aut ius in theſi lata, ſit nulla *m*); (7) cur non debeat ſemper reſpondere accuſatoris petito.

§. CCLXXII.

2) eſſe certa.

Sit porro ſententia *certa*. Vbi enim incerta eſt, declaratione adhuc indiget, utſi ex ea non conſtet quousque tendat abſolutio, aut quo pœnæ genere reus *n*) adficiendus ſit.

§. CCLXXIII.

Eam ferunt uel ipſi iudices

Sententiam uel ipſi iudices concipiunt, nimirum (a) ubi in ſupremis conſi-

m) LYNCKER *deciſ.* 337.
n) *C. C.* art. 192.

confident dicaſteriis, aut (b) illud tantum quæritur: num locus ſit incarcerationi & reſponſioni ad articulos inquiſitionales?

§. CCLXXIV.

Contra nulla eſt ſententia, quam præfecti, directores iudiciorum ad nobiles ſpectantium, & magiſtratus oppidanus ferunt de purgatione *o*), uel pœna criminali *p*). Ea uero, quam ſuperiores iudices tulerunt *q*), tunc demum habetur irrita, ſi defenſionem rei ſecuta ſit. His enim in caſibus acta ad extraneos ICtos * mitti iubent leges moresque. **uel extranei ICti.**

* Olim iudex conſulebat ſcabinos cuiusque iudicii (§. XXV.) MEINDERS *de iudic. cent.* c. 4. §. 17 p 62. & p. 172. & mallatos, qui iudicium circumſtabant, IDEM cit. tr. pag. 53. 84. ſeq. 132. Ex illo autem tempore, quo ad ignorantiæ aſylum recurrere cæperunt ſcabini, factum eſt, ut ſcabini in aliis ciuitatibus collegium formantes conſulerentur. Inter ſcabinatus olim celeberrimi erant Magdeburgenſis, Halenſis KRESS *de ration. decid.* c. I.

o) KRESS ad C. C. art. 57. §. 3. BERGER *El. Iur. Cr.* ſuppl. p. II. obſ. 27.

p) C. C. a. 91. 146. 148. 178. OLDEKOP *obſ. crim.* I, 7.

q) KRESS ad a. 47. §. 8.

c. 1. §. 10. Dohnenſis &c. hodie uero Halenſis, Ienenſis, Lipſienſis & Wittebergenſis, quo regulariter mittuntur cauſæ criminales, ſi quæ decidendæ. THOENNIK. c. l. c. XIV. nr. 12. Kayſer *pr. crim.* p. m. 584. ſeq. Diſputationem propterea inter Scabinatum & Facultatem Iuridicam Lipſienſem habitam, atque illius fata, enarrat WABST Nachricht von des Churf. Sachſen iezigen Verfaſſung der hohen und niedern *Iuſtiz* ſect. 2. c. 15. §. 3. ſeq.

§. CCLXXV.

Scabinatus, Facultates & quæuis collegia, quibus facultas de iure reſpondendi data eſt, ſuo ſigillo *, & ſua cera utuntur, gaudent communi arca, & quæ neceſſaria habent, condunt ſtatuta.

* Sigillum *Halenſium* Scabinorum olim exhibebat in cera flaua effigiem ſaluatoris noſtri ad extremum iudicium uenientis, hodie uero in cera rubra ſceptrum Brandenburgicum. OCKEL *de palat. reg.* th. 149. *Lipſienſes* olim utebantur quinque turribus flauæ ceræ impreſſis, poſt Auguſti uero Elect. tempora effigiem Themidos, dextra gladium ſiniſtra libram tenentis, impreſſerunt ceræ miniatæ, BRVMMER *de Scabinis* c. IX. §. 8.

§. CCLXXVI.

ii præſertim, quos conſuli iubent leges moresue.

Ea præſertim collegia, quæ (1) conſuli iubent uel leges uel mores prouinciales *r*) (§. CCLXXIV. *), & (2) quæ

r) *C. C. C.* art. 219.

quæ a partium ſtudio uidentur eſſe aliena (§.CCLXVIII,1.), conſulat iudex criminalis. Itaque (a) acta ad eos ICtos, qui uel fiſcali uel reo a conſiliis fuerunt *s*), eosue, qui eandem criminalem ſententiam tulerunt, a qua reus ſe defendere eſt anniſus, uix iure transmittuntur *t*); (b) contra aliquot ICtorum collegia facultas excipiendi reo danda eſt *u*).

§. CCLXXVII.

Hi, ubi acta integra

Acta integra una cum regiſtraturis & defenſione rei transmittenda ſunt. Nudi extractus actorum inquiſitionalium attendi nequeunt.

§. CCLXXVIII.

cum literis informatoriis recepeerunt,

Literæ informatoriæ, quas concipit iudex acta ad extraneos ICtos transmiſſurus, nihil noui contineant. Sunt tamen qui in illis naturalem rei ſtatum quin deſcribant nulli dubitant, aſt, me iudice, ſatius eſt, hoc ipſum fieri in regiſtratura actis inſerta *x*).

s) BRUNNEMANN *proc. inquiſit.* c. VIII. m, 4. nr. 10.

t) GRANTZ *defenſ. inq.* p. I. p. 578.

u) ID. Anleitung zur vorſ. Anſtell. des *Inquiſ. Proc.* c. IX. §. 1.

x) V. C. BOEHMER *Elem. I. Cr.* ſect. 1. §. 268.

§. CCLXXIX.

ptonunciare debent legitime, ac

Scabini * uel ICti ubi (1) ſuo loco & tempore conuenerunt, (2) eorum quilibet ex actis, quæ ad perluſtrandum accepit, alibi ore, alibi ſcriptis ita refert, ut (3) ſignificato ordine, quem iudex procedendo ſeruauit, ſiſtat facti ſpeciem, & illud præſertim notet caput, quod ſententia iam dirimendum eſt. De hoc (4) quid ex actis conſtet, quidque ſibi uideatur, ubi collegis ſuis ſatis explicuit, (5) ſecundum maiora ** uota (6) totius collegii nomine concipit ſententiam (7) breuem, actis (§. CCLXVIII.) legibus (§. CCLXIX.) & ſtylo *** collegii conformem, atque ſuffultam rationibus **** ſuis. Hanc ubi (8) reuidit ordinarius, (9) in formam epiſtolæ deſcribit, (10) deſcriptæ tam menſes quibus acta collegio tradita & ab eo remiſſa ſunt, quam (11) ſportularum pro concepta ſententia ſoluendarum quantitatem adſcribit, ac denique (12) ſententiam & acta ſigillo collegii munit actuarius.

* Horum numerus pro uarietate collegiorum uariat. In Magdeburgenſi collegio fuerunt olim XI. ſcabini & ſcultetus moderator. Hoc ad exemplum Chriſti & diſcipulorum factum eſſe fabulatur gl. *Weichb.* art. 16. n. 3.

** Iam

** Iam olim ſcabini non poterant, niſi cum reliquis, ſententiam ferre. *Weichb.* art. 100, &, ſi inter eos diſſenſus eſſet, cautum erat, ut maior pars concluderet. BRVMMER *de Scabinis* c. VIII. §. 7. OCKEL *de palat. reg.* th. 84.

*** Hic admodum uariat, & alibi perpetuus alibi temporarius eſt. Scabini & ICti *Saxonici* ſub initium ſententiæ partes proceſſus repetunt. *Helmſtadienſes* hanc repetitionem negligunt, in cauſa inquiſitionis per modum reſponſi ſententiam ferentes. Solemnia uerba, quibus unumquodque collegium ſolet uti, ut ab alio diſtinguatur, iam adducere non iuuat. Quasdam formulas dabo in appendice. Illud tamen quin adducam nequeo, quod (a) leuiora delicta, quæ relegationis aut minore pœna adficiuntur, dicantur Begünſtigungen; (b) ea, quæ uindicat pœna corporis adflictiua, mox ſpecifice exprimantur, mox Verbrechen audiant, (c) capitalis delicti ſpecificum nomen ſemper addatur, (d) ubi aliqualis cauſa mitigandi adeſt, ſoleat addi: es wolte dann die hohe Landes Herrſchaft in Anſehung ꝛc.

**** Sententiis reum ad torturam uel pœnam criminalem condemnantibus inſeri ſolent rationes decidendi ex iure & facto deſumtæ *R. I.* 1654. §. 61. Quod fieri ſæpe præſtat, ut ſcilicet (a) defenſionis media reo non adimantur, nec (b) anſa præbeatur diſputandi de uero ſignificatu uerborum ſententiæ u. c. quid ſibi uelint uerba: zu verweiſen, menſchlich zu torquiren. KRESS *d. de ration. decid. in uariis iuribus & reſp.* c. V. §. 10. ſeq.

§. CCLXXX.

caute.

Sententiam concepturus caueat (1) ut fidem habeat literis informatoriis (§. CCLXVIII.*) *y*), aut (2) per alios acta legat; (3) ut uerbis utatur dubiis; (4) ut pronuntiet alternatiue, aut (5) ubi alternatiuæ ſententiæ locus eſt, confundat uſum uerborum adhiberi ſolitorum: oder & er könte und wolte denn ꝛc.

§. CCLXXXI.

Cautiones iudicis &

Iudex caute agens (1) neque reo neque illius defenſori ſignificat ICtorum collegium, ad quod acta transmiſſurus eſt, & (2) ubi hoc cognouit reus, alii iubet acta tradi (§. CCLXXVI, 2.) *z*); (3) ubi poſt reſponſionem rei ad articulos conquiſiuit indicia, audiuit teſtes, & alia ſuſcepit, quæ ad reum conuincendum faciunt, prius non transmittit acta, quam defenſionem conſcripſit, uel etiam ad fiſcalis monita reſpondit reus *a*); (4) toties, quoties dubitat, num hoc uel illud ſit agendum? ICtos conſulit *b*).

§. CCLXXXII.

y) GRANTZ c. tr. c. 5. m. 2. ſect. 3. a. 4. n. 497.
z) Diſſ. THOENNIKER c. l. c. XIV. n. 18 ſeq.
a) Kayſer *pr. crim.* c. VII. §. 1. p. m. 370.
b) *C. C.* art. 219.

§. CCLXXXII.

Defenſor cautus etiam atque etiam inſtat & urget actorum inrotulationem & transmiſſionem ſuſcipiendam (1) *ſe præſente* *, ut intelligere poſſit: num acta transmittenda integra ſint an manca *c*)? ac (2) ubi perlegit & generaliter conceptas uidit literas informatorias. (3) *ſine mora*. Hoc tunc præſertim urget, ubi reum innocentem habet. (4) *ad ICtos* in loco non adeo remoto commorantes. Id quod utiliter petit, ubi reus innocens eſt, aut ſumtus ferre tenetur. Illa cautio, qua actis inuolutis & iudicii ſigillo munitis defenſor ſigillum addit ſuum, fruſtranea eſt *d*). defenſoris.

* Illud idem alicubi leges uolunt. Hannöv. *Crim. Inſtr.* c. X. §. 1.

TIT. XXIII.
DE
SENTENTIAE PVBLICATIONE.
ET
PVBLICATAE EFFECTIBVS.

§. CCLXXXIII.

Vbi acta à ICtis extraneis remiſſa ſunt, Intimatur ſententia criminalis

c) OLDEKOP *obſeru. crimin.* I, 8.
d) THOENNIKER c. l. c. XIV.

ſunt, iudex ſententiam ſtatim * uel *publicat* uel *intimat*, niſi poſt transmiſſionem actorum quid noui contigerit, quod eam mutandam ſuadeat **. Inter publicationem & intimationem hæ intercedunt differentiæ: (1) quod illa ſolemniter in iudicio, hæc citra ſolemnitates extra iudicium, (2) illa a iudice, hæc ab iis, quos delegauit*** iudex, fieri ſoleat.

* Vt antea reus citetur ad recognoſcendum ſigillum collegii ICtorum, mores non requirunt, quicquid dicat THOENNIKER c. l. c XV. nr. 4. Ex legibus tamen quarundam prouinciarum ſententia criminalis prius, quam publicetur, a principe confirmanda eſt.

** Hannöv. *Crim. Inſtr.* c. XII. §. 6. *Ord. Crim. Boruſſ.* c. X. §. 8. Ex alia cauſa iudex ſententiam ab actis remouere aut ſupprimere & aliam quærere nequit, quia hoc ſcopo transmiſſionis actorum contrariatur C. C. a. 150. & ſ. Quodſi tamen illud fecerit & mitiorem ſententiam remouerit, hæc ualet, atque iudex tam *reip.* quam *reo* ſatisfacere debet. *Illi*, dum mulctam ſoluit, aut ſe iurisdictione priuari uel ab officio remoueri patitur; *huic*, dum damnum datum reſarcit, &, ſi quid in contumeliam fecerit, hoc deprecatur. THOMASII d. *de iudice ſententiam in cauſis criminalibus latam ab actis remouente.* Ill. ESTOR kl. Schriften p. VI. nr. 1.

*** Modo clericum, modo actuarium, modo bidellum, modo carnificem delegari tradit SIMON *de intimat. ſent. cap.* c. 2. th. 6.

§. CCLXXXIV.

§. CCLXXXIV.

Fit autem ſententiæ criminalis intimatio eum in finem, ut reus ſe parare poſſit ad pœnam uel declinandam uel ſubeundam. Hinc genus pœnæ præſertim capitalis* ei ſignificandum eſt *e*). ut reus ſe parare queat ad pœnam

* Sæpe tamen, ubi princeps ueniam dare iam decreuit, mors ſubeunda generatim indicitur.

§. CCLXXXV.

Ad pœnam autem declinandam ſe parat (1) meditans defenſionem, qua (a) ulterius deducit ea, quæ ſupra (§. CCVII. ſeq.) ſtitimus, (b) ſtatuit adeſſe cauſas, quæ mitigent pœnam criminis a ſe commiſſi. Quæ uero illæ ſint, iam adducere non iuuat, quum ſupra dictum ſit de cauſis mitigantibus pœnam abigeatus (lib. I. §. DL.), abortus procurati (lib. I. §. CCCCX.), adulterii (lib. I. §. CCXI. ſeq.) aſſaſſinii (ib. §. CCCLXXXVIII.), bigamiæ (ib. §. CCXXVI.), blaſphemiæ (ib. §. CCCXII.), dardanariatus (ib. §. DLV.), deſertionis (ib. §. DLXXIV.), expoſitionis infantum (ib. §. CCCCV.), falſæ monetæ (ib. §. DXLVI.), libelli famoſi uel declinandam defenſione aut

e) SIMON d. *de intimat. execut. capital.* c. 1. th. 7.

moſi (ib. §. CCCXXVII.), furti (ib. §. CXIX. ſeq.), furti ferarum (ib. §. CLXIX.), homicidii (ib. §. CCCLXI.), incendii (ib. §. CCCCXLVI.), inceſtus (ib. §. CCLXXIV.), iniuriarum (ib. §. CCCIV.), latrocinii (ib. §. CCCLXXVII.), lenocinii (ib. §. CCLXXIII.), magiæ (ib. §. CCCCLV.), læſæ maieſtatis (ib. §. CCCCXCVIII.), fractæ pacis publicæ (ib. §. DXIX.), parricidii (ib. §. CCCXCVIII.), perduellionis (ib. §. DVI.), periurii (ib. §. CCCCLXXIV.), plagii (ib. §. CLXII.), rapinæ (ib. §. CLIV.), raptus (ib. §. CCLI.), ſacrilegii (ib. §. CXL.), ſodomiæ (ib. §. CCLXIII.), ſtupri (ib. §. CCLXXXVI.), ſtupri uiolenti (ib. §. CCXL.), ueneficii (ib. §. CCCCXXIII.), &c.

§. CCLXXXVI.

ſupplici uoce, Quem legitima defenſionis momenta deſtituunt, ille poteſt adire principem ſupplici uoce rogans *f*), uelit ueniam dare & pœnam commeritam remittere, uel ſaltem mitigare & in aliam commutare. Vnde perſuaſoria deſumi queant, tradit HEIL *g*).

§. DCLXXXVII.

f) THOENNIKER c. l. c. XV. nr. 8.
g) *ind. & defenſ.* c. VI. §. 73.

§. CCLXXXVII.

Vt eo facilior ſit ad mortem ſubeundam præparatio, reo adhuc ieiuno tenor ſententiæ intimatur, (2) ad minimum tertio *b*) uel quarto *i*) die ante terminum executioni ſtatutum. Quo facto (3) preces publicæ funduntur pro eo *k*), (4) qui ex carcere in locum quendam honeſtiorem *l*) ducitur, ut (5) ibi cum eo de rebus ſacris prudenter *m*) colloquantur uiri religioſi, a iudice miſſi. Mittendi autem illi ſunt, qui (a) eandem religionem profitentur, quam ad mortem condemnatus *n*), quique (b) poſſunt uoluntque huius animum lege percellere, perculſum euangelio erigere, erectumque precibus & adhortationibus debite præparare ** ad euchariſtiam ſumendam, ac mortem ſubeundam. uel ſubeundam.

* Maiores noſtri ad mortem damnatis nullas fere dabant inducias, ſed eos haud raro eodem

b) *C. C.* art. 73. SIMON c. d. c. IV. th. 2.

i) *Ord. Proc. Goth.* p. III. c. 9.

k) WILLENBERG d. *de officio miniſtri eccl. erga condemnatum ad mortem* c. 2. §. 18.

l) Kayſer *prax. crim.* c. X. n. 11. p. m. 756.

m) ID. c. d. §. 2. ſeq.

n) ID. d. *de impœnitente ad mortem condemnato delinquente.* §. 10. ſeq.

dem die quo deliquerant, accuſatique fuerant, gladiò percutiebant, uel laqueo ſuffocabant. *I. P. S.* I, 55. 57. MVLLER *annal. Sax.* ad A. 1470.

** Peccant, qui aliud agunt, præſertim qui condemnatum inſtigant ad confeſſionem ſuam reuocandam. *C. C.* art. 31. 103. WILLENBERG d. *de officio miniſtri eccl. &c.* c. 3. §. 2. ſeq.

§. CCLXXXVIII.

Triduum illud ad hoc quoque datur, ut reus poſſit, ſi uelit, (1) de rebus ſuis diſponere *o*) *, (2) cum amicis & cognatis ultimum ſermonem inſtituere, (3) corpus ** quodammodo reficere *p*).

* Id quod tamen perduelli negandum eſt (lib. I. § DIV. **).

** Riſu dignus eſt mos ille, quo alicubi ad mortem condemnatus per triduum comedit ſocio carnifice, quo, ut dicitur, huic adſuefieret.

§. CCLXXXIX.

Effectus ſententiæ abſolutoriæ &

Vbi ſententia *abſoluit* reum, uidendum eſt: abſoluat *ſimpliciter*, an propterea, quod *deficiant indicia. Illo* caſu abſolutus ex iisdem indiciis ad nouam inquiſitionem trahi, aut ab alio magi-

o) *C. C.* art. 79. SEITZ d. *de priuilegiis ad ſupplicia damnatorum.* §. IX.

p) ID. c. d. §. 14. CLASEN ad C. C. art. 79.

magiſtratu puniri nequit *q*); *hoc* uero indicia, quæ emergunt noua, cum primis coniungi poſſunt *r*). En cauſam, cur acta non caſſanda, ſed cuſtodienda ſint *s*). Vtraque ſententia ſtatim uires rei iudicatæ nanciſcitur.

§. CCXC.

Sententia *condemnatoria*, ubi capitalis eſt, tertio demum uel quarto die poſt intimationem datur executioni (§.CCLXXXVII.); eam uero, quæ reum coercet extra ordinem, iudex exequitur ſtatim atque dicta & recitata eſt *t*), niſi reus defenſionis, prouocationis aut ſupplicationis beneficio uelit uti. condemnatoriæ.

TIT. XXIV.
DE VRPHEDA.

§. CCXCI.

In quos, quid egerint, iudex ſpecialiter inquiſiuit, ii licet per ſententiam abſoluti fuerint, tamen prius non dimittuntur, quam iurarunt de ultione non meditanda. Quod iusiurandum Vrphedam

q) TABOR *racemat. crimin.* c. 1. nr. 73.
r) KRESS ad *C. C.* art. 99. §. 1.
s) *C. C. C.* art. 202.
t) SCHILTER *exerc.* XI. §. 27. CARPZOV *pr. crim.* qu. 102. nr. 9. ſeq.

dum dicitur ein Urſehden *. Hoc nomen & illi iuriiurando tribuitur, quod de ultione ** non meditanda & uitando territorio præſtare coguntur ***, quotquot uel fuſtigatione uel relegatione puniuntur.

* Huius iurisiurandi natales ſiſtunt Ill. HEINECCIVS *El. I. Germ.* lib. II. † §. 390. * KRESS ad C.C. art. 108. §. 1. n. 2. SCHILTER *gloſſar.* u. Fehed.

** Priuata intelligitur. Publica enim & ille poteſt uti, C. C. art. 20. qui iurauit, ſe neque abſolutionem a iureiurando petiturum, neque impetrata uſurum eſſe. Ad effectum tamen agendi relaxationem a iureiurando impetrare tenetur. BESOLD *theſ. pract.* u. Urphed. BERGERI d. *de Vrpheda* c. VI. th. 1. §. 2.

*** Qui hoc iusiurandum præſtare detrectant, in eorum animam ubi iurauit uel iudicialis nuntius uel carnifex MYLIVS ad BEYER. p. 339. poſ. 9. uehiculo carnificis impoſiti e prouinciæ finibus eiiciuntur, atque relegatio per publicum proclama ſignificatur populo. BERGER c. d. c. VI. th. 3. §. 3.

§. CCXCII.

ſolemniter præſtitam

Qua formula *, quo ritu & a quo urpheda ſit præſtita, & quid poſt hanc contigerit? ſi quæris: perlege annotationem, quam actuarius *u)* ad acta fecit.

* For-

u) Kayſer *pr. crim.* c. X. §. 4. p. m. 753. MYLIVS ad BEYERVM p. 175. poſ. 10.

* Formulas urphedarum in Camera Imperiali, Principatu Anhaltino, Bremenſi Lipſienſi aliisque ciuitatibus uſitatas tradunt BERGER c. d c. V. §. 10. ſeq. ZEPPER *diſcurſ. iurid.* tit. IV. n. 33. ſeq.

§. CCXCIII.

Violatio urphedæ * concurrens cum delicto capitali, ab hoc abſorbetur. Quodſi uero concurrat cum delicto, quod uel corporalis uel pecuniaria pœna manet, abſciſſione digitorum, quibus urpheda præſtita eſt, uindicatur *x*). uiolantis pœna de I. communi &

* Nemeſis Carolina loquitur de uiolatione iurisiurandi, quod quis de ultione non meditanda præſtitit; praxis uero illud traxit ad iusiurandum de uitando territorio præſtitum.

§. CCXCIV.

In *Saxonia El.* relegatus ubi prima uice redit, digitorum abſciſſione *, ſin ſecunda, fuſtigatione, ſin denique tertia, gladio punitur *y*). Idem apud *Bauaros* obtinet uſu, ſi fides habenda BLVMLACHERO *z*). In *Auſtria a*) & *Fran-* prouinciali.

x) *C. C. C.* art. 108.
y) *p.* IV. *conſt. elect.* 46.
z) ad c. art. nr. 2.
a) FROELICH *comment.* der P. H. G. O. p. II. p. 80.

Franconia h) relegatus, ubi redit, fuſtigatur. In terris *Brunſuico-Luneburgicis* temporaliter relegatus, ubi redit, ad plures annos relegatur; in perpetuum uero relegatus ubi reuertitur, fuſtigatur *c*). Ex reſidentiis *Brandenburgicis* relegati ubi redibant olim capitaliter puniebantur *d*), hodie uero fuſtibus cæduntur *e*).

* Errant, qui reum fuſtigatum, ubi uiolat iusiurandum de uitando territorio præſtitum, ſimpliciter capite plectendum cenſent. V. CARPZOV *pr. crim.* qu. 47. nr. 25.

§. CCXCV.

Cauſæ mitigantes.

Quæ pœna *ceſſat*, ubi (a) remiſſa eſt urpheda *f*), uel (b) fames, peſtis aut uis hoſtilis in cauſa eſt, cur relegatus ad patrios lares redierit *g*); *mitigatur* uero ubi (1) urpheda uel non ſolemnis uel non legitima *h*) præſtita eſt; (2) quo modo præſtita ſit, non

b) KIRCHGESNER *tribun. nemeſ. iuſte iudic.* p. 240.

c) CLASEN ad. c. art.

d) Ed. d. 9. Mart. 1711. ap. MYLIVM p. II. ſect. III. nr. 26. p. 41.

e) Ed. d. 26. Mart. 1715. ap. Eund. c. l. p. 59.

f) BERGER c. d. c. VI. th. 3. §. 2.

g) BERLICH *p.* V. *concl.* 72.

h) BERGER *Elect. Iurispr. Crim.* p. I. obſ. 10. p. 426.

non loquitur protocollum *i*); (3) ubi admonitio de uitando periurio prætermiſſa eſt; (4) iudex inferior propria auctoritate relegationem decreuit *k*); (5) relegatus ex territorio nunquam exiit, aut (6) ignorans fines territorii reuerſus eſt.

TIT. XXV.
DE
EXECVTIONE SENTENTIAE CAPITALIS ILLIVSQVE SOLEMNIBVS.

§. CCXCVI.

Vbi ſententia capitalis rite concepta (Tit. XXII.)*, & decenter reo intimata eſt (§ CCLXXXIII. ſeq.): iudex criminalis patibulum uel aliud ſignum, quo exequutor ſententiæ indiget, iubet ſuis ipſius ſumtibus *l*) nouum erigi uel collapſum refici. **Iudex, ubi ſigna executiua**

* Alicubi ſententia capitalis ante omnia a principe confirmanda eſt.

§. CCXCVII.

i) MYLIVS ad BEYERVM p. 175.
k) KRESS ad c. art. §. 1. nr. 2.
l) *C. C. C.* art. 215. CARPZOV c. l. qu. 109. nr. 78.

§. CCXCVII.

ſolemniter

Vtrumque hoc modo ſolet fieri: (1) Conuocantur murarii & fabri lignarii *, quotquot in iſto banno commorantur **, qui, ubi (2) dominus iurisdictionis primum lapidem poſuit, den erſten Stein gelegt und mit 3 Hieben ins Holtz den Anfang gemacht, (3) patibulum erigunt *** uel reficiunt. Quandoque carnifici locatur m) furcæ & aliorum ſignorum executiuorum exſtructio.

* Olim textores quoque, molitores, carpentarii & fabri ferrarii conuocabantur KRESS ad C. C. art. 215. not. 2. ERTL. *de iurisd. infer.* lib. 1. c. 1. obſ. 6.

** Ne unus alteri quicquam obiicere poſſit. Hodie obtrectator iſtorum opificum, a quibus furca exſtructa eſt, marca auri puri punitur. BEYER ad c. a. poſ. 5.

*** Numerus columnarum patibuli arbitrarius eſt, excepta Gallia, ubi ille pro diuerſitate dynaſtiarum uariat. TENZEL d. *de eo, quod iuſtum eſt circa pœnas furcarum* th. 5. not. r.

§. CCXCVIII.

in loco exſtruxit publico, aut

Signa executionis in loco publico exſtruuntur, & quidem plerumque ad fines banni, ita tamen, ut hi nullo attingantur modo. Hodie XXIV. ulnas n) * a confinio diſtare debent.

* Id,

m) MYLIVS ad BEYERVM c. a. poſ. 12.
n) *Ord. Crimin. Auſtr.* art. 58.

* Id, quod de umbra loquitur *I. P. S.* II, 50. & tradunt DD. legere potes in BEIERI tr. *de expenſis crimin.* nr. 783.

§. CCXCIX.

Sæpe iudices, qui uel penuria temporis uel alia de cauſa impediuntur, quo minus furcam iubeant erigi, requirunt iudicem alium, ut in ſubſidium iuris executionis curam ſuſcipiat *o*). in ſubſidium iuris requiſiuit alium,

§. CCC.

Executio non debet fieri die dominico uel alio feriato. Antiquitus facta eſt die Martis uel Veneris *p*). Reum illo etiam die, quo ſacra cæna uſus eſt, morti tradi poſſe uix dubius ſtatuo. terminum executionis

§. CCCI.

Eam ſine mora *q*) fieri uolunt iubentque leges. Quoties uero (1) emergit crimen falſi commiſſum a teſtibus, quorum fide reus condemnatus eſt *r*); (2) reus cuidam rationes redde- ſine mora ſtatuit.

o) BEIER *de expenſ. execut. crimin.* n. 766. ſeq. STRYK V. m. tit. *de iurisd.* §. 2.

p) *Elem.* noſtra *Iur. Germ.* lib. IV. §. 27.

q) *C. C.* art. 77.

r) BRUNNEMANN *pr. inquiſ.* c. X. nr. 4. OLDEKOP *obſ. crim.* V, 22.

reddere adhuc tenetur, (3) deſtitutus eſt cognitione Dei aut ad mortem præparatione *s*), (4) confeſſionem reuocat *t*), aut (5) de nouo ſe defendit *u*); itidem quoties (6) nouum crimen a reo commiſſum detegitur, (7) complices indagandi & per confrontationem cum condemnato ad mortem inſtituendam conuincendi ſunt *x*), (8) deficit carnifex, (9) rea prægnans eſt *y*) &c. toties executio ſententiæ capitalis iure optimo differtur.

§. CCCII.

Vbi iudicium criminale ſummum conſtitutum, &

Iudicium criminale ſummum, das hochnothpeinliche Halß-Gericht, ſolenniter conſtituitur. Nimirum (1) aſſeſſores & ſcabini * per apparitorem **, (2) in loco conſueto ***, qui alibi ſub dio alibi ſub tectis alibi ad ſtatuas Rolandinas eſt, & armatis hominibus ſolet circumdari, (3) prout decet atque moris eſt ****, adeſſe ac (4) conſidere iubentur.

* Septem

s) WILLENBERG d. *de impœnit. ad mortem condemnato.* Id. d. *de tempore ad pœnitendum dando condemnato ad mortem.*

t) *C. C. C.* art. 91.

u) LVDOVICI *pr. crim.* c. XI.

x) THEODORICI *Colleg. Crimin.* c. X. aph. 5. nr. 67. ſeq.

y) IDEM c. l. nr. 64. ſeq.

* Septem uel octo requirit Nemeſis Carolina. Hodie uero, quia ſcabini non amplius inueniunt ſententiam, alibi 5. alibi 3. ſufficiunt. V. C. HERTEL d. *de conſtitutione ſiue forma iudiciorum criminalium ſolemnium.* §. 25.

** Populus etiam alibi per ſonitum uel campanæ der Maleſiß-Glocke uel tubæ HEIL *Iud. & defenſ.* c. VI. §. 65. alibi per pannum rubrum e curia ſuſpenſum KRESS ad art. 83. §. 2. * conuocatur, ut publicam delictorum animaduerſionem intelligat.

*** Ibi circum menſam panno nigro obductam poni ſellas denigratas quorundam locorum fert conſuetudo.

**** Olim ieiuni, nec pileis, chirothecis aut armis inſtructi, adeſſe debebant. *I. P. S.* III, 69. Id quod etiam iudicii Weſtphalici ordo requirebat. KRESS ad art. 82. §. 3. *. Hodie alicubi nigris ueſtimentis induti comparere iubentur.

§. CCCIII.

Statim atque iudex & ſcabini conſederunt, ſeu ſellas occuparunt, ille uel gladium uel baculum uel utrumque manu z) * tenens ſcabinorum primum rogat: num confeſſus ſit legitimus a)? hic ubi adfirmando reſpondit, iudex ſecundum rogat: num hoc tempus iuſtum ſit, quo pax iudicio conſtituto ſanciri queat geheget werde? & tertium: quo modo pax ſanciri debeat? pace firmatum eſt,

 Mo-

z) C. C. art. 82.
a) Ib. art. 84.

Modum, quem hic reſpondendo deſcribit, obſeruat iudex, ter pacem dum ſancit iudicio. Quo facto rogat quartum: Num iudicium criminale ſummum rite conſtituerit & pace ſua firmauerit? Eo quæſtionem adfirmante, iudex iubet præconem per proclama ſignificare populo, iam conſtitutum & ſancitum eſſe iudicium, ut rite accedere queat de delicto aliquo accuſaturus.

* Alicubi iudex manum chirotheca armare, atque gladium uagina reconditum coram populo extrahere & manu comprehendere tenetur.

** Formulæ interrogationum & reſponſionum uariant. Quod intelliget collaturus formulas adhiberi ſolitas in Ducatu *Altenburgenſi* Kayſer *pr. crim.* c. X. §. 6. nr. 16. ſeq. & *Holſatico.* FVCHS *introd. ad praxin Holſat.* IV, 3. principatu *Schwartzburgico.* DOEPLER Schaupl. der L. und L. Strafen p. I. p. 159. ciuitate *Lipſienſi.* Haym *Lex. I. Crim.* p. 121. ſeq. V. C. HERTEL c. d. p. 41. HEIL *ind. & def.* p. 478. Mulhuſina. Mülhäuſ. P. O. p. 96. *Wittenbergenſi* HERTEL c. l. p. 48. præfectura *Wartenslebenſi.* Id. p. 36. &c.

§. CCCIV.

prodit accuſator, nec non

Tunc prodit accuſator der Blut-Schreyer, petens (1) ueniam conſiſtendi coram iudice, & (2) ea impetrata, determinationem modi, quo ſibi liceat comparere, & N. accuſare huius

huius uel illius criminis. Poſtquam ſcabinorum unus a iudice de modo accuſandi rogatus reſpondit: er ſolle vorkommen mit gewafneter rechten Hand, mit ausgezogener geſchliffenen Wehre, und mit Gerüſte, zweyer und eins, wie recht und gewöhnlich iſt *b*), (3) accuſator alibi ipſe euaginat gladium, alibi petit a iudice ſibi dari miniſtrum publicum, qui ſtrictum gladium manu armata præferat. Quo facto (4) ter clamat *c*) uel quiritat *, crimen illiusque auctorem nominans, & dein (5) accuſationis formulam recitat, (6) petens, rei reſponſione ſecuta, ferri ſententiam.

* Formula quiritationis hæc plerumque traditur: Zetter über *N. N.* als Thäter, daß er *N. N.* wider GOtt und Recht vom Leben zum Tode gebracht. Aſt hæc in Saxonia fere tantum obtinet. Francones clamant: Waffen über *N. &c.* Saxones inferiores: Wapen, Wapen, Wapen, alii aliter. Hæc uerba & ſequentia: *Haiſterhand, Ziſter-* uel *Zitter-hand, armata* uel *calida manus, Ziſter, iodût &c.* unum idemque ſignificare notat KRESS ad C. C. art. 87. Vnde nullus dubito, quin ſtatuam hoc clamore adumbrari bellum illud priuatum, quo olim familia læſa homicidam perſequebatur.

b) Ill. HEINECCIVS *Elem. I. Germ.* lib. II. † §. 28. *

c) *C. C. C.* art. 87.

§. CCCV.

adducitur, & poſt condemnatur reus.

Reus, interim ad iudicium ſolemne adductus, rogatur: Num crimen, cuius accuſatus eſt, confiteatur? Adfirmando * reſpondens, per ſententiam, quæ publice prælegitur, condemnatur & carnifici ** traditur. Quo facto (1) baculus frangitur *** *d*) & abiicitur, (2) *accuſator* impetrata uenia abit a iudicio, (3) *carnifex* ſecuritatem ****, ſi forte res male cederet, ſibi ſtipulatur *e*), atque (4) ea impetrata & iuſſu iudicis per lictorem ſignificata populo, (5) iudice permittente tendit ad locum ſupplicii, quo (6) reus, comitantibus eundem ſic dictis clericis *f*), uel ducitur uel uehitur. Cum hoc factum, (7) tum finitum proclamatur iudicium, (8) euertuntur menſa & ſubſellia *g*), atque (9) iudex & ſcabini petunt locum, in quo ſupplicium a reo ſumendum eſt.

* Reuocata confesſione criminis, iudex actum executionis differt, & de nouo extraneos ICtos conſulit *C. C.* art. 31. DONDORFF d. *de*

d) Ib. art. 96.

e) Ib. art 97 BEYER *de eo quod iuſtum eſt circa carnifices* p. 28. ſeq.

f) WILLENBERG d. *de officio miniſtri eccl. erga condemnatum ad mortem* c. 2.

g) BEIER *de expenſ. criminal.* n. 749.

d. *de reuocat. confeſſ. per tormenta extortæ* §. 68. ſeq. HAMM d. *de ratificatione confeſſionis in tormentis factæ* §. 43. Kayſer *pr. crim.* c. X. §. 7. nr. 40. ſeq. p. m. 766.

** Olim ſententiam criminalem executioni dabant Druides KRESS *de uariis iurisd. gener.* c. 2. obſ. 2. §. 10. poſt ſcabinorum ultimus BRVMMER *de Scabinis* c. V. §. 9. & c. VIII. §. 18. MEINDERS *de iud. centenar.* c. V. §. 29. BESOLD *th. pr.* u. Scharf-Richter. uel iudicialis nuntius THOMASII d. *de iurisd. differ. ſecundum mores german.* §. 81. Quandoque ſenior interemti agnatus homicidam capitis damnatum percutiebat gladio. MVLLER *Annal. Sax.* ad A. 1470.

*** Baculum, quo regimen & iurisdictio denotatur, antiquitus fregerunt germani, ut denotarent, iudicium finitum eſſe, KRESS ad C. C. art. 95. §. 1. Errat itaque CLASEN ad c. a. ſtatuens, fractionem baculi ſignificare ſententiam capitalem retractari non poſſe. V. BECK d. *de ſolemni fractionis baculi ritu in exequenda ſupplicii extremi ſententia* §. 31.

**** Cui ritui anſam dedit feritas plebis, carnificem, qui munere ſuo minus recte functus erat, olim ſine mora opprimentis. KRESS ad C. C. art. 97. *I. P. Bad.* VII, 75.

§. CCCVI.

In loco ſupplicii, eoque ordinario * (1) carnifex ſententiam iudice præſente dat executioni. Itaque (a) reum rupto laqueo delapſum iterum ſuſpendit (lib. I. §. LXXXIV. *v.*), (b) gladio **Executio ſententiæ.**

gladio uulneratum ſecunda uice percutit, ut capite illum truncet, ac (c) culeo inſutum, ubi ex undis uiuus extractus eſt, iterum immergit aquis *h*); (2) quærit ex iudice: *Herr Richter her, hab ich recht gerichtet i*)? & denique (3) adſtantem rogat populum, ut necati malo ſapiat.

* Tamen metus ſeditionis, dignitas ad mortem condemnati, & alia in cauſa eſſe poſſunt, cur ſententiæ capitalis executio in priuato peragatur loco.

§. CCCVII.

Cadauer mox inſepultum relinquitur,

Vt unius pœna metus poſſit eſſe multorum *k*), rigor pœnæ poſt fata extenditur in delictis atrociſſimis, nefandis & enormibus. Sic ad furcam, quæ extra urbem conſpicitur, acti, itidem rotæ illigati, ibi manent inſepulti. Sic partes, in quas proditorum corpora ſunt diſſecata, in quatuor uiis celebrioribus conſpiciendæ ſuſpenduntur *l*).

§. CCCVIII.

h) STRVV *obſ. crim.* VI, 6. p. 27. *I. P. Bad.* VII, 74.
i) Ill. HEINECCIVS *El. I. G.* lib. III. §. 157.*
k) gl. *Weichb.* art. 36.
l) KVLPIS d. *de iure circa cadauera punitorum* c. 2.

§. CCCVIII.

Cadauer puniti olim ab illius aduocato petitum, & a iudice conceſſum, honeſto ſepeliebatur modo *m*). Hodie uero non niſi principe permittente poteſt (1) cadauer e rota aut patibulo per carnificem deponi, & ſepeliri, multo minus (2) ab agnatis aliter, quam princeps conceſſit, terræ demandari.

mox ſepelitur,

§. CCCIX.

Sic quoque cadauer non niſi ex principis *n*) conſenſu ad Anatomiam, publice in Academia aliqua inſtituendam, conceditur. Hic conſenſus aut *ſpecialis* & ad hoc uel illud cadauer directus eſt, aut *generalis*, ut in Saxonia Elect. *o*), Ducatu Altenburgico *p*), Ducatu *Magdeburgenſi* & Principatu *Halberſtadienſi q*).

mox Anatomicis traditur.

§. CCCX.

Denique hic notes uelim, quod *iudicis* ſit, cauere (1) ut executionem pœnæ

Officium iudicis &

m) Auctor des Richtſteigs c. 35.
n) CARPZOV *pr. crim.* qu. 137. nr. 72. ſeq.
o) *Reſcr.* de A. 1662.
p) *Reſcr.* de A. 1674. ap. KAYSERVM c. 1. p. m. 791.
q) *Priuil. Acad. Halenſis* art. 9.

pœnæ capitalis ſine iuſta cauſa differat (§. CCCI.), (2) ut ſententiam capitalem reo denuntiet per uirum truculentum, (3) ut mittat uiros religioſos, qui condemnatum uel nequeunt uel nolunt ad uitam æternam ducere (§. CCLXXXVII.), (4) ut prius conſtituat iudicium ſolemne, quam certus eſt de confeſſionis ratificatione ſequenda *r*), (5) ut, ubi carnifex munere ſuo male functus eſt, utatur uerbis: **Du haſt gethan, was Urthel und Recht mit ſich bracht.** Dicendum enim eſt: **du haſt das Urthel** exequiret, **aber nicht gerichtet,** uel: **du hätteſt es wohl beſſer machen mögen** *s*).

§. CCCXI.

actuarii. *Actuarii* eſt, annotare (1) *modum* & *tempus*, quo, atque (2) *ſolemnitates*, ſub quibus ſummum iudicium criminale conſtitutum, & poſt rei condemnationem finitum eſt; (3) modum, quo, & (4) perſonas, quibus præſentibus, ſententia capitalis *executioni* data eſt; (5) quid cum *cadauere* actum ſit.

TIT.

r) HEIL *ind. & def.* c. VI. §. 64. ſeq.

s) IDEM c. l. §. 66. p. 464.

TIT. XXVI.
DE
PROCESSV CRIMINALI CONTRA ABSENTES INSTITVENDO.

§. CCCXII.

Quia hactenus de proceſſu criminali, contra præſentes inſtituendo, diximus: non poſſumus non & illa notare, quæ obſeruari iubent leges moresque, dum reus abſens eſt. Agamus itaque de *proceſſu contra abſentes* in genere, & ſpeciatim de *proceſſu bannitorio*, quem iura ſtatuunt Saxonica.

§. CCCXIII.

Vbi reus delicti, quod uel capitalis uel corporis adflictiua pœna manet, fugam capeſſit, iudex criminalis eum die faſto & nefaſto poteſt, immo debet, *perſequi*. Non tamen poteſt *ſequela præfectoria* uti, & reum in alieno territorio capere, niſi (a) hoc ſpeciatim permittat *lex, pactum, obſeruantia* uel *priuilegium*, aut (b) fugiat caterua *uiolatorum pacis publicæ t*). Hos ſequela * præfectoria in aliud territorium Sequela præfectoria.

t) *R. I.* de A. 1555. §. 36. 37.

rium perſequi licet, ſi fiat illud (α) in continenti *u*), (β) in campis & agris *x*) & (γ) tantum usque ad occurſum gentis, in cuius territorium ſe receperunt facinoroſi *y*).

* Quo caſu pulſantur campanæ R. I. 1522. *tit.* 27. & 1548. §. 20. & 1559. §. 23. uel exploduntur bombardæ, ut ciues concurrant, atque perſequantur fugitiuos.

§. CCCXIV.

equiſitio dicis exanei de o fugitio incarcendo,

Vt plurimum reos, qui fugæ ſe dederunt, iudex perſequitur, (I) dum iudicem, in cuius banno degunt, requirit * de iis incarcerandis, &, prout mores ferunt, remittendis.

* Iudex in literis requiſitorialibus debet (1) demonſtrare, ſibi competere iurisdictionem in reum, (2) qui nominatur, aut deſcribitur, (3) quique fugit in bannum iudicis requiſiti; (4) addere petitum de illo incarcerando & remittendo; (5) promittere reuerſales literas, (6) expenſarum refuſionem, (7) ſportularum præſtationem, ac denique (8) officia mutua.

§. CCCXV.

u) WILDVOGELII d. *de perſecut. delinqu.* c. V. th. 3.

x) Id. c. l. th. 4. MVLLERI d. *de iure facinoroſos ſequela præſectoria perſequendi* c. 2. §. 12.

y) *I. P. S.* II, 71.

§. CCCXV.

Quia uero forum deprehenſionis non minus competens eſt, quam forum delicti (§. L.): ſequitur (1) ut remiſſio, quæ alicubi dicitur der Schub *z*), *urbanitatis a*) ſit, niſi lex *b*), pactum conſuetudo aut illius, qui iudici requirenti & requiſito imperat, autoritas *c*) * uelit aliud. Lis iam mota *d*) & confrontatio inſtituenda *e*) uix ſunt iuſtæ cauſæ, cur neceſſario reus remittendus ſit; (2) ut iudex requirens requiſito & iam remittenti *reuerſales* exhibere debeat, quibus fatetur **: daß dergleichen Stell- und Lieferung aus bloſſen guten Willen und Bittweiſe, keinesweges aber vermöge einiger Gerecht- oder Schuldigkeit geſchehen, er auch in dergleichen Fällen hinwiederum willfahren wolle *f*); (3) ut

Capti remiſſio.

z) FROELICH *comment.* über P. H. G. O. I, 4.
a) MYLII d. *de remiſſ. facinoroſ.* c. 3. §. 2. RICHTER *deciſ.* 15.
b) MAVRITIVS *Opuſc.* p. 1021. f. *R. I.* de A. 1614. MYLIVS c. d. §. 10.
c) Ord. Prou. Sax. de A. 1535. tit. das man die Ubelthäter ſo in den Aemtern verbrechen ꝛc. Reſ. Grau. de A. 1661. §. 45.
d) MYLIVS c. l. §. 9.
e) STRYK *V. m. ff.* tit. de iudiciis §. 27.
f) FRITSCH tr. *de reuerſal.* c. X.

(3) ut remiſſio fiat *ſumtibus petentis g)*;
(4) ut *inuitus* remitti queat *h*).

* Hinc remiſſio ad forum priuilegiatum eiusdem territorii fieri debet (§. XLIX), ſi uel maxime nulla præcedat requiſitio. Quæ quoque cauſa eſt, cur iudex hoc caſu remittens nullas reuerſales literas exigere queat. GAERTNERI d. *de eo, quod iuſtum eſt circa exhibit. reorum* §. VIII.

** Alicubi formula literarum reuerſalium determinata eſt per PACTUM, ut in Epiſc. Eyſtadenſi & Marchion. Onoldino. V. *Receſſ.* zwiſchen Eyſtatt und Onolzbach. vom J. 1736. p. 12. aut LEGEM, ut in Luſatia ſuperiori. V. *Corp. I. Luſ. ſup.* p. 276.

§. CCCXVI.

exhibitio &

Reus remittendus ad confinia manu plerumque armata ducitur, ubi requirenti una cum rebus apud eum inuentis, & actis illius cauſa conſcriptis exhibetur.

§. CCCXVII.

transportatio per territorium alienum.

Quumque nemini iuriſdictionem in alieno territorio exercere liceat: facile eſt ad intelligendum, cur iudex, qui reum fugitiuum in alieno territorio perſecutus eſt & remiſſum tulit, debeat iudices, per quorum banna reus ducen-

g) RICHTER c. *deciſ.*
h) HORN claſſ. XV. R. 75.

ducendus eſt, (1) rogare ducendi facultatem, atque (2) hac impetrata, iis tradere reuerſales, & (3) reſtituere ſumtus, ſi quos illis reum ducendo fecerit *i*).

§. CCCXVIII.

Quando ignoratur locus, quo reus latitat, iudex illum (II) literis, quæ *arreſtatoriæ* dicuntur Steck-Briefe *, ubique perſequitur. Quæ tunc demum rite conditæ, ubi (1) loquuntur *delictum*, quod, & (2) locum, quo illud commiſſum eſt; (3) illius *auctorem fuga elapſum* nominant, atque (4) a forma externa, cumprimis faciei, naſus, capillorum &c. nec non ætate, loquela & ueſtibus deſcribunt; (5) continent (a) *petitum* ad omnes & ſingulos iudices, quorum oculis ſubiiciuntur **, directum, ut reum nominatum & deſcriptum carceri includere, cuſtodire & ex urbanitate remittere (§. CCCXV.) uelit, qui illum in ſuo banno deprehenſurus eſt, (b) *nomen & ſigillum* iudicis perſequentis, atque (c) *diem*, quo datæ ſunt *k*). Literæ arreſtatoriæ.

* Has

i) MYLIVS c. d. c 2.

k) Eckhold d. *de literis incarcerat. patentibus* c. 2. §. 18.

* Has iam olim fuiſſe cognitas patet ex MARCVLFI app. c. 19.

** Hi, ubi ſibi notarunt nomen & deſcriptionem rei uel perſonæ ſuſpectæ, literis arreſtatoriis ſubſcribunt tempus inſinuationis.

§. CCCXIX.

Bonorum fugitiui annotatio.

Iudex eodem ſæpe tempore, quo literas arreſtatorias circummittit, fugientis bona annotat *l*), annotata cuſtodit *, atque alienat ea, quæ ſeruando ſeruari nequeunt.

* Si uero fugientis conſanguinei adnotata bona adminiſtrare uelint, admittendi ſunt, ubi ea conſeruanda, nec fugitiuo ante litem finitam danda, cauerunt ſatis ſuperque. KRESS ad c. art.

§. CCCXX.

Quomodo contra reum non inueſtigatum &

Vbi reus inueſtigari non potuit, uidendum eſt: ſit criminis conuictus uel confeſſus, nec ne? *Illo* caſu fertur ſententia, quæ ubi relegationis tantum uel pecuniariam pœnam irrogat, ueræ, ſin corporalem aut capitalem, imaginariæ datur executioni. Illud tamen adhuc notes uelim, quod executioni in effigie tunc demum locus dari ſoleat, ubi crimen, cuius confeſſus aut conuictus eſt latitans, annume-

l) C. C. C. art. 206.

numeratur atrociſſimis *m*). *Hoc* uero, acta ad illud usque tempus, quo abſens copiam ſui facit, cuſtodiuntur, nec poſt annum fiſco cedunt annotata bona (§. pr.) *n*).

§. CCCXXI.

Reo deprehenſo, proceſſus inquiſitorius, quem ſupra delineauimus (Tit. IX. ſeq.), legitime inſtituitur. Quumque idem iuris ſit, ubi reus adhuc latitans ſe ſiſtit iudicio, poſtquam *ſaluum* impetrauit *conductum*, de hoc quædam adducenda erunt. deprehenſum procedatur.

TIT. XXVII.
DE
SALVO CONDVCTV.

§. CCCXXII.

Iudex reo, quem neque ipſe (§. CCCXIII.) neque per requiſitos iudices (§. CCCXIV. CCCXVIII.) carceri potuit includere, dare ſolet *o*) *ſaluum conductum*, ſeu ſcriptam eamque publico ſigillo firmatam fidem de eo ſaluo conducendo nec carceri Saluus conductus, qui

Kk 2 inclu-

m) STRVVII & WICHTII d. *de executione in effigie*.
n) FROELICH c. tr. p. I. lib. IV. tit. 20. n. 2.
o) *C. C. C.* art. 76. 156.

includendo, ſi ſe iudicio criminali ſtiterit, citetur quo uelit tempore.

§. CCCXXIII.

in generalem & ſpecialem diſpeſcitur,

In *generalem* & *ſpecialem* diſpeſcitur, prout iudex ſecuritatem a carcere ad iuridicos tantum dies reſtrinxit, aut ad quoſuis dies ſententiæ criminali antecedentes extendit.

§. CCCXXIV.

Vnde hæc deriuo axiomata:

I. Saluus conductus datur cuilibet facinoroſo, qui incarcerari nequit,

II. ſi cauerit de iudicio ſiſti.

III. S. C. tribuit ſecuritatem ei, *qui* carcerem metuit ob crimen, cuius eſt ſuſpectus iudici.

IV. Tribuit temporariam tantum ſecuritatem.

V. Ceſſat, ubi conductus fidem, quam dedit, temerat.

§. CCCXXV.

facinoroſo latitanti,

Ex primo axiomate (§. pr.) diſcimus (1) cuiuslibet ſceleris *p*) architecto, huiusque ſocio, qui fugitiuus eſt,

p) Gläſer d. *de ſaluo cond.* §. 81.

eſt, nec poteſt detegi, ſi uel maxime crimen ſub conditione confeſſus ſit *q*), neutiquam uero (2) ei, qui in uinculis eſt *r*), dari ſaluum conductum; (3) adeſſe cauſam, cur pronuntient ICti: daß dem flüchtigen N. zuförderſt nachzutrachten, und ſich deſſen Perſon zu verſichern, ihn ſofort ꝛc. Wofern aber nach allen angewenden Fleiß ſelbiger perſönlich nicht zu erlangen ſeyn ſolte, iſt ihm das gebetene ſichre Geleit ꝛc.

§. CCCXXVI.

Ad ſecundum (§. CCCXXIV, 2.) notes, reum (1) ad pecuniæ ſummam, ex ſua ipſius, nec non delicti & indiciorum qualitate determinandam, fideiuſſoribus * aut pignoribus datis, uel, quod tamen fit rariſſime, præſtito iureiurando *t*) cauere, & (2) ubi citatus eſt, comparere aut ſaltem contumaciam purgare debere, ni uelit cautionem perdere, atque facere (3) ut conueniantur fideiuſſores, qui iudici locum ſignificare nequeunt, ex quo facile poſſit retrahi; (4) fideiuſſores libe- **ubi cauit de iudicio ſiſti.**

q) Weſſer d. *de ſaluo cond.* c. 3. nr. 4.
r) BERGER *E. I. C.* ſuppl. p. II. obſ. 179.
s) HEIL *iud. & defenſ.* c. 2. §. 19.
t) MEVIUS p. IV. dec. 4.

liberari ex illo die, quo reus includitur carceri, niſi cauerint iudicatum ſolui *u*); (5) cautione nondum præſtita, uel ceſſante, uix locum eſſe ſaluo conductui *x*).

* Cauent uel tacto iudiciali baculo, uel tradito obligationis inſtrumento. V. KAYSER *pr. crim.* p. II. p. m. 173. ſeq.

§. CCCXXVII.

præſtat ſecuritatem

Tertium (§. CCCXXIV, 3.) nos docet axioma (1) reum ſecure ad iudicium ire & inde recedere poſſe *y*); (2) non niſi iudicis criminalis illiusque competentis (§. XLII. ſeq.) *z*) eſſe, ſaluum conductum alicui concedere; (3) iuris eſſe, ut conceſſus ſeruetur *a*). Itaque conductus per literas requiſitoriales incarcerari nequit. Quid? quod literæ incarcerationis patentes ad extraneos miſſæ reuocantur ipſa ſalui conductus conceſſione *. Interim tamen nihil impedit, quo minus iudex extraneus reum deprehendere & inquiſitioni ſubiicere poſſit *b*).

* Non

u) b. BRVCKNER d. *de ſaluo cond.* th. 31.
x) Diſſ. IDEM th.
y) MEVIVS ad *I. Lub.* I, 1, 11. nr. 116.
z) TREVTLER Vol. 1. diſp. V. th. 6. lit. d
a) LYNCKER R. 185. nr 51.
b) CARPZOV *pr. crim.* qu. 112. nr. 55.

* Non unus tamen & alter, ſed plures hoc uocant in dubium. GRANZ *def. inq.* c. V. m. I. ſ. I. n. 25. ſeq. HEIL *iud. & def.* c. II. §. 15. Hinc curandum eſt, ut formulæ ſalui conductus hæc inſerantur uerba: Geſtalt wir männiglich dem hiebevor unſere wider deſſen perſon ausgeſchickte Steck-Briefe zukommen ſind, ihn in der Zeit frey und ungehindert zu- und abreiſen zu laſſen, dienſtlich hiermit erſuchet haben wollen.

§. CCCXXVIII.

Ex eodem (§. CCCXXIV, 3.) intelligere potes (4) ſaluum conductum uix extendendum eſſe ad crimina, de quibus non loquitur, ſiue hæc tempore, quo ille conceſſus eſt, ignota ſiue cognita fuerint iudici conducenti. Hinc qui ſaluum conducere promiſit Titium qua furem, eum qua homicidam carceri poteſt includere *c*).

§. CCCXXIX.

Quia ſaluus conductus temporariam tantum tribuit ſecuritatem (§. CCCXXIV, 4.): notes uelim, (1) tempus illud uel determinatum & certum eſſe, quod currit de momento in momentum, uel incertum *d*), utſi ſcriptum fuerit: biß zu Austrag der Sachen, temporariam.

 biß

c) Diſſ. Weſer c. d. c. VII. nr. 6.
d) GLAESERVS c. d. §. 106. 108.

biß etwas Peinliches erkannt worden; (2) ſaluum ceſſare conductum, ſtatim atque territio, tortura aut pœna criminalis dictata * eſt *e*); (3) diuiſionem ſalui conductus in temporarium & perpetuum ſuo deſtitui fundamento *f*).

* Lapſus decendii non requiritur, niſi ſalui conductus formulæ inſerta fuerit clauſula: und er ſolches abzulehnen nicht vermag. BRVNNEMANN *proc. inq.* c. VIII. m. 6. nr. 22.

§. CCCXXX.

Fides data a facinoroſo &

Ex quinto axiomate (§. CCCXXIV, 5.) intelligere potes, eum, qui ſaluo conductu munitus eſt, includi poſſe carceri, (a) ubi de nouo deliquit, aut (b) iudicio ſe ſtitit, ſed factum uel plane non uel in ſcripto tantum enarrare uoluit *g*), (c) ubi determinatæ ſecuritatis concesſioni uix ſtetit. Sic ſaluo conductu generatim munitus (§. CCCXXIII.), ſi extra diem iuridicum deprehendatur in banno conducentis, mancipari poteſt carceri.

§. CCCXXXI.

e) IDEM c. d. §. 115. ZANGER *de except.* p. II. c. 4. nr. 14.

f) Windheim d. *de iure ſalui conductus* c. 2. nr. 52.

g) GLAESER c. d. §. 100. ſeq. FARINACIVS *pr. crim.* q. 29. n. 59. 65.

§. CCCXXXI.

Quia fidem datam ſeruari iubent mores, iudex ei, quem ſaluo conductu muniuit, neque ipſe neque per alium iniuriam aliquam inferre poteſt *b*). Quodſi tamen illud fecerit, diſputant Dd. qua pœna adficiendus ſit. Putarem, reum, ubi iudex ſaluum conductum uiolat, dimittendum eſſe; ſin alius, hunc de uiolata ſecuritate publica conueniri poſſe. iudice ſeruanda eſt.

§. CCCXXXII.

Defenſor, ubi (1) principi uel iudici criminali retulit (a) abſentem conqueri de modo, quo iudex adhuc contra eum proceſſit, (b) paratum eſſe ad innocentiam ſuam deducendam, dummodo iudicio a carcere tutus intereſſe poſſit, (c) ſibi in mandatis dediſſe petere ſaluum conductum, atque hanc illamue cautionem offerre, (2) decenter petat ſaluum conductum, eumque (3) ſpecialem. Curet præterea (4) ut impetret S. C. qui ad crimen denunciatum & denuntianda extenditur, (5) cuiusque formula ſcripta & ſigillo publico munita eſt, nec (6) Quid ſit defenſoris, ubi S. C. impetrandus, aut

b) Diſſ. b. BRVCKNER c. d. §. 22.

uerba captioſa & dubia *i*), ſed (7) expreſſam literarum incarcerationis reuocationem continet (§.CCCXXVII.*). Porro caueat, (8) ut prodat locum, ubi latitat reus (§.CCCXXV.), aut (9) hunc ſiſtat iudici ad præſtandam cautionem iuratoriam, uel aliud quid faciendum *k*), ubi legitimam ſalui conductus formulam nondum impetrauit *; (10) ne ab illo quoque principe ſaluum conductum impetret, per cuius territorium reo ad iudicium tendenti eundum eſt *l*).

* Vix enim uſu obtinet parœmia: die Citation trägt das ſichre Geleit auf den Rücken nach ſich, BRUNNEMANN *pr. inquiſ.* c. VIII. m. 6. nr. 16.

§. CCCXXXIII.

iam impetratus eſt.

Impetrata ſalui conductus formula, defenſoris eſt (11) iniungere reo, ut ne eam originalem relinquat iudici uel alii; (12) ut ne delinquat denuo (§. CCCXXX.); (13) ut ne ſe ſiſtat iudici tempore quo publicanda eſt ſententia (§. CCCXXIX, 2.). Satius eſt, ut in termino publicandæ ſententiæ compareat defenſor, ſententiam publi-

i) CARPZOV c. qu. nr. 58.
k) GLAESERUS c. d. §. 86. OLDEKOP tit. 3. obſ. 28. nr. 7.
l) OLDEKOP c. l.

publicatam habens, atque, ſi ea quid mali contineat, ad ulteriorem defenſionem prouocans; (14) ut ne, ubi generalem tantum conductum impetrauit, alio quam iuridico die commoretur in conducentis principis territorio, aut iudicis banno.

* Quodſi uero a principe, quod tutius eſt KAYSER *pr. crim.* p. II. §. 69. OLDEKOP *obſ crim.* III, 28. reus impetrauerit ſalui conductus formulam, hanc iudici criminali ad recognoſcendum & deſcribendum producere debet.

TIT. XXVIII.

DE PROCESSV PROSCRIPTIONIS ſpeciatim BANNI SAXONICI.

§. CCCXXXIV.

Quoties de delicti capitalis corpore ac auctore ſatis & legitime conſtat *m*): toties hunc, ſi in fuga ita latitet, ut non facile queat inueſtigari *n*), iudex tribus edictis citatum proſcribit, Proſcriptio

m) *I. P. S.* I, 67. ſeq. *Sueu.* c. 91. §. 1. 2. CARPZ. q. 140. n. 49.

n) MEIERI d. *de iuditio bannitorio* §. 10. ſeq.

ſcribit, ſeu banno ſubiicit, quod ueteribus erat *forbannire*, verbannen *o*).

§. CCCXXXV.

uel imperialis

Proſcriptio uel *maior* ſeu *imperialis*, uel *minor* ſeu *prouincialis* eſſe dicitur. *Illa* in uniuerſo imperio, *hæc* in territorio uel iurisdictione quadam particulari ius ſecure commorandi * adimit *p*); *illa* cum uitæ periculo antiquitus coniuncta fuit *q*), *hanc* uero paſſus capi tantum a quolibet & iudici exhiberi, neutiquam uero occidi potuit, niſi telo ſe defendens a capturo.

* Olim eum, qui proſcripto receptum dederat dolo malo, mulctabant Saxones *I. P. S.* III, 23. Sueui uero eadem pœna proſequebantur, quæ proſcripto erat ſubeunda. *Spec. Sueu.* cap. 150.

§. CCCXXXVI.

uel prouincialis eſt.

Hodie proſcriptio prouincialis quod ad modum procedendi, proſcribendi, & legitimas proſcriptionis cauſas admodum uariat. Nam (1) alibi minor tantum, alibi & maior obtinet uſu; (2) alibi cuiusuis delicti capitalis,

o) *L. Ripuar.* LXXXVII. *Longob.* I, 25, 62. ſeq. *Capit.* III, 49. ſeq.
p) *I P. S.* I, 71. ibique Gl.
q) ZOBEL ad *I. P. S.* III, 34.

lis, alibi manualis tantum cædis *r*) reus, ubi fugitiuus eſt, nec ad tria edicta comparet, proſcribitur. Omnium maxime differunt ſolemnia uerba, quæ hinc & inde tempore iudicii criminalis des Nothpeinl. oder Acht-Gerichts pronuntiari ſolent. Id quod cognoſcet collaturus die Mülhäuſiſche Proceſs-Ordnung *s*), STRYKIVM *t*), HEIL *u*), KAYSERVM *x*) aliosque. Iam uideamus proceſſum bannitorium, qui uiget in Saxonia.

§. CCCXXXVII.

Vbi accuſator, qui modo uoluntarius eſt, modo a iudice conſtitutus, ſuum obtulit libellum, ponitur *terminus*, uel ſaxonicus uel duarum tantum aut trium horarum, prout delictum pernoctatum eſt, nec ne. Plerumque tamen pernoctantur crimina. Vix enim intra ſpatium XXIV. h. (a) delicti corpus, & (b) auctor inueſtigari (§. CCCXXXIV.), (c) libellus accuſatorius concipi, & (d) iudici exhiberi, In Saxonia ubi libellus oblatus eſt,

r) STRYK d. *de proclamat. & banno homicidæ* c. 3. MEIERI d. *de iudicio bannitorio* §. 18.
s) p. 97.
t) c. d. c. IV. nr. 31. ſeq.
u) *iud. & def.* c. VII. §. 20.
x) Anweiſ. zum Achts-*Proc.* §. 20.

beri, atque (e) ab hoc iudicium criminale conſtitui poteſt *y*).

§. CCCXXXVIII.

citatur accuſatus.

In termino, quem iudex pro re nata ſtatuit (§. pr.), ut compareat & ad libellum accuſatorium reſpondeat accuſatus, citatur in ſua domo uel loco delicti, ubi delictum nondum pernoctatum eſt, ſin pernoctatum, edictaliter *z*) *.

* Quod citatio edictalis debeat (1) loqui ſpeciem commiſſi criminis, (2) teſtari, iudicem citantem ignorare locum, quo degat reus, (3) figere triplicem terminum, (4) generatim concedere ſaluum conductum (5) continere clauſulam peremtoriam, atque (6) ſic concepta in trium diuerſorum principum territoriis (7) legitime ad- & refigi: tam certum eſt quam quod certiſſimum. Illud tamen de citatione edictali adhuc notandum erit, quod in noſtro proceſſu bannitorio (8) triplicem terminum non ſimul ponat, ac (9) mentionem facere debeat proceſſus bannitorii uel inſtituti uel inſtituendi.

§. CCCXXXIX.

Conſtituto iudicio criminali,

Die termini iudex cum ſcabinis & actuario ſub dio, uel alio loco huic actui antiquitus deſtinato, conſidet atque iudicium criminale, idque ſolemne,

y) HEIL c. l. §. 7. ſeq.
z) Kayſer c. l. §. 15. 17.

lemne, das Rothpeinliche Halß-Gericht conſtituit, conſtitutumque per præconem publicat *a*).

§. CCCXL.

Quo facto prodit accuſator, atque (1) a iudice impetrata uenia (2) cognitoque modo, quo accuſare debeat, (3) hoc ſeruato repetit libellum, (4) citatum prouocat ad reſpondendum, (5) iudicemque rogat, uelit hoc iudicium prius non tollere, quam cauſa plene diſcuſſa. Hoc petito iudex annuit, & iudicium criminale ſancitum eſſe iubet *b*) ad executionem usque ſententiæ definitiuæ. ubi prouocauit accuſator,

§. CCCXLI.

Accuſatus uel comparet uel non comparet. Illo caſu uel ipſe ſe ſiſtit iudici, & carceri includitur, uel comparet per procuratorem, qui laudata & demonſtrata abſentiæ cauſa ſaluum conductum impetret. Compareat autem quo uelit modo, proceſſus bannitorius degenerat in proceſſum inquiſitorium accuſatoriumue *c*). accuſatus uel comparet

§. CCCXLII.

a) ID. §. 20. HEIL c. l. §. 13. LVDOVICI *pr. crim.* c. 3. §. 29. 36.
b) KAYSER c. l. §. 31.
c) HEIL c. l. §. XV.

§. CCCXLII.

uel non comparet, & ad legit. imped. condemnatur.

Quod ſi uero accuſatus, cui citatio rite concepta legitime inſinuata eſt, in termino non compareat, illius accuſatur contumacia. Quo facto ICti extranei, ad quos mittuntur acta, pronuntiare ſolent: daß P. Ankl. Angekl. wegen ſeines Ungehorſams biß auf Ehehaften in die Acht zu erklären, erſtanden und erlanget *d*).

§. CCCXLIII.

Ad huius ſententiæ publicationem, quæ in illo loco fieri debet, quo ſancitum eſt criminale iudicium (§. CCCXXXIX. ſeq.), accuſatus iterum citatur edictaliter. Compareat nec ne, publicatur ſententia.

§. CCCXLIV.

In contumacia perſeuerans inbannum inferius &

Quæ ubi uires rei iudicatæ nacta eſt, ad inſtantiam accuſatoris nouus terminus ponitur, ad quem per tria edicta citatur accuſatus, ut doceat impedimenta legitima, uel iuſtas cauſas, cur in primo termino non comparuerit. Iterum non comparentis contumacia ubi accuſatur, fertur ſententia: daß

d) ID. c. l. §. 13. Kayſer c. l. §. 34. ſeq.

daß P. Ankl. Angekl. biß auf die Acht erſtanden und erlanget; Derowegen er darein billig erkläret, aus den Frieden in den Unfrieden geſetzt, und männiglich, ſo deſſen Iurisdiction und Bothmäßigkeit unterworſen, mit ihm Gemeinſchaft zu haben, verbothen, auch ſein Leib in obigen Gerichten iedermann erlaubet wird *e*). In cuius ſententiæ publicatione idem obſeruatur, quod §. pr. diximus. Proſcriptionis ſeu *banni inferioris* formula *f*) (1) per annum (2) iisdem in locis adfigitur, quibus antea adfixæ fuerunt citationes edictales.

§. CCCXLV.

poſt annum in ſuperius incidit.

Vbi annus, quem a die promulgati banni inferioris cum additamento Saxonico computant, præterlapſus eſt, nec contumaciam purgauit accuſatus, eodem modo, quo banno inferiori ſubiectus eſt (§. CCCXLII. ſeq.), incidit in ſuperius, quod rite & quidem per tria edicta publice ſignificatur.

§. CCCXLVI.

Effectus banni inferioris &

Banno inferiori conſtrictus a quolibet in iurisdictione capi & iudicio ſiſti, a ne-

e) Kayſer c. l. §. 44. HEIL c. l. §. 15.
f) Kayſer c. l. §. 46.

a nemine uero, ne quidem a iudice, occidi poteſt. Iudici tamen licet hoc modo bannitum ob ſolam fugam & contumaciam tormentis ad confeſſionem adigere *g*).

§. CCCXLVII.

ſuperioris. Bannum ſuperius facit, ut (1) contumax habeatur criminis confeſſus & conuictus, (2) priuetur fama & exiſtimatione, nec non (3) omnibus ciuitatis iuribus, ſpeciatim (4) pace. Hinc (a) bannitus dicitur fieri Echt-Recht-und Frede-Loß *b*), & (b) a quolibet in prouincia capi ac iudicio ſiſti poteſt. Sic quoque (5) illius bona annotata (§. CCCXIX.) fiſco cedunt irreuocabiliter *i*).

TIT. XXIX.
DE IVDICIIS MILITVM CRIMINALIBVS
ſpeciatim
Vom Malefitz-Stand- und Spieß-Recht.

§. CCCXLVIII.

Proceſſus criminalis in cauſis militum

Vbi crimen militare commiſſum eſſe dici-

g) *C. C.* art. 155.
h) *I. P. S.* I, 38. MEIER c. d. §. 20. ſeq.
i) Kayſer c. l. §. 78. nr. 173.

dicitur, auditor adſtantibus duobus officialibus, in illius corpus & auctorem inquirit, atque ea attendit omnia, quæ ſupra in proceſſu inquiſitorio obſeruanda diximus (§. LXVII. ſeq.). Speciatim criminis reum aut ſuſpectum, ubi abſens eſt, uel literis arreſtatoriis perſequitur (§. CCCXVIII.), uel citat edictaliter (§. CCCXXXVIII.*). Citantur autem equites per *tubas*, pedites per *tympana*, quibus accedit uox *præconis* *k*). Vbi in termino non comparet reus, quibusdam in caſibus (a) declaratur infamis, man ſchreitet zur ehrloſen Ausrufung des Henckers *l*), atque (b) illius bona annotantur.

§. CCCXLIX.

Inquiſitio contra præſentem mota ubi ab auditore, adſtantibus duobus adſeſſoribus ad finem perducta eſt, iudicium criminale ſolemniter * conſtituitur, cui præeſſe ſolet Colonellus uel illius locum tenens der Obriſt-Lieutenant. Auditor aſſeſſores, quorum numerus minimum duodenarius eſſe debet, iureiurando obſtringit *m*), atque quomodo inſtituatur?

k) BEIER *iuris milit. prudent.* IV, 12, 13.
l) IDEM c. l. th. 14.
m) LVDOVICI Einleit. zum Kriegs-*proceſſ.* c. V. §. 13. ſeq.

que conſtituit ſancitque iudicium, nec non ſumto baculo ea quæ ſui ſunt officii, tecto peragit capite. Nimirum ex actis ubi ſpeciem facti retulit, aſſeſſorum uota colligit, ſecundum maiora concipit ſententiam, quam, ubi legionarius eſt, colonello, ſin generalis, campi-marechallo confirmandam tradit. Confirmatam denique publicat, mandatque executioni *n*).

* Solemnitates, quæ olim longi erant ordinis, LVDOVICI Einleit. zum Kr. *Proc.* c. V. §. 8. 18. BVRGERS *cent.* 2. *obſ.* 97. ſeq. hodie raræ ſunt admodum. LVDOVICI c. l. §. 17. 20. BEIER c. l. th. 30. DOELTER *proceſſ. iuris militar. informatiuo.* c. 19.

§. CCCL.

Iudicium ſtatarium.

Ab hoc iudicio ordinario, quod audit das Maleſitz-Recht, differt *iudicium ſtatarium*, das Stand-Recht, cui locus eſt, quoties miles deprehenſus eſt *o*) in flagranti crimine militari, cuius pœnam lex clare determinat. In eo cauſa ſummarie, ſtante pede *p*), remotis omnibus exceptionibus dilatoriis, & re-

n) BEIER c. l. th. 30.

o) DANCKO Entwurf des Kriegs-R. p. III. c. 7. §. 2.

p) BEHAIMB *mil. delinqu.* obſ. 76. DOELFFER c. l. c. 22. BVRGER c. l. c. 2. obſ. 97.

& reiectis aduocatis *q*), cognoſcitur ac deciditur. Vt ſic reus ultimo ſtatim adficiatur ſupplicio *r*). Solemnitates in hoc proceſſu olim obſeruari ſolitas tradit LVDOVICI *s*).

§. CCCLI.

Alterum iudicium extraordinarium eſt *haſtatum*, das Spieß-Recht, cui nomen eſt a modo exequendi ſententiam criminalem. Hoc iudicium, quod deſcribit SCHOTTEL *t*), iamdudum in deſuetudinem abiit *u*). Iud. haſtatum.

TIT. XXX.
DE PRAESCRIPTIONE CRIMINVM.

§. CCCLII.

Licet criminalis perſecutio actione ciuili mota impediatur *x*), & transactione læſi uel iudicis tollatur *y*), mini- Præſcriptio criminis

q) BECK d. *de iudicio ſtatario* §. 21.
r) ID. c. d. §. 29.
s) c. l. c. VII. §. 4. ſeq.
t) tr. *de ſingular. in G. iuribus* c. 27.
u) LVDOVICI c. l. c. 7. §. 8.
x) LYNCKER reſol. 696.
y) STRYK V. m. ff. tit. *de transact*. BERGER *El. Iurispr. Crim.* p. 211. ſeq.

minime: tamen ſiſtit eam I. *Præſcriptio* * *criminis*, quæ adeſſe dicitur, quando criminoſus per XX annos, a die quo deliquit computandos, in ius criminale uocatus non eſt.

* Cuius introducendæ cauſa fuit præſumtio uitæ emendatæ, atque ſic finis pœnæ iam obtenti V. meine Betrachtung von der Verjährung in Peinl. Fällen §. 8 ***.

§. CCCLIII.

Vnde hæc deriuo axiomata:

I. Iudicium criminale tollit præſcriptio.

II. Ea adeſt, ſtatim atque XX anni

III. ſine ulla interpellatione præterlapſi ſunt.

IV. Currere incipit ab illo die, quo crimen finitum eſt.

§. CCCLIV.

tollit iudicium criminale,

Fallor, aut ex primo (§. pr. 1.) ſequitur (1) ut præſcriptio criminis non tollat *iudicium ciuile* z), ideoque non impediat, quo minus (a) ſtuprata uel ad dotandum uel ad ducendum, itidem ad alimenta infanti præbenda, porro (b) coniux innocens ad diuortium, (c) illiusque heredes ad

z) Juriſt. Betr. von der Verjähr. der Laſter §. 24.

ad priuationem lucri ſtatutarii agere poſſint *a*); (2) ut nemo ob illud crimen, quod præſcriptum eſt, poſſit (a) conuitiis proſcindi, (b) ex collegio opificum eiici *b*), (c) pœnitentia eccleſiaſtica, uel (d) alia pœna adfici *c*); (3) ut hæc exceptio in quouis proceſſu & quouis tempore opponi poſſit, quid? quod a iudice ex officio ſuppleri debeat *d*); (4) ut iudicium criminale, ſi quod ob homicidium, adulterium, apoſtaſiam, magiam, ſodomiam, parricidium, ſuppoſitionem partus aut aliud delictum, quod uel diuina uel humana lex iuſſit eſſe capitale, inſtituendum ſit, perimi poſſit præſcriptione *e*), niſi lex prouincialis illud præſcribi poſſe neget *f*). Quod iudex uel accuſator crimen fuiſſe commiſſum ignorauerit, non nocet præſcriptioni *g*).

§. CCCLV.

Ex ſecundo (§. CCCLIII, 2.) con- ubi XX anni ſtabit

a) IBID. §. 45-47.
b) Ibid. §. 27.
c) Ibid. §. 16. 25. ſeq. 48. ſeq.
d) Ibid. §. 17. ſeq.
e) Ibid §. 28-40.
f) Ibid. §. 43. ſeq.
g) Ibid. §. 80. ſeq.

ſtabit, (1) ceſſare præſcriptionem, ubi aliquid temporis ad illam neceſſarii deeſt *h*). Sic quoque notes (2) quod 5. anni ad præſcriptionem ſufficiant (a) in delictis illis, quæ uindicat L. Iul. de adulteriis *i*), (b) in crimine peculatus *k*) &c. (3) quod in Saxon. Elect. Ducatu Altenb. & Comitatu Hennebergico adulterium duplicatum XX. annis præſcribatur, ſi paucos caſus exceperis *l*); (4) quod in Auſtria homicidium & furtum ſimplex præſcribantur lapſu X. annorum *m*).

§. CCCLVI.

ſine ulla interpellatione

Ad tertium (§. CCCLIII, 3.) notes (1) præſcriptionem non interrumpi (a) minata accuſatione *n*), uel (b) mota ciuili actione, niſi ab hac dependeat ipſum criminale iudicium *o*); (2) præſcriptione criminis ſe tueri uix poſſe illum (a) cui poſt accuſationem motam citatio rite concepta legitime

h) Ibid. §. 83.
i) §. 51. ſeq.
k) §. 53.
l) §. 60-64.
m) §. 65.
n) §. 92.
o) §. 90.

gitime & intra tempus præſcriptioni ſtatutum inſinuata eſt *p*); (b) quem iudex generali inquiſitione finita incluſit carceri, aut (c) abſentem citauit edictaliter *q*); (3) interruptionem ſtricti iuris eſſe, nec ad aliud crimen, quam ob quod iudicialis interpellatio facta eſt, extendi debere *r*).

§. CCCLVII.

Quartum (§. CCCLIII, 4.) nos docet (1) ab illo die, quo delictum conſummatum, non uero quo inchoatum eſt, ideoque (2) non a momento mandati ad delinquendum dati, ſed a tempore, quo delictum, quod quis in mandatis dedit, commiſſum eſt, præſcriptionem currere *s*); (3) nullum præſcriptioni locum eſſe, ubi crimen permanet, aut in dies iteratur. Hinc bigamia non præſcribitur, usque dum coniugium diſſoluatur alterum *t*).

a die criminis plene peracti præterlapſi ſunt.

§. CCCLVIII.

Illud denique quin adducam nequeo, quod poſt interruptionem præ-

 ſcriptio-

p) §. 94. ſeq.
q) §. 98. ſeq.
r) §. 106. ſeq.
s) §. 70.
t) §. 71. ſeq.

ſcriptionis legitimam reus ab ultimo actu iudiciali præſcriptionem iterum inchoare poſſit, dummodo ipſe iudicium fraude ſua non ſtiterit *u*).

TIT. XXXI.

DE ABOLITIONE ET RELIQVIS MODIS QVIBVS PROCESSVS CRIMINALIS TOLLITVR AVT FINITVR.

§. CCCLIX.

Abolitio eſt

II. *Abolitio* eſt beneficium, quo quis in totum liberatur a perſecutione criminali, ob hanc illamue cauſam inſtituta aut inſtituenda.

§. CCCLX.

Vnde fluunt ſequentia:

I. Abolitio eſt actus gratiæ.

II. Tollit perſecutionem criminalem.

III. Eſt ſtrictiſſimæ interpretationis.

§. CCCLXI.

actus gratiæ,

Quia abolitio eſt actus gratiæ (§. pr.1.): ſequitur, (1) ut concedi queat pure & ſub conditione, (2) gratis & inter-

u) §. 102. ſeq.

interueniente pecunia; (3) ut proceſſus ob quoduis crimen inſtitutus quolibet tempore aboleri queat; (4) ut abolitio conceſſa non facile reuocanda *x*).

§. CCCLXII.

Ex ſecundo (§. CCCLX, 2.) patet (1) abolitione ſiſti quemuis proceſſum criminalem, & (2) tolli omnem ex crimine uel inquiſitione oriundam maculam *y*). Hinc acta criminalia ex iudicio plerumque remouentur *z*), & quandoque ipſi reo traduntur.

quo perſecutio criminalis tollitur.

§. CCCLXIII.

Ex eodem (§. CCCLX, 2.) intelligere potes (3) cur reus, abolitione impetrata, carceri includi, aut in eo retineri, (4) deprecatione aut pœnitentia publica *a*), remotione ab officio uel alio modo puniri nequeat; & contra (5) iniuriarum conuenire poſſit eum, qui delictum abolitum reſuſcitat *b*).

§. CCCLXIV.

x) BERGER *El. Iurispr. Cr.* ſuppl. p. II. p. 61. WILDVOGEL d. *de abolitionibus & iure tertii circa eas* §. 31.

y) GERHARD *de crimin. abol.* c. III. §. 9.

z) IDEM c. d. §. 6.

a) Id. c. d. §. 10. ſeq.

b) WILDVOGEL c. d. §. 43.

§. CCCLXIV.

Ea a principe conceſſa

Quia abolitio eſt ille actus gratiæ, quo ſiſtitur perſecutio criminalis (§. CCCLX, 1. 2.) cognitu erit facile, illum a quo dependent leges & iudicia iſtius loci, ubi proceſſus criminalis inſtitutus aut adhuc inſtituendus eſt *c*), non uero magiſtratum ſubalternum *d*) abolitionem concedere poſſe.

§. CCCLXV.

ſtrictiſſimæ interpretationis eſt.

Ex tertio (§. CCCLX, 3.) denique colligo abolitionem (1) neque nocere neque prodeſſe tertio *e*), (2) non ad futura, ſed præterita delicta, & quidem ea tantum, quæ abolitionis teſtimonium expreſſis uerbis loquitur, pertinere.

§. CCCLXVI.

III. transactio &

Suo modo quoque ſiſtitur criminalis cognitio III. *transactione*, læſum inter & reum inita, ubi lex crimen uindicans magis priuatum quam publicum attendit intereſſe. Cæterum cum Romanis hic non diſtinguimus inter capi-

c) ID. c. d. §. 26. GERHARD c. d. c. III. §. 2.
d) LYNCKER *deciſ.* 912.
e) GERHARD c. d. c. 2. §. 13. WILDVOGEL c. d. §. 36.

capitalia & non capitalia crimina. Aliter tamen ſentiunt GERDESIVS *f*), RHODIVS *g*) aliique.

§. CCCLXVII.

Quod denique IV. *morte* rei, & V. *ſententia* abſolutoria ſiſtatur criminalis proceſſus, res ipſa loquitur. **IV. mors rei &c. tollunt iudicium criminale.**

TIT. XXXII.

DE

EXPENSIS CRIMINALIBVS.

§. CCCLXVIII.

Melioris perſpicuitatis ergo licebit nobis *expenſas criminales* hic in ſenſu ſtrictiore ſumere, atque ab *expenſis proceſſus criminalis* diſtinguere. Erunt itaque nobis ſumtus in executionem ſententiæ criminalis erogati. Eo pertinent Nachrichters-Gebühren bey der tortur, Frohnen-Gebühren bey hegung des Gerichts, Blutſchreyers-Prediger- und andere Executions-Gebühren, Galgen-Steuer ꝛc. **Expenſæ tam criminales**

§. CCCLXIX.

f) d. *de uſu transactionis in delictis pro redimenda uexa.*
g) d. *de transact. in delictis.*

§. CCCLXIX.

quam in proceſſum criminalem factæ.

Expenſarum proceſſus criminalis nomine uenit omne illud, quod in cauſarum criminalium cognitionem & deciſionem impenditur, ſiue hoc fiat in iudicio ſiue extra illud. Interim tamen plures has expenſas in *iudiciales* & *extraiudiciales* diuidunt. Ad *illas* pertinent: das Hebe-Geld, Beſichtigung-Citation-Confrontation-Commiſſion-Gebühren, Urthels-Gelder, Regiſtratur- und Abſchrifts-Gebühren, Fang- und Schließ-Geld ꝛc. it. quæ ſoluuntur iudici pro urpheda, relegatione aut clamore zetterico &c. ad *has* uero non immerito referre potes Fiſcals- und Aduocaten-Gebühren, Artzt- und Barbierer-Lohn, Bothen-Lohn, Auslöſung derer fremd angekommenen Zeugen ꝛc.

§. CCCLXX.

non ubique eiusdem quantitatis ſunt.

Cum has tum illas quarundam prouinciarum leges determinant, ſed uario modo *h*).

§. CCCLXXI.

Expenſas in proc. crim. erogatas fert ille,

Vt intelligere poſſis, quis expenſas criminales (§. CCCLXXVIII.) aut crimina-

h) BEIER *de expenſis execut. criminal.* c. IV. §. 5. ſeq. c. XIII. §. 7. & c. XIV.

minalis proceſſus (§.CCCLXXIX.) ferre teneatur, ſequentes notabis regulas:

I. Expenſas proceſſus criminalis fert ille, in cuius tendunt commodum,

II. quiue earum temeraria cauſa poteſt dici.

III. Expenſas criminales iudex facere debet, niſi hoc onus in alium deuoluerit pactum uel conſuetudo.

§. CCCLXXII.

In cuius commodum tendunt,

Regula prima (§.pr.1.) docet, eſſe (1) accuſatoris accuſati & inquiſiti, teſtibus, quos quilibet produxit, ſumtus itineris & uictus ſuppeditare *i*), nec non (2) pro actorum iudicialium exemplo, quod unusquisque ſibi petiit, honorarium ſoluere *k*). Sic quoque inde patet (3) rei eſſe, præſtare aut ſaltem refundere impenſas, in illius alimenta aut defenſionem factas *l*); (4) actorum transmiſſionem decerni ſumtibus petentis *m*).

§. CCCLXXIII.

i) C. C. art. 75.
k) Ib. art. 83.
l) Ib. art. 153. BERGER E. I. C. ſuppl. p. II. obſ. 197.
m) Ib. art. 219.

§. CCCLXXIII.

quique earum cauſa temeraria poteſt dici.

Ex ſecunda (§. CCCLXXI, 2.) ſequitur (1) ut *reus* condemnatus *n*), illiusque heredes *o*) *, omnes, (2) *accuſator* uero calumnioſus & temerarius *p*), itidem (3) *iudex*, qui de facto & per iniuriam proceſſit *q*), omnes, ſi in alimenta & defenſionem rei factas exceperis, atque (4) *fiſcalis*, de cuius calumnia non omnino conſtat, nullas ferre debeat expenſas; (5) ut quoties iuſta accuſationis cauſa fuit, uel reus non potuit non ** per torturam, territionem, aut iusiurandum ſe purgare de crimine, in proceſſu accuſatorio expenſarum compenſationi *r*), in inquiſitorio autem refuſioni a reo faciendæ locus ſit *s*), ſi hic uel maxime nihil illiciti confeſſus ſit; (6) ut accuſator ab accuſato, & iudex ab inquiſito, quique criminis confeſſus aut

n) Ib. art. 153.

o) COCCEII d. *de oblig. hered. ex del. def.* c. IV. §. 30.

p) *C. C.* art. 12. 90. 99. Ill. BOEHMER d *de expenſ. crim.* c. 2. §. 9. ſeq.

q) *C. C.* art. 20. 61. LYNCKER *reſol.* 434.

r) *C. C.* art. 61. ibique KRESS. §. 1. Ill. BOEHMER c. d. c. 2. §. 10. ſeq.

s) Ill. BOEHMER c. d. c. 3. §. 8. Diſſ. BERGER *E. I. C.* ſuppl. p. II. obſ. 197.

aut conuictus condemnatus eſt ***, ſumtus, quos in proceſſum criminalem neceſſario fecit (§. pr. 1.), queat repetere *t*); (7) ut iudex de ſuo impendere debeat ſumtus ad ea, quibus imperitiæ ſuæ conſuluit, neceſſarios *u*).

* Sic quoque refuſio expenſarum, quas in proceſſum criminalem neceſſario fecit accuſator, iniungitur heredibus accuſati, (a) qui poſt confeſſionem criminis naturaliter mortuus eſt, aut (b) legitimis indiciis grauatus metu torturæ uel pœnæ ſibi mortem conſciuit Ill. BOEHMER c. d. c. III. §. 4. ſeq.

** Tantum itaque abeſt, ut qui citra culpam ſuam inquiſitioni ſubiectus & ad purgationem nulliter adactus eſt, expenſas iudici refundere teneatur, ut potius hunc de iniuriis, expenſis & damnis conuenire poſſit. Meiers d. *de liberat. inquiſiti a ſumtibus proceſſus* c. 8.

*** Quod neque reus ad pœnam capitalem uel corporalem condemnatus, neque illius heredes, ſumtus in proceſſum inquiſitorium factos refundere teneantur, ſunt qui ſtatuunt. Aſt eorum rationes ſatis diſcuſſit Ill. BOEHMER c. d. c. II. §. 7. ſeq. Illud certum eſt, quod in Saxonia El. reus, qui capitalem aut corporalem pœnam ſuſtinuit, non uero qui illam redemit, a refundendis expenſis immunis ſit. Meiers c. d. c. 4. 5. CARPZ. pr.

t) HEIL *iud. & def.* c. f. §. 4.
u) *C. C.* art. 72. ibique KRESS. Ill. BOEHMER c. d. c. 2. §. 13.

pr. crim. qu. 138. BERGER *El. Iur. Crim.* p. 45. ſeq. KRESS ad *C. C.* art. 204. §. 18. ſeq.

§. CCCLXXIV.

Illud denique notes (1) quod omnes expenſas, etiam in alimenta & defenſionem condemnati factas, *iudex x*), nullas autem *læſus* illiusue *heredes*, ferre teneantur in ſubſidium; (2) quod nullo iuris fundamento nitatur illa theſis: *ad primam claſſem pertinent expenſæ criminales, quas iudex repetere poteſt.*

§. CCCLXXV.

Collecta focaria, quæ pacto nititur uel conſuetudine

Quia expenſas criminales facere debet iudex, niſi hoc onus in alium deuoluerit pactum uel conſuetudo (§. CCCLXXI, 3.) notandum erit (1) iudici, collectam, quam dicunt focariam, petenti, incumbere onus probandi, eam pacto *z*) uel conſuetudine *a*) introductam eſſe. Quandoquidem uero pacta uariant atque mores, ad intelligendum eſt facile, quare collecta focaria (a) alibi ad familias

x) *C. C.* art. 47. 154. 176. Ill. BOEHMER c. d. c. 2. §. 15.

z) ID. c. d. c. 2. §. 4.

a) BEIER c. tr. c. XII. SCHVSLERI d. *de expenſ. inq. & crim.* §. 23.

b) IDEM c. tr. c. XI. §. 5.

lias *b*) ſit reſtricta, alibi inhæreat ædibus, hocque (b) diuerſo modo, dum alibi ædes nobilium cuiuscunque generis ab ea ſunt immunes, alibi uero primariæ tantum, non ſecundariæ die Kabelhäuſer aut ruſticæ *c*); (c) alibi debeatur, ſi iudex ad actum criminalem peruenire potuerit *d*), alibi tunc demum, ſi ad illum reuera peruenerit; (d) quod ad quantitatem nimis uariet *e*).

§. CCCLXXVI.

Sic quoque notabis (2) collectam focariam, quam iurisdictionis dominus probauit introductam, ſtrictiſſime *f*) ſumi debere, ideoque (a) de perſonis in perſonas, (b) de loco in locum, aut (c) de caſu in caſum *g*) extendi, atque (d) ab obligatione ſoluendi expenſas criminales das Hencker-Geld, ſiue, ut alii loquuntur, wenn der Fall peinlich, oder die Sache henckermäßig wird, ad obligationem ſoluendi expenſas in proceſſum criminalem factas argumentum duci non poſſe. ſtrictiſſime ſumenda eſt.

Mm 2 §. CCCLXXVII.

b) IDEM c. l. c. IX. §. 7. n. 332.
c) IDEM c. l. §. 6. nr. 330.
d) MYLIVS ad BEYER. p. 377.
e) BEIER c. tr. c. XI. §. 6. nr. 505. ſeq.
f) IDEM c. l. §. 7. nr. 508. ſeq.
g) ID. c. l. c. IX. §. 14. n. 355. c. XII. §. 1. n. 569.

§. CCCLXXVII.

Officium iudicis & Iudex officio ſuo ſatisfacturus debet (1) curare, ut accuſator & quis alius, qui ſumtus proceſſus criminalis ſuppeditare tenetur, cum ſacco ueniat, ubi opus eſt parata pecunia, baarer Verlag, & (2) ne quid nimis aut fruſtra impendatur; (3) ordinationes prouinciales attendere in ſportulis ſuis liquidandis *h*).

§. CCCLXXVIII.

defenſoris. Defenſor rei in expenſas condemnati debet (1) docere, ob puram abſolutionem uel aliam cauſam reum ab expenſarum refuſione immunem eſſe. Quodſi uero hoc docere nequeat, illius eſt, (2) ubi plures ſunt eiusdem criminis ſocii, expenſas in generalem inquiſitionem factas, quippe quas reorum quilibet pro rata tantum refundere tenetur, a reliquis diſtinguere, & (3) ſi quas citra cauſam in proceſſum factas deprehendit, reſecare, atque (4) neceſſarias examinare: habeant laboris & æquitatis rationem, nec ne *i*)?

h) HEIL *iud. & def.* c. VIII. §. 11. ſeq.
i) IDEM c. l. §. 14. THOENNIKER *Aduoc. prud.* c. XVI.. nr. 18. ſeq.

F I N I S.

INDEX I.

INDEX I. TITVLORVM.

Diſſertatio Procemialis de Iurisprudentiæ Criminalis neceſſitate, utilitate atque ſubſidiis. pag. 1

LIB. I.

Tit. I. De legibus criminalibus germanicis, earumque origine, fatis & uſu hodierno. 9
II. de delictis in genere. 19
III. de ueris & qu. criminibus in genere. 27
IV. de cauſis, ex quibus crimina redduntur uel grauiora uel leuiora. 37
V. de pœnis. 39
Membr. I. Pœnæ ſequuntur crimina, hisque reſpondere debent. 40
II. de uariis pœnarum generibus. 46
III. de proportione & comparatione pœnarum inter ſe. 56
IV. de iure iudicis circa pœnas. 58
VI. de fredo, faida, mulcta & emenda. 62
VII. de furto, illiusque crimine.
Membr. I. de furto in genere. 66
II. de crimine furti, illiusque pœna. 75
III. de actione ciuili, quæ furtum paſſo competit. 90
VIII. de ſacrilegio, illiusque crimine. 92
IX. de rapina, illiusque crimine. 99
X. de plagio. 106
XI. de furto ferarum. 108
XII. de delictis carnis in genere, & ſpeciatim de fornicationis crimine. 111

L. I. Tit. XIII. de ſtupro
Membr. I. de ſtupri crimine illiusque pœna. 114
II. de ſtupri iudicio ciuili. 119
XIV. de concubinatu. 122
XV. de adulterio illiusque crimine.
Membr. I. de adulterio in genere. 123
II. de adulterii crimine, illiusque uindicta publica. 125
III. de adulterii uindicta priuata. 134
XVI. de bigamia. 136
XVII. de ſtupro uiolento. 142
XVIII. de raptu. 149
XIX. de ſodomia. 157
XX. de inceſtu. 161
XXI. de lenocinio. 165
XXII. de iniuriis. 170
XXIII. de blaſphemia. 181
XXIV. de iniuriis, quæ in corpus tendunt, præſertim de alapa & uulneribus. 187
XXV. de libellis famoſis. 161
XXVI. de duello. 193
XXVII. de homicidio illiusque crimine.
Membr. I. de homicidio in genere. 198
II. de homicidii crimine illiusque pœna. 202
III. de wergeldo. 216
XXVIII. de latrocinio. 220
XXIX. de aſſaſſinio. 224
XXX. de parricidio. 231
XXXI. de expoſitione infantum. 238
XXXII. de abortu procurato. 240
XXXIII. de procurata ſterilitate. 244
XXXIV. de ueneficio. 245
XXXV. de homicidio proditorio. 250
XXXVI. de autochiria. 251

L. I. Tit. XXXVII. de incendio. pag. 256
XXXVIII. de magia. 262
XXXIX. de falſo & uariis illius generibus. 266
XL. de periurio. 271
XLI. de termino moto. 278
XLII. de decoctorum uitio. 281
XLIII. de præuaricatione. 282
XLIV. de crimine læſæ maieſtatis.
Membr. I. de læſa maieſtate in ſpecie ſic dicta. 286
II. de perduellione. 289
III. de ſeditione. 295
XLV. de diffidationibus & fracta pace publica. 296
XLVI. de uiolata ſanctitate, quam leges certis perſonis aut locis tribuunt. 300
XLVII. de falſa moneta. 306
XLVIII. de reliquis delictis, quæ germanorum leges uindicant. 311
XLIX. de delictis miniſtrorum principis. 316
L. de delictis militaribus & maritimis. 321

LIBER II.

Tit. I. De Iuriſdictione criminali. 328
II. de Iudice, Scabinis & Actuario. 338
III. de iudiciis criminalibus, eorumque forma & diuerſis generibus. 346
IV. de foro competente. 353
V. de proceſſu accuſatorio. 358
VI. de proceſſu inquiſitorio, & ſpeciatim de inueſtigando corpore delicti. 367
VII. de inueſtigando auctore delicti. 379

L. II. Tit. VIII. de indiciis, pag. 382
IX. de incarceratione facinoroſorum. 389
X. de mediis, quibus reus carcerem uel auert re uel mitigare poteſt. 395
XI. de reorum examinibus, ſpeciatim examine ſummario. 398
XII. de articulis inquiſitionalibus, & rei ad illos reſponſione. 404
XIII. de mediis, quibus reus reſponſionem ad articulos inquiſ. declinare poteſt. 408
XIV. de reo confeſſo. 413
XV. de probatione criminis. 418
Membr. I. de teſtibus & probatione, quæ per eos inſtituitur. 419
II. de probatione criminum per inſtrumenta. 427
III. de probatione criminum per indicia. 429
XVI. de confrontatione. 437
XVII. de defenſione, qua reus probationem criminis deſtruere, & confrontationem auertere contendit. 441
XVIII. de purgationibus, ſpeciatim de modo purgandi per ordalia. 447
XIX. de tormentis & purgatione quæ per ea inſtituitur.
Membr. I. de uariis tormentorum generibus. 453
II. de tortura. 457
III. de territione & tortura ob contumaciam. 466
IV. de iis quæ torturam & territionem ſubſequuntur. 468
XX. de purgatione per iuſiurandum. 472

L. II.

L. II. Tit. XXI. de defenſione pro auertenda purgatione. pag. 476
XXII. de ſententia, eiusque conceptione. 478
XXIII. de ſententiæ publicatione & publicatæ effectibus. 487
XXIV. de urpheda. 493
XXV. de executione ſententiæ criminalis, illiusque ſolemnibus. 497
XXVI. de proceſſu criminali contra abſentes inſtituendo. 509
XXVII. de ſaluo conductu. 515
XXVIII. de proceſſu proſcriptionis, ſpeciatim banni Saxonici. 523
XXIX. de iudiciis militum criminalibus, ſpeciatim vom Malefiß-Stand- und Spieß-Recht. 530
XXX. de præſcriptione criminum. 533
XXXI. de abolitione, & reliquis modis, quibus proceſſus criminalis tollitur aut finitur. 538
XXXII. de expenſis criminalibus. 541.

INDEX II.
RERVM ET VERBORVM.

A

Abhauung
der einen Fauſt I, 75. 3.

Abigeorum
pœna I, 550.

Abnegatio
familiæ, nominis, patriæ &c. quid efficiat? II, 89. 3.

Abolitio
deſcribitur II, 359. a principe conceditur 364.
uario modo concedi, nec facile reuocari poteſt. 361.
tollit proceſſum criminalem, & quamuis inde oriundam maculam. 362.
in præiudicium & commodum tertii tendere nequit 365. 1. nec extendi ad futura delicta ib. n. 2.

Abortus procurati
deſcriptio I, 407. iudicium ciuile 413.
pœna de iure antiquo 409. * & hodierno 409. Quando hæc ceſſet, mitigetur 410. aut exaſperetur 411.
ſocietatem quinam participent? 412.

ohne Abſchied
von der Compagnie verſtoſſen I, 569. c.

Abſciſſio
naſus & aurium pœna militaris eſt I, 569.

Abſens

Abſens reus
accuſari II, 337. citari 338. & banno conſtringi poteſt 344.
Abſentis
bona annotantur II, 319.
Abſetzen vom *Carico*
eſt pœna militaris I, 569. a.
Academia.
Non omnium Academiarum poteſtas cognoſcendi crimina eadem eſt II, 43. *
Academici ciues
an & in quantum gaudeant foro priuilegiato? II, 43. immunes ſint a tortura? 241. 3.
Accuſare
nemo cogitur II, 55.
Accuſati
officium in proceſſu bannitorio II, 338. ſeq.
heredes quas expenſas refundere debeant II, 373. *
Accuſatio.
Illius effectus II, 61. V. Proc. Accuſatorius.
Accuſator
quisnam inhabilis? II, 53. quis admittendus, ubi plures concurrunt 54.
quid facere debeat in foro Saxonico 64. ubi inſtituit proceſſum bannitorium II, 346.
debet cauere aut in carcere habitare 57. replicare 60.
quando expenſas criminales ferat II, 373. 2.
Accuſatus
quibus exceptionibus gaudeat II, 58. quomodo ad libellum reſpondere debeat 59.

Achts-

Achts-Bücher
II, 17.

Acker-Gericht
I, 482.

Acta
integra cum regiſtraturis II, 267. & literis informatoriis transmittenda ſunt 268.

Actorum transmiſſio
ad quos II, 276. quomodo 277. & cuius ſumtibus fieri debeat 372, 4.
Quid circa eam obſeruare debeat iudex 281. 1. ſeq. & defenſor 282.

Actuarii
officium in genere II, 31. & qualitates 32.
officium tempore, quo corpus delicti inueſtigatur 81. perſcrutatur domus 85. reus carceri includitur 108. examen rei ſummarium 124. aut ad articulos inſtituitur 136. tempore examinis ad articulos probatoriales 169. confrontationis 201. torturæ 240. ratificationis 253. purgationis per iusiurandum 261. urphedæ præſtitæ 292. ſententiæ capitalis exequendæ 311.

Adulter
an impune occidi queat? I, 214.

Adulteratio
menſuræ, monetæ, uini V. M. M. V.

Adulterium
quid ſit I, 171. 196. & quotuplex 197.
committitur a coniugatis 200. immiſſo ſemine 199.
Illius rei quinam uideantur, nec tamen ſint? 200. ſq.

Adul

Adulterii criminis
natura I, 202. rei 203. remiſſio 212. uindicta priuata 214. ſeq.
pœnam quam ſtatuerint iura antiqua 205. & media 206. ſtatuantque carolina 207. & prouincialia 208.
Quæ pœnam mitigent 211. ſeq. & exaſperent 210.

Adulterorum ſocii
I, 204.

Aduocati
olim in Epiſcopatibus & ciuilem & criminalem iurisdictionem exercuerunt II, 5. *

Ædificia
in pœnam nunquam diruuntur I, 63. *

Æneum iudicium
dicebatur iudicium aquæ feruentis II, 216. *

Alapa
ubi infligitur, iniuriarum ſpecies eſt I, 314. & ſua pœna uindicatur 315.
retorqueri poteſt 316.
Num eam a te defendere queas gladio? 316. 352.*

Alimenta.
Quænam ſtuprator debeat partui? I, 191.

Ambitus
crimen prætereunt Germanorum leges I, 566.

Amor
liberat a crimine I, 35.

Amputatio
aurium, digitorum, manus, narium I, 75.

Ana-

Anatomicis
quandoque cadauer traditur II, 309.
Annonæ fraudatæ
crimen I, 554. ſeq.
Annotatio
& adminiſtratio bonorum rei fugitiui II, 319.
Antiquitates
inſeruiunt Iurisprudentiæ Criminali. Diſſ. Procem. §. 9.
vom Anvertrautem Gut
publicatis conſtitutionibus quando detur locus I, 564.
Appellationi
num detur locus in cauſis criminalibus II, 114.
Aquæ feruentis
iudicium quale fuerit II, 216.
Aquæ frigidæ
iudicium quale fuerit II, 217
Aratrum.
Abſciſſio capitis per illud. I, 74.
Arquebuſiren
pœna militaris I, 569.
Arreſtatoriæ literæ
quomodo concipiendæ II, 318.
Quando illis locus detur 100.
Articuli inquiſitionales
qui dicantur II, 128. & quomodo debeant eſſe comparati 129. 132.
ſunt uel generales 130. uel ſpeciales 131.

ad eos quando 133. & quomodo examen inſtitui debeat 134.

Articuli probatoriales

quomodo concipiendi II, 165.
a quo 166. & quomodo ad eos examen inſtitui debeat 167. ſeq.

Aſino

inſidendi modus peruerſus pœna antiqua I, 78. h ligneo inſidere, pœna militaris 569.

Aſſaſſinator

quis dicatur I, 380.

Aſſaſſinium.

Illius deſcriptio I, 380. diuiſio 381.* natales 380.*
Eſt homicidium 381. ex alterius mandato 382. pro mercede ſuſceptum 383.
attentatum pro conſummato haberi nequit 388. *
Illius criminis rei qui dici nequeant 385.
Illius pœna 386. ex quibusdam cauſis exaſperari 387. ex aliis mitigari poteſt 388.

Aſſaſſinus

quis I, 380. & quinam illius ſocii 384.

Aſylum

tam profanum quam religioſum liberat a carcere II, 110.
quo tempore introductum. *

Athargrati

ſpecies uulneris I, 317.

Aurium

& narium amputatio I, 75. 5. V. abſciſſio.

Auspaucken
I, 77. d

Auxilium.
An & in quantum quis eo concurrat ad delictum tertii I, 27.

Autochir
non criminoſus quomodo ſepeliatur I, 438.
Num illius bona fiſco addicenda 434.

Autochiriæ
illiusque criminis natura I, 429. rei qui ſint 431. quique uideantur eſſe 430.
An leges moresque pœnam in hoc crimen ſtatuant 432. ſeq.
Quæ pœna ſit autochiriæ dolo malo attentatæ 437.

B.

Baar=Recht
II, 97.

Baculus
quid ſignificet, atque cur in iudiciis criminalibus frangatur II, 305. ***

Bambergiſches *Inſtrum.*
II, 227. 8.

Banck
